συμπαιεπάμλω αὐτῷ, καὶ συνεκούφιζον τὸ κλόν. καὶ εἰ γε μέμνημαι, ἀπὸ ταυτησὶ τῆς πέτρας αὐτὸν ἀνήρπασεν. ὁ μὲν γὰρ τότε ἔτυχε συρίζων πρὸς τὸ ποίμνιον. κατεπλάμβανος δ' ὄπισθεν αὐτῆς ὁ Ζεὺς, κούφως μάλα τοῖς ὄνυξι περιβαλὼν, καὶ τῷ σόματι πρὸς ὀπὴν τὴν κεφαλὴν πάσαν ἀνακὼν, ἀνέφερε τὸ παῖδα τεταραγμένον, καὶ τῷ βλέμματι ἀπεστραμμένῳ ἐς αὐτὸν ἀποβλέποντα. τότε οὖν ἐγὼ πρὸς σύεργα ἔλαβον. ἀποβεβλημένῃ γὰρ αὐτῷ ἦν τὸ δέος. ἀλλὰ γὰρ ὁ διαιτητὴς οὑτοσὶ, φαλακρὸν. ὥστε συνεπαινῶμεν αὐτόν. χαῖρε ὦ βουκόλε. Πα. νὴ τὸν σύριγγα ὦ νεανίσκε. τίς ἦ ὢν δεῦρο ἀφῖξαι πρὸς ἡμᾶς; ἢ τίνας ταύτας ἄγεις τὰς γυναῖκας; οὐ γὰρ ὀπτήδειαι ὀρεσπολεῖν, οὔτω γε οὖσαι καλαί. Ερ. μὴ οὐ γυναῖκες εἶεν. Ἥρα ἦ ὦ Πάνες, καὶ Ἀθηνᾶ, καὶ Ἀφροδίτην ὁρᾷς, κἄμὲ τὸν Ἑρμῆν ἀπέστειλεν ὁ Ζεύς. ἀλλὰ τί βλέπεις, καὶ ὠχριᾷς; μὴ δείδιθι. χαλεπὸν γὰρ οὐδέν. κελεύει δέ σε διαιτᾶν γνώμῃ τῶν κάλλους αὐτῶν, ἐπειδὴ γάρφησι καλός τε αὐτὸς εἶ, καὶ σοφὸς τὰ ἐρωτικὰ, σοὶ δὲ γνῶσιν ἐπιτρέπω. τῶν δὲ ἀγῶνος τὸ ἄθλον εἴσῃ,

simul volabam, vnáque formoſum illum ſubleuabam: & ſi bene memini, ab hac ipſa rupe illum in ſublime abripuit. Nam hic quidem forte rum fiſtula canebat ad ouile: ipſi autem à tergo deuolans Iupiter, circumiectis leuiter admodum vnguibus, & ore in tiaram, quam ſuper capite habebat, impreſſo, in altũ ſuſtulit puerũ perturbatũ, & ceruice reflexa in ipſum intuentem. Tum ego fiſtulam ſuſtuli, quam ille præ timore abiecerat. At enim hic arbiter propè eſt, itaque compellemus ipſum. Salue bubulce. *Par.* Tu quoque adoleſcens: Sed quis es qui ad nos huc aduenisti? aut quænam hæ mulieres quas adducis? non enim ad montes incolendos idoneæ videntur, formoſæ adeò cùm ſint. *Merc.* At mulieres non ſunt. Sed Iunonẽ ô Pari, & Mineruam, & Venerem vides, & me Mercurium miſit Iupiter. Sed quid tremis, & expalleſcis? Nihil timeas; nihil hîc periculi. Iubet autem te pulchritudinis ipſarum eſſe iudicem. Quandoquidem enim, inquit, & formoſus ipſe es, & rerum amatoriarum doctus, cognitionem hanc tibi committo: certaminis autem præmium ſcies,

ἀναγκοὺς τὸ μῆλον. Αλε. φέρ' ἴδω τί ἂν βούλεται. ἢ καλή φησι λαβέτω. πῶς αὖ οὗτ' ὦ δέσποτα Ερμῆ δωιηθείλω ἐγὼ θνητὸς ὢν τοῦτο, καὶ ἄγροικος ὤν, δικαστὴς γενέσθαι παραδόξου θέας, καὶ μείζονος, ἢ κατὰ βουκόλου; τὰ γὰρ τοιαῦτα κείνειν, τῶν ἁβρῶν μᾶλλον, καὶ ἀστικῶν. τὸ δὲ ἐμὸν, αἶγα μᾶλλον, αἴγος ὁποτέρα ἢ καλλίων, καὶ δάμαλις ἄλλης δαμάλεως, τάχ' ἂν δικάσαιμι κατὰ τέχνην. αὗται γὰρ πᾶσαί τε ὁμοίως καλαί, καὶ ὡς οἶδ' ὅπως ἂν τις ἀπὸ τῆς ἑτέρας ἐπὶ τὴν ἑτέραν μεταγάγοι τὸ ὄμμα ἀποστάντας. οὐ γὰρ ἐθέλει ἀφίστασθαι ῥᾳδίως. ἀνὴρ ὅταν ἅπαξ ἐπίσῃ τοῦ πρώτου, τούτου ἔχεται, καὶ τὸ παρὸν ἐπαινεῖ. κἂν ὑπ' ἄλλῳ μεταβῇ, κἀκεῖνο καλὸν ὁρᾷ, καὶ παραμένει, καὶ ἀπὸ τῶν πλησίον παραλαμβάνεται. καὶ ὅλως περικέχυταί μοι τὸ κάλλος αὐτῶν, καὶ ὅλον περιείληφέ με. καὶ ἄχθομαι, ὅτι μὴ καὶ αὐτὸς ὥσπερ ὁ Αργος ὅλῳ βλέπειν δύναμαι τῷ σώματι. δοκῶ δ' ἂν μοι καλῶς δικάσαι, πᾶσαις ἀποδοὺς τὸ μῆλον. καὶ γὰρ αὖ καὶ τόδε ταύτῃσι μὴ εἶναι συμβέβηκε, τῇ Διὸς ἀδελφῇ, καὶ γυναικὶ ταύτας ὄν, συγατέ-

lecto hoc pomo. Par. Cedo, vt videam quid sibi velit. *Pulchra*, inquit, *capiat*. Quò pacto igitur potero, ô here Mercuri, mortalis cùm sim ac rusticus, iudex esse tam mirandi spectaculi, atque adeò maioris, quàm pro bubulci captu? Nam causas huiusmodi disceptare, delicatorum magis est, & vrbanorum. Quod verò ad me attinet, vtra capella sit altera formosior, & iuuenca alia iuuenca, forsitan ex arte iudicare possim. Hæ autem & omnes similiter pulchræ sunt, & non video quo pacto aliquis ab vna ad aliam transferendo aspectum auellere queat. Nolit enim facilè absistere, sed cui se primùm applicuerit, ei inhæret, quódque præsens est, laudat: tum si ad aliud transierit, id quoq; formosum videt, & immoratur sempérque à propioribus capitur. Et in summa, ipsarum pulchritudo mihi est circumfusa, torúmque me complexa tenet: ac doleo, quòd non & ipse, quemadmodum Argus ille, toto corpore videre possim. Videor autem mihi bene iudicasse, si pomum hoc omnibus reddidero. Ad hæc etiam accedit illud, quòd hæc quidem Iouis soror & coniux est: illæ

ρας. πῶς οὖν ἡ χαλεπὴ καὶ
ὕπως ἡ κρίσις; Ερ. οὐ οἶδα.
πλὴν οὐχ οἷόν τε ἀναβλῶαι
περὶ τῶ Διὸς κεκελευσμένου.
Αλε. ἓν τοῦτο ὦ Ερμῆ πεί-
σαι αὐτὰς, μὴ χαλεπῶς ἔ-
χειν μοι τὰς δύο τὰς νενικη-
μένας, ἀλλὰ μόνων τῶν
ὀφθαλμῶν ἡγεῖσθαι τὴν δια-
μαρτίαν. Ερ. οὕτω φασὶ ποιή-
σειν. ὅρα δέ σοι ἤδη περαί-
νειν τὴν κρίσιν. Αλε. πειρα-
σόμεθα. τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι
τις; ἐκεῖνο μὲν πρῶτον εἰδέναι
βούλομαι, πότερα ἀρκέσει
σκοπεῖν αὐτὰς ὡς ἔχουσιν, ἢ καὶ
ἀποδύσει δείσει πρὸς τὸ ἀ-
κριβὲς ἡ ἐξέτασιν; Ερ. τοῦτο
μὲν σὺν αὐ εἶη τῇ δίκῃ, καὶ
πείσεται ὅπη καὶ θέλεις.
Πα. ὅπη καὶ θέλω; γυμνὰς
ἰδεῖν βούλομαι. Ερ. ἀπόδυτε
ὦ αὗται. σὺ δὲ σκόπει. ἐγὼ
δ' ἀπεφάφην. Αφρ. καλῶς
ὦ Πάρι, καὶ πρῶτά γε ἀπο-
δύσομαι, ὅπως μάθῃς ὅτι μὴ
μόνας ἔχω τὰς ὠλένας λευκὰς,
μὴ δ' τῷ βοῶπις εἶναι, μέγα
φρονῶ. σκόπει δὲ εἰμὶ πᾶσα,
καὶ ὁμοίως καλή. Αθη. μὴ
πρότερον αὐτὴν ἀποδύσῃ ὦ
Πάρι, πρὶν ἂν τὸν κεστὸν ἀπόθη-
ται. φαρμακὶς γάρ ἐστι, μή σε

verò filiæ. Quomodo igitur non difficile sic fuerit iudicium? Merc. Nescio: nisi quòd Iouis imperium non licet detrectare. Par. Vnum igitur hoc Mercuri, persuade ipsis, ne succenseant mihi duæ illæ reliquæ, quæcunque victæ fuerint: sed qnicquid peccatum videbitur, id solis oculis imputent. Merc. Ita se facturas aiunt: iam verò tempus est, vt iudicium expedias. Par. Periculum faciemus, quid enim agam? Cæterùm illud primum scire velim, vtrum sat erit ipsas vt se habent spectare, an verò opus erit vt se exuant quò diligentiùs res examinari possit. Merc. Hoc tuum est vt pote Iudicis imperare vt sint quomodocunque voles. Par. Quomodocunque velim? nudas videre volo. Merc. Heus, vos exuite. Tu verò inspice eas, ego interim auertam faciem. Ven. Rectè Pari. Atque prima certè exuam me: vt noris, quòd non solùm candidos habeam lacertos, nec ob oculos magnos & decoros superbiam, sed æqualiter tota & similiter sim formosa. Min. Ne priùs ipsam, Pari, exueris, quàm cestum deposuerit: (Est enim incantatrix) ne te per illum præstigijs circumueniat. At-

καταγοητεύσῃ δ' αὐτῆς, καίτοιγε ἐχρῆν μηδ' ὅτιοῦν κεκαλλωπισμένην παρεῖναι, μηδὲ τοσαῦτα ἐντεθειμένην χρώματα, καθάπερ ὡς ἀληθῶς ἑταίρας τινὰς, ἀλλὰ γυμνὴν τὸ κάλλος ἐπιδεικνύειν. Πα. εὖ λέγουσι τὸ περὶ τῆς κεστοῦ. Ἡφ. τί οὖν οὐχὶ καὶ σὺ Ἀθηνᾶ τὴν κόρυν ἀφελοῦσα, γλαυκὴν τὴν κεφαλὴν ἐπιδείκνυεις, ἀλλ' ἐπισείεις τὸ λόφον, καὶ τὴν δικασὴν φοβεῖς; ἢ δέδιας μή σοι ἐλέγχηται τὸ γλαυκὸν τῶν ὀμμάτων ἄνευ τοῦ φαβεροῦ βλεπόμενον; Ἀθ. ἰδοὺ σοι ἡ κόρυς αὕτη ἀφῄρηται. Ἀφρ. ἰδοὺ σοι καὶ ὁ κεστός. Ἡφ. ἀλλ' ἀποδυσώμεθα. Πα. ὦ Ζεῦ τεράστιε τῆς θέας, τοῦ κάλλους, τῆς ἡδονῆς, οἵα μὴ παρθένος, ὡς ἀληθῶς βασιλικὴν αὐτὴν καὶ σεμνὴν ἀπολάμπει, καὶ ἀληθῶς ἄξιον τοῦ Διός. ὁρᾷς ἡδέως. καὶ γλαφυρόν τι, καὶ προσαγωγὸν ἐμοὶ δίασον. ἀλλ' ἤδη μὲν ἄλις ἔχω τῆς εὐδαιμονίας. εἰ δοκεῖ δή, καὶ ἰδίᾳ καθ' ἑκάστην ἐπιδεῖν βούλομαι, ὡς νῦν γε ἀμφίβολός εἰμι, καὶ οὐκ οἶδα πρὸς ὅ, τι χρὴ ἀποβλέψω, πάντῃ τὰς ὄψεις πεπλανημένος. Ἀφρο. οὕτω ποιῶμεν. Πα. ἄπιτε οὖν αἱ δύο. σὺ δ' ὦ Ἥρα μείνατε. Ἡρα.

qui oportebat ipsam, neque tam studioſè ornatam, neque tot coloribus fucatã adeſſe, perinde atque aliquam verè meretricem: ſed nudam formam exhibere ſpectandam. *Par.* Rectè ſanè admonent de ceſto: etiam depone. *Ven.* Cur non igitur & tu Minerua galea depoſita, nudum caput exhibes ſpectandum, ſed conum concutis, & judicem deterres? An vereris ne tibi obijciat cæruleum illum oculorum colorem, qui nihil metuendi præ ſe ferendo aſpicitur? *Minerua.* Ecce tibi galea hæc eſt ablata. *Ven.* Ecce tibi & ceſtus hic. *Iun.* Sed exuamur. *Par.* O Iupiter prodigiorum author, quod ſpectaculum? quæ pulcritudo? quæ voluptas? qualis hæc virgo? vt verò regalis illa, & venerabilis effulget, adeóque verè Ioue digna! Tuetur ſuaue quiddam, blandúmque & illecebroſum etiam arriſit. Sed iam ſatis habeo fœlicitatis. Si videtur autẽ, etiam ſeorſim vnamquamq; inſpicere volo: quoniam nunc certè ambiguus ſum, neque ſatis ſcio ad quid me conferam, viſu in omnes partes diſtracto. *Ven.* Sic faciamus. *Par.* Abite igitur vos duæ. Tu verò Iuno hîc mane. *Iun.* Maneo: ac

πεμψῶ. καὶ πεισθέν με ἀκεί-
ρεῶς ἴδῃς, ὥρα σοι καὶ τἄλλα ἤ-
δη σκοπεῖν, εἰ καλά σοι τὰ δῶρα
τῆς νίκης τῆ ἐμῆς. νῦν γάρ με ὦ
Πάρι δικάσης εἶναι καλὸν, ἁπά-
σης ἔσῃ τῆ Ἀσίας δεσπότης. A
Πα. ἀλλ' ἐπὶ δώρεις μὲ τὰ ἡμέ-
τερα, πλὴν δὴ ἄπιθι. πειράξε-
ται γὰρ αὐτῶν δεχῆ. σὺ δ' ἐμοὶ
παρέσθι Ἀθηνᾶ. Αθη. παρέσ-
καί σοι. καίτοι νῦν μὲ ὦ Πάρι
δικάσης καλὴν, οὐποτε ἥπτων
ἔσῃ ἐν μάχης, δὴ ἀεὶ κρατῶν. B
πολεμικὴν γάρ σε, καὶ νικηφό-
ρον ἀπεργάσομαι. Πα. οὐδὲν
Ἀθηνᾶ δεῖ μοι πολέμου, καὶ μά-
χης. ἀρκτὸν γὰρ ὡς ὁρᾷς παρὼν ἐ- C
πέχῃ Φρυγίαν τε καὶ Λυδίαν, καὶ
ἀπολέμητος ἡμῖν ἡ τῶν πατρῴων
ἀρχή. θάρρει δέ. οὐ μειονεκτή-
σεις γὰρ, κἂν μὴ ἐπὶ δώρεις δι-
καζώμεθα. ἀλλ' ἤνυσται ἤδη, καὶ D
ἐπίθου τῷ κόμῃ. ἱκανῶς γὰρ
εἶδον. τῷ Ἀφροδίτῃ παρεῖ-
ναι χαιρός. Αφρ. ἰωτή σοι
ἐγὼ πλησίον. καὶ σκόπει καθ'
ἓν ἀκριβῶς, μηδὲν παραβλέπων,
μὴ ἐναβλέψεων ἑκάστῳ τῶν μι- E
λῶν. εἰ δὲ θέλῃς ὦ καλὲ, καὶ
τάδε μου ἄκουσον. ἐγὼ γὰρ πά-
λαι ὁρῶσά σε νέον ὄντα, καὶ
καλὸν, ὁποῖον οὐκ οἶδα εἰ πω
ἔτρεφεν ἡ Φρυγία βόσκει, μακα-

posteaquã me diligẽter inſpe
xeris: alia jam ſpectandi tibi
tẽpus erit, num pulchra tibi
propoſita meę victorię dona.
Nã ſi me, Pari, formoſiorem
eſſe iudicaueris, totius Aſiæ
eris dominus. *Par.* At nõ do-
nis res noſtrę gerũtur. Sed abi
mox enim agetur, quicquid
æquũ videbitur. Tu verò ac-
cede Minerua. *Min.* Adſum
tibi. Quòd ſi me Pari, formo-
ſiorẽ eſſe iudicaueris, nũquã
victus, ſed ſemper victor ex
pugna abibis: bellatorẽ enim
te, & victoriarũ compotẽ ef-
ficiam. *Par.* Nihil, Minerua,
opus eſt mihi bello, & pu-
gnis. Pax enim, vt vides, in
præſentia tenet Phrygiam, ac
Lydiã, & ab hoſtibus quietũ
eſt patris imperiũ. Sed tamen
confide, neq; enim eò minus
feres, tametſi ob munera iu-
diciũ nõ feramus. Sed indue
te iam, galeámq; impone, ſa-
tis enim te inſpexi. At nunc
Venerem adeſſe tempus eſt.
Ven. En prope te ſum. & con-
templare ſigillatim vnum-
quodque diligenter, nihil præ-
tercurrendo, ſed ſingulis
membris immoran-
do. Si placet autem, ô for-
moſe hæc mea dicta accipe:
ego enim iamdudum intuens
te iuuenem & formoſum, qualem neſcio an vllum alium Phrygia nutriat: beatum quidem te ob

εἰζω μὴν τὸ κάλλος, ἀπώμαι ὃ τὸ μὴ ἀπολιπόντα τοὺς σκοπέλους, καὶ ταυτασὶ τὰς πέτρας, κατ' ἄγυ ζῆν, ἀλλὰ διαφθείρειν τὸ κάλλος ἐν ἐρημίᾳ. τί μὴν γὰρ σὺ ἀπολαύσειας τῆ ὀρῶν; τί δ' ἂν ἀπόναιντο τῆ σῆ κάλλους αἱ βόες; ἔφρασε γὰρ ἤδη σοι γεγαμηκέναι, μὴ μέντοι ἄγροικόν τινα, καὶ χωείπν, οἵαι κτ' τῶν Ἰδην αἱ γυναῖκες, ἀλλά τινα ἐκ τῆ Ἑλλάδος, ἢ Ἀργώδην, ἢ ἐκ Κορίνθου, ἢ Λακαιναν, οἵα ἐστὶν ἡ Ἑλένη ὅζη, νέα, καὶ καλὴ, καὶ κατ' οὐδὲν ἐλάττων ἐμοῦ. καὶ τὸ δὴ μέγιστον, ἐρωτική. ἐκείνη γὰρ εἰ καὶ μόνον θεάσαιτό σε, οἶδ' ἐγὼ, πάντα ἀπολιποῦσα, καὶ παραδοῦσα ἑαυτὴν ἕκδοτον, ἕψεται, καὶ συνοικήσει. πάντως δὲ καὶ σὺ ἀκήκοάς τι περὶ αὐτῆς. Πα. οὐδὲν ὦ Ἀφροδίτη. νῦν δὲ ἥδέως ἂν ἀκούσαιμί σου, τὰ πάντα διηγουμένης. Αφρ. αὕτη θυγάτηρ μὲν ὅζη Λήδας, ἐκείνης δὲ καλῆς. ἐφ' ἣν ὁ Ζεὺς κατέπτη, κύκνος γοὺν ὤφθη. Παρ. ποία δέ τις τὴν ὄψιν; Αφρ. λευκὴ μὲν. οἵαν εἰκὸς ἐκ κύκνου γεγενημένην. ἁπαλὴ δὲ, ὡς ἐν ὕδατι θαφεῖσα. γυμνάζεται τὰ πολλὰ, καὶ παλαιστικὴ. καὶ οὕτω δὴ τι τε-

pulchritudinem prędico, ſed reprehendo quòd relictis hiſce rupibus & ſaxis, in vrbe non viuis, ſed pulchritudinem hanc in ſolitudine labefactas. Quid enim commodi tu ex montibus, quid ex tua pulchritudine emolumenti boues capiant? Decebat autem te iam vxorem duxiſſe non vtique ruſticam aliquam & indigenam, quales in Ida ſunt mulieres, ſed ex Græcia aliquam, aut Argiuam, aut Corinthiam, aut Lacænam, qualis eſt Helena illa iuuenis, & formoſa, nec me vlla in re inferior, & quod maximum eſt, amori quoque dedita: illa enim ſi vel ſolùm te aſpexerit, ſatſcio relictis omnibus, ſéque ceu in deditionem tradita, ſequetur, tecúmque habitabit: omnino & tu de ipſa nonnihil audiſti. *Par.* Nihil Venus. Nunc autem omnia libenter audiero, quæ de ipſa narrabis. *Ven.* Hæc filia eſt formoſæ illius Ledæ, ad quã in cygnum conuerſus Iupiter deuolauit. *Par.* Qualis verò eſt aſpectu? *Ven.* Candida, qualem è cygno prognatam par eſt eſſe: tenera, vt quę in ouo nutrita fuerit, plerumque exercens ſeſe, & rei palæſtricæ dedita. Quæ tanto ſtudio paſſim expetitur, vt & bellum ipſius cauſa

εἰσπνύσασα, ὥστε καὶ πόλεμον ἀμφ' αὐτῇ γενέσθαι, τοῦ Θησέως ἔτι ἀφάτας ὄντος. οὐμὲν οὖν, ἐπεὶ καὶ ἐς ἀκμὴν κατέστη, πάντες οἱ ἄριστοι τῶν ἀχαιῶν ἐπὶ τὴν μνηστείαν ἀπῆντων. προεκρίθη δὲ Μενέλαος τοῦ Πελοπιδῶν γένους. εἰ δὲ θέλεις, ἐγώ σοι καταπράξομαι τὸν γάμον. Πα. πῶς φής; ἤδη τὴν γεγαμημένην; Αφρ. νέος εἶ σύ, καὶ ἄχρηστος. ἐγὼ δὲ οἶδα ὡς χρὴ τὰ τοιαῦτα δρᾶν. Πα. πῶς; ἐθέλω γὰρ καὶ αὐτὸς εἰδέναι. Αφρ. σὺ μὲν ἀποδημήσεις ἐπὶ θέαν δὴ τὴν Ἑλλάδος. καὶ πιδὰν ἀφίκῃ ἐς τὴν Λακεδαίμονα, ὄψεταί σε ἡ Ἑλένη. τοῦτο δέ, ἐμοὶ μὲν εἶη τὸ ἔργον, ὅπως ἐρασθήσεταί σου, καὶ ἀκολουθήσει. Πα. τοῦτ' αὐτὸ καὶ ἄπιστον εἶναί μοι δοκεῖ, τὸ ἀπολιπεῖσαν τὸν ἄνδρα, ἐθελῆσαι βαρβάρῳ καὶ ξένῳ συνεκπλεῦσαι. Αφρ. θάρρει τούτου γε ἕνεκα. παῖδε γάρ μοι ἐσὸν δύω καλὼ, ἵμερος, καὶ ἔρως. τούτω σοι παρέδωσω ἡγεμόνε τὸν δὲ ἕνα ἡγήσομαι. καὶ ὁ μὲν ἔρως, ὅλως παρελθὼν ἐς αὐτὴν, ἀναγκάσει τὴν γυναῖκα ἐρᾶν. ὁ δ' ἵμερος, αὐτῷ σοι περιχυθείς, τοῦθ' ὅπερ ὄντι, ἱμερτὸν τε θήσει, καὶ ἐρασμιον. καὶ αὐτὴ δὲ συμπορεύσεται,

susceptum fuerit, cùm Theseus illam nondum nubilem rapuisset. Postea verò cùm jam ad florem ætatis peruenisset, Græcorum præstantissimi quique ad petendas illius nuptias se contulerunt. Sed Menelaus ex Pelopidarum genere oriundus, reliquis est antepositus: si tamen velis, has nuptias tibi conficiam. *Par.* Quid dicis? iámne nuptæ? *Ven.* Iuuenis es adhuc, & rusticus. Ego verò noui quo pacto talia perficiantur. *Par.* Quomodo? volo enim & ipse scire. *Ven.* Tu quidem ad pelluſtrandā Græciam proficiscēris, atq; vbi Lacedæmona peruenēris, Helena te videbit. Postea meum erit efficere, vt tui amore capiatur, téque sequatur. *Par.* Hoc ipsum etiam incredibile esse mihi videtur, vt illa relicto coniuge, cum barbaro & peregrino homine velit è patria nauigare. *Ven.* Bono hac de causa esto animo. Duo enim mihi sunt formosi liberi, Amabilitas & Cupido: hos tibi tradam, vt sint itineris duces. Ac Cupido quidem totus in illam ingressus, mulierem amare coget. Tibi verò circumfusa Amabilitas, id quod ipsa est, expetibilem te reddet, & a-

δέησομαι καὶ τῶν χαρίτων ἀκολουθεῖν. ἅπαντες αὐτῷ ἀναπείσομεν. Πα. ὅπως μὴν τάχα χωρήσει, ἄδηλον ὦ Ἀφροδίτη. πάλαι ἐρῶ με ἤδη τῆς Ἑλένης, καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως καὶ ὁρᾶν αὐτὴν δοκῶ. καὶ πάλαι συνοὖσα τῆς Ἑλλάδος, καὶ τῇ Σπάρτῃ ἐπιδημῶ, καὶ ἐπαύλιν ἔχων τὴν γυναῖκα, καὶ ἄχθομαι, ὅτι μὴ πάντα ταῦτα ἤδη ποιῶ. Αφρ. μὴ πρότερον ἔρχου ἢ σὺ πάρει, φοβοῦμαι τὴν προμήθειαν, καὶ συμφαγοῦσαν, ἀμείλῃται τῇ κρίσει. φέρει γὰρ καὶ νικηφόρον ὑμῖν συμπαρεῖναι, καὶ ἑορτάζειν ἅμα καὶ τοὺς γάμους, καὶ τὰ ἐπινίκια. πάντα γὰρ ἔνεστί σοι, τὸ ἔρωτα, τὸ κάλλος, τὸν γάμον τοῦτον τὸν μίλτε φρίαθαι. Πα. δέδοικα μή μου ἀμελήσεις μὴ τὴν κρίσιν. Αφρ. βούλει ἐπομόσωμαι; Πα. μηδαμῶς, ἀλλ' ἴσθι πάλιν. Αφρ. ἐπιχειρήσω δή σοι τὴν Ἑλένην παραδώσειν γυναῖκα, καὶ ἀκολουθήσειν γε ἐπ' αὐτῇ, καὶ ἀφίξεσθαι παρ' ὑμᾶς εἰς τὴν Ἴλιον. καὶ αὐτὴ παρέσομαι, καὶ συμπράξω τὰ πάντα. Πα. καὶ τὸν ἔρωτα, καὶ τὸν ἵμερον, καὶ τὰς χάριτας ἄξεις;

mabilem. Ipſa etiam vnà præſens, Gratias rogabo vt ſe comites præbeant; omnes ipſam ad hoc quod volumus, impellemus. *Par.* Quomodo fortaſſis hoc procedet, Venus, incertum eſt. Verumtamen amo jam Helenam, & neſcio quo pacto etiam videre ipſam mihi videor, & Græciam verſus nauigo, & in Sparta peregrinor, cúmque vxore reuertor, & doleo quòd non omnia hæc jam nunc facio. *Ven.* Ne priùs amaueris Pari; quàm pronubam me, & nuptiarum conciliatricem, judicio hoc remuneratus fueris. Decet enim & me victoria potitam vobis adeſſe, & celebritatem peragere nuptiarum pariter & victoriæ. Omnia enim hæc licet tibi, & amorem, & formam, & nuptias pomo iſto mercari. *Par.* Ac metuo ne me poſt latum judicium negligas. *Ven.* Vis vt tibi iurem? *Par.* Nequaquam, ſed promitte denuo. *Ven.* Promitto igitur fore, vt Helenam vxorem tibi tradam, téque ad ipſam proficiſcentem comiter: deinde vt illa Ilium ad vos veniat. Atque adeò præſens aderò, & ad omnia opitulabor. *Par.* Simulne & Amorem, & Amabilitatem, & Gratias adduces?

Αφρ. θάῤῥει. καὶ ἡ πόθος, καὶ ἡ ὑμέναιος πρὸς τούτοις προσλήψομαι. Πά. ἰδοὺ ἐπὶ τούτοις δίδωμι τὸ μῆλον, ἐπὶ τούτοις λάμβανε.

Ven. Bono sis animo: & Desiderium, & Hymenæum præterea assumam. *Par.* Ob hæc igitur do tibi pomum, ob hæc accipe.

A

ΑΡΕΩΣ, ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

MARTIS ET MERCVRII.

ΑΡΗΣ.

MARS.

B

ΗΚουσας ὦ Ἑρμῆ οἷα ἀπείλησεν ἡμῖν ὁ Ζεὺς, ὡς ὑβριστικὸς, καὶ ἀπόθρασος; ὃν ἐθέλω, φησὶν, ἐγὼ μὲν ἐκ τοῦ ἀέρος κρεμάσαι καθήσω, ὑμεῖς δ' ἐν ᾧ ἀσπερμεὶ ὄντες, κατασπᾶν βιάζεσθε μέ, μάτην πονήσετε. οὐ γὰρ ἂν καθελκύσετε. εἰ δ' ἐγὼ θελήσαιμι ἀνελκύσαι, οὐ μόνον ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ τὴν γῆν ἅμα, καὶ τὴν θάλασσαν συναρτήσας μετεωρίσω. καὶ πάλλα ὅσα καὶ σὺ ἀκήκοας. ἐγὼ δέ ὅτι μὲ καθ' ἓν ἀπάντων ἀμείνων, καὶ ἰσχυρότερός ἐστιν, οὐκ ἂν ἀρνηθείην. ὁμοῦ δὲ τῶν τοσούτων ὑπερφέρειν οὐκ μὴ καταβαρήσειν αὐτὸν, κἂν τὴν γῆν κἂν τὴν θάλασσαν προσλάβωμεν, οὐκ ἂν πεισθείην. Ερ. εὐτύχει ὦ Αρες. οὐ γὰρ ἀσφαλὲς λέγειν τὰ τοιαῦτα, μὴ

AVdistin' Mercuri quæ dia nobis Iupiter sit minatus, quàm superba, quámque absurda? Ego, inquit, si voluero, cathenam ex cœlo demittam, vnde si vos suspensi me vi detrahere conemini, luseritis operam; nunquam enim deorsum traxeritis. Contrà ego si velim illam in altum attrahere, non vos solùm, sed terram, & mare simul subuectum in sublime sustulero. Ad hæc alia, quæ audire potuisti. At ego, siquidem cum vno quolibet conferatur singulatim, ità præstantiorem eum esse, viribúsque superiorem non negauerim: sed vnum tam multis antecellere, vt eum pondere nequeamus vincere, etiam si terram & mare nobis adiunxerimus, non crediderim. *Merc.* Bona verba Mars. Neque enim talia dicere tutum

καί τι κακὸν ἀπολαύσωμεν τῆς φλυαρίας. Αρης. οἴει γάρ με πρὸς πάντας ἂν ταῦτα εἰπεῖν, ὑχὶ σὺ πρὸς μόνον σὲ, οὗ ἐχρῆν αἰσθέσθαι ἀπιόντα; ὁ γοῦν μάλιστα γελοῖον ἔδοξέ μοι ἀκούοντι μεταξὺ τῆς ἀπειλῆς, ἐπὶ αὖ δειλίᾳ σωφῆσαι πρὸς σέ. μέμνημαι γὰρ ἔτι πρὸ πολλοῦ, ὁπότε ὁ Ποσειδῶν, καὶ ἡ Ηρα, καὶ ἡ Αθηνᾶ ἐπανέστησαν, ἐπεβούλευσαν ξαυθῆσαι αὐτὸν λαβόντες, ὡς παντῶς ἰῶ δεδιώς. καὶ ταῦτα τρεῖς ὄντας. καὶ εἰ μή γε ἡ Θέτις κατελεήσασα ἐκάλεσεν αὐτῷ σύμμαχον Βριάρεων ἑκατόγχειρα ὄντα, καὶ ἐδέδετο αὐτῷ κεραυνῷ, καὶ βροντῇ. ταῦτα λογιζομένῳ, ἐπῄει μοι γελᾶν ἐπὶ τῇ καλλιρημοσύνῃ αὐτῆς. Ερ. σιώπα. ὑφήμει. οὐ γὰρ ἀσφαλὲς οὔτε σοὶ λέγειν, οὔτε ἐμοὶ ἀκούειν τὰ τοιαῦτα.

est, ne quid forte mali ex hac petulantia capiamus. *Mars.* An verò credis apud quemlibet hæc dicturum me? Imò apud te solum id audeo, quem linguæ continentis esse noui. Sed quod mihi maximè ridiculum videbatur, tum quum hæc minitantem audirem, haud queam apud te reticere. Etenim memini cùm non ita multò ante Neptunus, Iuno & Minerua, mota aduersus eum seditione, molirentur comprehensum illum vincire, quantopere formidans in omnem speciem se verterit, idque cùm tres tantùm essent. Ac nisi Thetis miserata, Briareum centimanum ad opem ipsius vocasset, cum ipso fulmine & tonitru vinctus fuisset. Hæc reputanti mihi succurrebat Deius magniloquentiam ridere. *Merc.* Tace, bona verba. Neque enim tutum est ista vel tibi dicere, vel audire mihi.

ΠΑΝΟΣ, ΚΑΙ Ερμοῦ.

PANOS ET MERCVRII.

ΠΑΝ.

Χαῖρε ὦ πάτερ Ερμῆ. Ερ. νὴ χὺ σύ γε. ἀλλὰ πῶς ἐγὼ σὸς πατήρ; Παν. οὐχ ὁ κυλ-

PAN.

Salue pater Mercuri. *Merc.* Salue vtique & tu. Sed quomodo ego sum tuus pater? *Pan.* Annon es Cyl-

λήιος Ερμῆς ὢν τυγχάνεις; Ερ. καὶ μάλα. πῶς οὖν υἱὸς ἐμὸς εἶ; Παν. μοιχάδιός εἰμι, ἔρωτός σοι γνώμμος. Ερ. νὴ Δία τράγου ἴσως τινὸς μοιχεύσαντος αἶγα. ἐμὸς γὰρ πῶς κέρατα ἔχων, καὶ ῥῖνα τοιαύτην, καὶ πώγωνα λάσιον, καὶ σκέλη δίχηλα, καὶ τραγικὰ, καὶ οὐραῖα ὑπὲρ τὰς πυγάς; Παν. ὅσα αὖ ἀποσκώπτεις εἰς ἐμὲ, τὸν σεαυτοῦ υἱὸν ὦ πάτερ ἐπονειδίζων ἀποφαίνῃ. μᾶλλον γὰρ σεαυτὸν, ὃς τοιαῦτα γυγᾶς, καὶ παιδοποιεῖς. ἐγὼ γὰρ αὐάπτος. Ερ. πῶς γὰρ καὶ φὴς σου μητέρα; πότου ἤλαθον αἶγα μοιχεύσας ἔγωγε; Παν. ὡς αἶγα ἐμοίχευσας, ἀλλ' ἀνάμνησον σεαυτὸν ἔποτε ἐν Αρκαδίᾳ παῖδα ἐλευθέραν ἐβιάσω. τί δακὼν τὸ δάκτυλον ζητεῖς, καὶ ὀπποῖ ἀπορεῖς; τῷ Ικαρίῳ λέγω Πηνελόπην. Ερ. εἶτα τί παθὼν σκώπτεις αὐτὸ ἐμοὶ τρέφων σὺ ὅμοιον ἔτεκεν; Παν. αὐτῆς σκώπτω λόγον σοι ἐρῶ. ὅτε γὰρ με ἀπέπεμπεν ἐπὶ τῷ Αρκαδίαν, ὦ παῖ, μήτηρ μοὶ σου ἔφη ἐγὼ εἰμὶ Πηνελόπη ἡ σωφρονεστάτη. τὸν πατέρα γὰρ γινώσκειν θεὸν ἔχων Ερμῆν τὸν Μαίας καὶ

lenius ille Mercurius? *Merc.* Maximè. Quomodo igitur filius meus es? *Pan.* Adulterinus sum, ex amore tibi natus. *Merc.* Per Iouem hirci forsitan alicuius qui capram adulterauit. Nam meus quomodo fueris, qui & cornua habes, talémque naſum, & barbam hirtam, & pedes biſidos, hircinósque, præterea caudam ſuper natibus? *Pan.* Quæcunque in me conuiciando dicis, ijs tuum ipſius filium pater, probroſum declaras, imò potiùs te ipſum qui eiuſmodi generas, talésque liberos procreas. Ego verò extra culpam ſum. *Merc.* Quam verò etiam dicis eſſe tuam matrem? Num alicubi neſcius cum capra adulterium commiſi? *Pan.* Non commiſiſti adulterium cum capra: ſed reminiſcere num aliquando liberam puellam in Arcadia per vim ſtupraris. Quid mordendo digitum, quæris, ac diu dubitas? Icarij filiam dico Penelopen. *Mer.* Quid igitur illi accidit quòd pro me, hirco te ſimilem peperit? *Pan.* Illius ipſius dicta tibi referam. Quando enim me in Arcadiam ablegabat, ô puer, inquit, tua quidem mater ego ſum, Penelope Spartana: noris autem te patrem habere Deum, Mercurium illum Maiæ & Iouis

Διός. εἰ δὲ κερασφόρος καὶ τραγοσκελὴς εἶ, μὴ λυποῦ σε. ὁπότε γάρ μοι συνίλῃ ὁ πατὴρ ὁ σός, τράγῳ ἑαυτὸν ἀπίκασεν ὡς λάθοι. καὶ διὰ τοῦτο ὅμοιος ἀπέβης τῷ βάγῳ. Ερ. Ναὶ Δία μέμνημαι ποιήσας τι τοιοῦτον. ἐγὼ αὖ ὁ ἐπὶ κάλλει μέγα φρονῶν, ἔτι ἀγένειος αὐτὸς ὢν, σὸς πατὴρ κεκλήσομαι, καὶ γελοῖα ὀφλήσω παρὰ πᾶσιν ἐπὶ τῇ εὐπαιδίᾳ; Παν. καὶ μάλ' ἐκκαταγελῶσί σε ὦ πάτερ. μουσικός τε γάρ εἰμι, καὶ συρίζω παῦ κατυρόν. καὶ ὁ Διόνυσος ἄδων ἐμοῦ ἄνευ ποιεῖν δύναται, ἀλλὰ ἐπῆρον καὶ θιασώτιν πεπεικέ με. καὶ ἡγοῦμαι αὐτῷ τὸ χρῆ. καὶ τὰ ποίμνια ἢν εἰ θέλοιμι ὁκόσα περὶ Τέγεαν καὶ αὖ τὸ Παρθένιον ἔχω, πάνυ ἡδέως. ἄρχω δὲ καὶ τῆς Αρκαδίας ἁπάσης. τοιγάρτοι καὶ Αθηναίοις συμμαχήσας, ὅτως ἐκείνοισι ἐν Μαραθῶνι, ὥστε καὶ ἀριστεῖον ἀρέσθαι μοι, τὸ ἐπὶ τῇ ἀκροπόλει κατάλυσον. ἦν γοῦν ἐς Αθήνας ἔλθῃς, εἴσῃ σον ἐκεῖ τὸ Πανὸς ὄνομα. Ερ. εἶπε δέ μοι, γεγάμηκας ὦ Παν ἤδη; τοῦτο γὰρ οἶμαι καλοῦσί σε. Παν. ἀδαμῶς ὦ πάτερ. ἐρωτικὸς γάρ εἰμι. καὶ οὐκ ἂν ἀγαπήσαιμι σωὸν

filium. Quòd si cornutus es, ac pedibus hircinis, ne id ægrè tibi sit. Quando enim mecum rem habebat pater tuus, hirco se ipsum assimilauerat, vt lateret: & ob id hirco similis euasisti. *Merc.* Per Iouem memini me tale quiddam facere. Ego igitur ille qui ob formam elato sum animo, qui sum adhuc imberbis, tuus pater vocabor, & ob egregiam prolem omnium irrisioni obnoxius ero? *Pan.* Atqui pater, non futurus sum tibi dedecori: Musicus enim sum, & fistula prorsus stridulum cano. Nihilque sine me facere potest Bacchus: sed socium & consaltatorem me fecit, & chorum ipse duco. Quin & ouilia mea si videas, quot & circum Tegeam, & per Parthenium habeo, admodum gaudeas. Toti etiam Arcadiæ impero. Nuper quoque Athenienſibus opem ferens ita ſtrenuè in Marathone me geſſi, vt fortitudinis præmium retulerim, ſcilicet antrum illud quod eſt ſub arce. Quòd ſi igitur Athenas venerim, cognoſces quãtum ibi ſit nomen. Panos. *Merc.* At dic mihi Pan, iamne vxorem duxiſti? hoc enim opinor, dictitant te. *Pan.* Nequaquam pater, amori enim ſum deditus, nec cum

vna

μοῦ. Ερ. ταῦτ' αἰξὶ δηλα-δὴ ἐπιβαίνεις. Παν. σὺ μὲν σκάπτεις, ἐγὼ δ', τῆτε Ηχοῖ, καὶ τῇ Πίτυϊ συίκλω, καὶ ἁπάσαις δὲ ταῖς Διονύσου Μαι-νάσι. καὶ πάνυ σπουδάζομαι παρ' αὐτῶν. Ερ. οἶδα ἔγωγε, ὦ τέκνον παρέξον-τα αὐτὴν μοι ; Παν. παρέσται, ὦ πάτερ. ἡμεῖς δ', ἐὰν μὴ ταῦτα. Ερ. καὶ παρέσθαί μοι, καὶ φιλοφρονεῖσθαι. πατέρα δ' ἐμὲ μὴ καλέσῃς με, ἀκούοντός γε τινός.

vna rem habere cõtentus essem. *Merc.* Capras videlicet inis. *Pan.* Tu quidem cauillaris. At ego cum Echone & Pity, omnibúsque Bacchi Mænadibus rem habeo : & magno ſtudio ab ipſis obſeruor. *Merc.* Scis igitur, fili, quid mihi primùm petenti, gratificaturus ſis. *Pan.* Impera, Pater, nos autem hæc videbimus. *Mer.* Et accede ad me, & me amanter complectere. Vide autem ne me patrem quoquam audiente appellaris.

ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ, ΚΑΙ ΔΙΟΝΥΣΟΥ.

APOLLINIS ET BACCHI.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

APOLLO.

ΤΙ αὖ λέγοιμι ὁμομήτωρ ὦ Διόνυσε ἀδελφὸς εἶναι Ερωτα, καὶ Ερμαφρόδιτον, καὶ Πρίαπον, ἀνομοίους ὄντας ταῖς μορφαῖς, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα ; ὁ μὲν γὰρ, Επάγκαλος, καὶ τοξότης, καὶ δυσάμμαχος, καὶ μικραὶ περιβεβλημένος, ἀπαίτων ἀρχων. ὁ δὲ, θῆλυς, καὶ ἡμίανδρος, καὶ ἀμφίβολος τὴν ὄψιν. ὁ δὲ τρίτος αὖ διακείμενος ἐπ' ἔφηβός ἐστιν, εἴτε καὶ παρθένος. ὁ δὲ, καὶ πέρα τῆς ἐνηφανοῦς αἰδοίας ἡ

NVmquid Bacche dixerimus fratres esse Cupidinem, Hermaphroditum, & Priapum, cùm sint forma & ſtudijs diſimiles? Ille enim eſt omniho formoſus & iaculator, nec parua poteſtate munitus, omnibus imperat. Hic autem effoeminatus, ac ſemiuir, & ambigua facie, ita vt dignoſcere nequeas ſit-ne adoleſcens, an virgo. Tertius autem Priapus, etiam ſupra modum virilis eſt.

Πείαπος. Διο. μηδὲν θαυμάσῃς ὦ Απολλον. ὁ γὰρ ἡ Αφροδίτη αὐτὰ τούτω, ἀλλὰ οἱ πατέρες, διάφοροι γιγενημένοι. ὅπουγε καὶ ὁμοπάτριοι πολλάκις ἐκ μιᾶς γαστρὸς, ὁ μὲν, ἄρσην. ἡ δὲ, θήλεια, ὥσπερ ὑμεῖς γίνονται. Απο. ναί. ἀλλ' ἡμεῖς ὅμοιοι ἐσμὲν, καὶ τὰ αὐτὰ ἐπιτηδεύομεν. τοξόται γὰρ ἄμφω. Διο. μέχρι μὲν τόξου, τὰ αὐτὰ ὦ Απολλον. ἐκεῖνα δ', οὐχ ὅμοια. ὅπου ἡ μὲν Αρτεμις, ξενοκτονεῖ ἐν Σκύθαις. σὺ δ', μαντεύῃ, καὶ ἰᾷ τοὺς κάμνοντας. Απο. οἶσθα γὰρ τἀληθῆ τοῖς Σκύθαις, ἢ γε καὶ παρεσκεύασαι, ἴνα τις Ἕλλην ἀφίκηταί ποτε ἐς τὴν ταυρικὴν συνεκπλεῦσαι μετ' αὐτῶν, μυσαττόμενοι τὰς σφαγάς; Διο. ἔυγε ἐκεῖνη ποιῶσα. ὁ μὲν γάρ τοι Πείαπος, γελοῖον γάρ τι σοι διηγήσομαι, παρῆλθον ἐν Λαμψάκῳ ἡδόμενος, ἐγὼ μὲν παρῆκειν ἐς πόλιν. ὁδὲ, ὑποδεξάμενός με, καὶ ξενίσας παρ' αὐτῷ, ἐπειδὴ ἀνεπαυσάμεθα ἐν τῷ συμποσίῳ ἱκανῶς ὑποθερμανθέντες, κατ' αὐτὰς που μέσας νύκτας ἐπαναστὰς ὁ γενναῖος, αἰδοῦμαι δ' λέγειν. Απο. ἐπεί σε;

Bac. Ne mireris Apollo: non enim huius rei causa est Venus, sed patres qui diversi fuêre: quandoquidem & ij qui eodem patre, eadémque matre nascuntur, sęnumero alius mas, alius fœmina, quemadmodum & vos nascuntur. *Apc.* Ita sanè. Sed nos similes sumus, ijsdémque studijs tenemur: sagittarij enim ambo sumus. *Bac.* Quantum ad arcum attinet, eadem exercetis, Apollo: sed similia non sunt illa: quòd Diana hospites mactat apud Scythas: tu verò vaticinaris, & ægrotantibus mederis. *Ap.* An tu putas sororem delectari Scythis: quæ quidem se adornauit, siquis Græcus aliquando in Tauricam aduenerit, vt cum eo inde enauiget, perosa mactationes illas? *Bac.* Rectè sanè illa. Sed hic Priapus (ridiculum enim quiddam narrabo tibi, quod cùm Lampsaci nuper essem, mihi accidit) Ego quidem ad vrbem accesseram: ille verò me hospitio apud se exceptum, postquam quieti nos dedimus, in conuiuio abundè poti, circa mediam propè noctem exurgens ille generosus: sed pudet dicere. *Ap.* Solicitauit-ne te? *Bac.* Tale quid est. *Ap.* Tu verò quid *Διο.* τοιοῦτον ὄζει. Απο. σὺ δ' π

πρὸς ταῦτα; Διο. τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἐγέλασα; Απο. εὖγε, τὸ μὴ χαλεπῶς, μὴδ' ἀγελαίως. συγγνωστὸς γὰρ εἰ καλόν σε ὄντα ἐπείρα. Διο. τούτου μὲν A ἕνεκα κὴ ἔπεισε κὴ ἐπὶ σὲ αὖ ὦ Απολλον ἀφίκηται ἢ πεῖραν. καλὸς γὰρ εἶ, καὶ κομήτης, ὡς καὶ νήφοντα αὖ σοι τὸν Πείανον ἐπιχειρῆσαι. Απο. ἀλλ' οὐκ ἐπιχειρήσει γε ὦ Διόνυσε. ἔχω γὰρ μου τὴν κόμης κὴ τόξα.

ad hæc? *Bac.* Quid aliud, quàm risi? *Ap.* Rectè sanè, quòd nec acerbè, nec rusticè quicquam. Venia enim dignus est si te adeò formosum solicitauit. *Bac.* Huius igitur rei gratia, etiam te, Apollo, solicitauerit; formosus enim tu & comatus es, vt vel sobrius Priapus ille aggredi te queat. *Ap.* Sed me non aggredietur: Nam præter comam, etiam arcum habeo.

ΕΡΜΟΥ, ΚΑΙ Μαίας. ∈

MERCVRII ET MAIAE.

ΕΡΜΗΣ.

MERCVR.

ΕΣτι γάρ τις ὦ μῆτερ ἐν οὐρανῷ θεὸς ἀθλιώτερος ἐμοῦ; Μαι. μὴ λέγε ὦ Ερμῆ τοιοῦτον μηδέν. Ερ. τί μὴ λέγω, ὃς τοσαῦτα πράγματα ἔχω μόνος κάμνων, καὶ πρὸς τοσαύτας ὑπηρεσίας διαπονούμενος; ἔωθεν μὲν γὰρ ἀναστάντα, παίρειν τὸ συμπόσιον δεῖ. κὴ διαρρώσαντα τὴν ἀγκλισίαν, εἶτα συζητήσαντα ἔκαστα, παρελθεῖν τῷ Διΐ, καὶ διαφέρειν τὰς ἀγγελίας τὰς παρ' αὐτοῦ ἄνω καὶ κάτω ἡμερῶν ὅλων μοιῶντα. καὶ ἐπαγγελθέντα ἔπι

ESt verò, mater, Deus qui sit piam in cœlo me miserior? *Mai.* Ne quid Mercuri, huiusmodi dixeris. *Merc.* Quid non dicam, ego qui tot negocia solus sustineo, quibus delassor, in tam multa ministeria distractus? Nam mane surgendum est mihi, & verrendum conuiuij cœnaculum. Tum vbi curiam in qua consultant, strauero, & singula composuero, Ioui assistendum, ac perferenda illius mandata toto die sursum ac deorsum cursitando: quúmque reuersus sum adhuc puluerulen-

κεκοσμῆσθαι, παραπέμψαι τὸν
ἀμβροσίαν. πρὶν δ' ἐκεῖνον τὸν νεάνιαν τοῦτον οἰνοχόον ἥκειν, καὶ
τὸ νέκταρ ἐγὼ ἐνέχεον. τὸ δὲ
πάντων δεινότατον, ὅτι μὴ Α
δὲ νυκτὸς καθεύδω μόνος τῶν
ἄλλων, ἀλλὰ δεῖ με καὶ τότε
τῷ Πλούτωνι ψυχαγωγεῖν, καὶ
νεκροπομπὸν εἶναι, καὶ παρεῖναι τῷ δικαστηρίῳ. οὐ γὰρ ἱ- Β
κανά μοι τὰ τῆ ἡμέρας ἔργα,
ἐν παλαίστραις εἶναι, καὶ ταῖς
ἐκκλησίαις κηρύττειν, καὶ ῥή-
τορας ἐκδιδάσκειν, ἀλλ' ἔτι καὶ
νεκρικὰ συνδιατρίβειν με- C
μελετημένον. καίτοι τὰ μὲν τῆ
Λήδας τέκνα, παρ' ἡμέραν ἑ-
κάτερος ἐν ὑφανῷ καὶ ἐν ᾅδου
εἰσίν. ἐμοὶ δέ, καθ' ἑκάστην ἡ-
μέραν καὶ ταῦτα κἀκεῖνα
ποιεῖν ἀναγκαῖον. καὶ ὁ μὲν D
Ἀλκμήνης καὶ Σεμέλης υἱός,
ἐν γυναικῶν δυσὶν γεγο-
μένοι, εὐωχοῦνται ἀφειδῶν-
δες. ὁ δὲ Μαίας τοῦ Ἀτλαντος,
διακονεῖται αὐτοῖς. καὶ γὰρ
ἄρτι ἥκοντά με ἀπὸ Σιδῶνος
περὶ τὸν Κάδμου θυγατρὸς, E
ἐφ' ᾧ πέπομφέ με ὁ Ζεύς,
ὅ, τι πράττει ἡ παῖς, μηδὲ
ἀναπύσαντα, πέπομφεν αὖ-
θις ἐς τὸ Ἄργος ἐπισκεψόμενον
τὸν Δαναόν. εἶτ' ἐκεῖθεν, ἐς

tus, apponenda ambrosia; Porrò priusquam nouitius iste pocillator aduenisset, ego nectar etiam ministrabam. Quódque est omnium grauissimum: soli omnium ne noctu quidem quietem agere licet: sed oportet me etiam tunc defunctorum animas Plutoni adducere, maniúmque ducem agere, & foro iudiciali assistere. Neque enim mihi sufficiebant diurna negocia, quod versor in palæstris, quod in concionibus præconis vices obeo, quod oratores edoceo: nisi hæc quoque prouincia accedat vt præterea res mortuorum componam. Atqui Ledæ filij alternis vicibus apud superos, atque inferos versantur. Mihi verò hæc & illa quotidie facere necesse est. Et hic quidem Alcmenæ, ille Semeles filius, ambo miseris mulieribus prognati, securi epulantur: at ego Atlantide Maia progenitus illis ministro. Quinetiam me recens Sidone à Cadmi filia reuersum, ad quam miserat me visum quid ageret puella, cùm nondum respirassem, misit iterum Argos, visum Danaën. Rursum inde in Bœotiam profectus, inquit,

Βοιωτίαν φησὶν ἐλθὼν, ἐν πε-

δῳ τὴν Ἀντιόπην ἰδέ. καὶ ὅλως, ἀπηρόρευκα. ἤδη. εἰ γοῦν μοι δυνατὸν λῦ, ἡδέως ἂν ἠξίωσα παρεῖσθαι, ὥσπερ οἱ ἐν γῇ κακῶς δουλεύοντος. Μαι. ἄ ταῦτα ὦ τέκνον, χρὴ δὲ πάντα ὑπηρετεῖν τῷ πατεῖ, παῖαν ὄντα. καὶ νῦν ὅσαπερ ἐπέταξας, σοβεῖ ἐς Ἄργος. εἶτα ἐς τὴν Βοιωτίαν, μὴ καὶ πληγὰς βραδίων λάβῃς. ὀξύχολοι γὰρ οἱ ἐρῶντες.

obiter Antiopam visito: sed planè illud recusaui. Quare si possem, libenter venundari optarem, quemadmodum qui duram in terris seruitutem seruiunt. *Mai.* Missa fac ista, gnate: decet enim per omnia morem gerere patri, cùm sis iuuenis. Ac nunc quò iussus es, Argos contende, deinde in Bœotiam, ne si tardior fueris, etiam plagas accipias: nam iracundi sunt qui amant.

ΔΙΟΣ, ΚΑΙ Ἡλίου. ΖΕΥΣ. C

IOVIS ET SOLIS. IVP.

Οἷα πεποίηκας ὦ παῖαν κάκιστε. ἀπολώλεκας τὰ D ἐν τῇ γῇ ἅπαντα, μειρακίῳ ἀνοήτῳ πιστεύσας τὸ ἅρμα. ὃς τὰ μὲν, χαμαίζηλος ἐνεχθείς. τὰ δ', ὑπὸ κρύους διαφθαρεῖσαι ἐποίησε, πολὺ ἀπὸ αὐτῶν ἀποστήσας τὸ πῦρ. καὶ ὅλως, οὐδὲν ὅ, τι οὐ ξυνετάραξε, καὶ ξυνέχεε. καὶ εἰ μὴ ἐγὼ ξυνεὶς τὸ μηνοείδιον, κατέβαλον αὐτὸν τῷ κεραυνῷ, οὐδὲ λείψανον. αὐθρώπων ἐπέμεινεν ἄν. τοιοῦτον γὰρ ἡνίοχον, καὶ δυσηλάτῳ ἐκπέμψας. Ἡλι. E

QValia feciſti ô Titanum peſſime: qui quæ in terris ſunt omnia perdidiſti, ſtulto adoleſcenti commiſſo curru, qui alia quidem, ad terram delatus exuſſit, alia verò præ frigore corrumpi fecit, procul ab ipſis abſtracto igne. Denique nihil non perturbauit, & confudit. Ac niſi ego animaduerſis ijs quæ gerebantur, ipſum fulmine deturbaſſem, ne reliquiæ quidem vllæ hominum ſupereſſent: talem nobis pulchrum iſtum aurigam, & currus gubernatorem emiſiſti. *Sol.* Peccaui,

ἥμαρτον ὦ Ζεῦ. ἀλλὰ μὴ χαλέπαινε, εἰ ἐπείσθην ὑφ᾽ ὅτου πολλὰ ἱκετεύσατο. πόθεν γὰρ ἂν καὶ ἤλπισα τηλικοῦτον γιγνόσθαι κακόν; Ζ. ὦ ἥδεις ὅσης ἐδεῖ- A το σκευασίας τὸ πρᾶγμα, καὶ ὡς εἰ βραχύ τις σκαλεύσειε τὴν ὁδόν, ἅπαντα πίπτει; ἠγνόεις δὲ καὶ τῶν ἵππων τὸν θυμόν, ὡς δεῖ συνέχειν αὐτὸν ἀνάγκῃ τοῦ χαλινοῦ; B εἰ γὰρ ἐνδοίη τις. ἀφηνιάζουσιν εὐθύς. ὥσπερ ἀμέλει καὶ τοῦτον ἐξήνεγκαν, ἅρπι μόνον, ὅτι τὰ λαιὰ, μετ᾽ ὀλίγον δ᾽, ὅτι τὰ δεξιὰ, καὶ ἐς τὸ ἑαυτοῦ τῆς δρόμου ἐνίοτε, καὶ ἄνω, καὶ κά- C τω, ὅλως ἔνθα ἐβούλοντο αὐτοί. ὁ δὲ, ὡς εἶχεν ὅ, τι χρήσαιτο αὐτοῖς. Ηλι. ταῦτα μὲν πάντα ἠπιστάμην, καὶ διὰ τοῦτο ἀντεῖχον ὀπίσω, καὶ ὡς ὀπί- D σευον αὐτῷ τὴν ἔλασιν. ἐπεὶ δὲ κατελιπάρησε δακρύων, καὶ ἡ μήτηρ Κλυμένη μετ᾽ αὐτοῦ, ἀναβιβασάμενος ὀπὶ τὸ ἅρμα, ὑπεθέμην ὅπως μὴ χρὴ βε- E βηκέναι αὐτὸν, ἐφ᾽ ὁπόσον δ᾽ ἐς τὸ ἄνω ἀφέρηται, ὑπερενεχθῆναι. εἶτα ἐς τὸ κάταντες αὖθις ὀπινεύειν, καὶ ὡς ἐγκρατὴ εἶναι τῶν ἡνιῶν, καὶ μὴ ἐφιέναι τῷ θυμῷ τῶν ἵππων. εἶπον δὲ καὶ ἥλικος ὁ κίνδυνος, εἰμὴ ὀρθῶς

Iupiter, sed ne iraſcaris, ſi credidi puero multũ ſupplicanti. Nam vnde tantum futurum malum exiſtimaſſem? *Iup.* Annon noras quàm multa diligentia negocium hoc opus haberet? & vt ſiquis etiam modicum excedat à via, pereant protinus omnia? Ignorabas etiam equorum vehementiam, vt oporteat vi quadam continere frænum? Siquis enim illis permittat, ſtatim frænos detrectant, vt nimirum iſtum contumaciter abſtulerunt, nunc quidem ad læuam, paulò poſt verò ad dextram; interdum etiam in cœpti curſus contrarium: ſurſum denique ac deorſum, quocunque ipſis libuiſſet. Ille verò neſciebat quomodo ijs eſſet vtendum. *Sol.* Hæc quidem omnia ſciebam, ideóque diu reſiſtebam, nec ipſi aurigationem credebam. Sed poſtquam lachrymando obſecrauit, & cum ipſo Clymene mater, in currum impoſitum ſubmonui, quomodo oporteret ipſum viæ inſiſtere, quantum verò in ſublime agitantem, ſurſum ferri: deinde rurſus in decliue vergere: vtque habenas regere, nec equis impetum permittere deberet. Dixi etiam quãtum periculum eſſet, ſi non recta via ageret: At ille, puer

ἐλαύνω. ὁ δὲ, πῶς γὰρ ἰῶ, ἔφη, τοσούτου πυρὸς, καὶ ἐπικείμενος ἐς βάθος ἀχανὲς, ἀπετλάγη, ὡς τὸ εἰκός. οἱ δὲ ἵπποι, ὡς ἤδοντο καὶ ὄντα ἐμὲ τὸν ἐμβεβηκότα, καταφρονήσαντες τῆς μειρακίου, ἅρπαστοι ἀπὸ τοῦ ὄχου, καὶ τὰ δεινὰ ταῦτα ἐποίησαν. ὁ δὲ, τὰς ἰλίγγους ἀφεὶς, οἶμαι δεδιὼς μὴ ἐκπέσῃ, αὐτὸς εἶχε τοῦ ἅρματος. ἀλλὰ ἐκεῖνός τε ἤδη ἔχει τὴν δίκην, κἀμοὶ ὦ Ζεῦ, ἱκανὸν τὸ πένθος. Ζ. ἱκανὸν λέγεις, τοιαῦτα τολμήσαντι; ἀλλ' ὅμως συγγνώμην σοι ἀπονέμω νῦν. ἐς ὕστερον δὲ, ἢν τι τοιοῦτον παρανομήσῃς, ἢ παῖδα σαυτὸν διάδοχον ἐκπέμψῃς, αὐτίκα εἴσῃ ὅπόσον τὸ σὸν πυρὸς ὁ κεραυνὸς πυρώτερος. ὣς ἐκεῖνον μὲν, αἱ ἀδελφαὶ θαπτέτωσαν ἐπὶ τῷ Ἠριδανῷ, ἔνθα περ ἔπεσεν ἐλάσαν· ἐκεῖθεν δὲ ἀναδοθεῖσαι, ἤλεκτρον ἐπ' αὐτῷ δακρύσουσι. καὶ αἴγειροι γενόμεναι ἐπὶ τῷ πάθει. σὺ δὲ, συμπεξάμενος τὸ ἅρμα, κατάγε γὰρ καὶ ὁ ῥυμὸς αὐτῷ, καὶ ἵππους τῶν βοσκῶν σωτέρισαι, ἔλαυνε, καθαλῶν τὸν ἵππους. ἀλλὰ μέμνησο τούτων ἁπάντων.

enim erat, conscenso tanto igne, & vastæ adeò profunditati supernè incumbens, vt consentaneum est, obstupuit. Equi verò vt senserunt non me esse eum qui conscēdisset, contempto adolescentulo, è via diuerterunt, & hæc tanta mala perpetrarunt. Ille autem dimissis habenis, metuens, opinor, ne excideret ipse, gyrum rotæ apprehendit ac tenuit. Sed & ille iam pœnas suas dedit, & mihi, Iupiter, satis supplicij, luctus hic est. *Iup.* Satis, inquis, qui talia ausus sis? At nunc quidem veniam tibi tribuo: sed in posterum siquid simile deliqueris, aut talem quempiam tui successorem emiseris, continuò senties quanto fulmen nostrum igne tuo sit ardentius. Quare illum quidem sorores ipsius ad Eridanũ sepeliant, vbi curru excussus decidit, electrum ipsi illachrymantes. Deinde in populos præ dolore conuertantur. Tu verò compacto curru (fractus enim est temo eius, & attrita rotarum altera) subactis equis aurigare. Sed horum omnium memor esto.

ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ, ΚΑΙ Ερμῆς.

APOLLINIS ET MERCVRII.

ΑΠΟΛΛΩΝ. A APOLLO.

ΕΧεις μοι εἰπεῖν ὦ Ερμῆ, πότερος ὁ Κάστωρ ὅδε τούτων, ἢ πότερος ὁ Πολυδεύκης; ἐγὼ γὰρ οὐκ ἂν διακρίναιμι αὐτούς. Ερ. ὁ μὲν χθὲς ἡμῖν ξυνηλιώμενος, ἐκεῖνος Κάστωρ ἐστίν. ὅδε δέ, Πολυδεύκης. Απο. πῶς διαγιγνώσκεις; ὅμοιοι γάρ. Ερ. ὅτι ὅδε μὲν ὦ Απολλον, ἔχει ἐπὶ τοῦ προσώπου τὰ ἴχνη τῶν τραυμάτων, ἃ ἔλαβε παρὰ τῶν πυκτευόντων. καὶ μάλιστα ὁπόσα ὑπὸ τοῦ Βέβρυκος Αμύκου ἐρρώθη, τῷ Ιάσονι συμπλέων. ἀτρεμὴς δέ, καὶ οὐδὲν τοιοῦτον ἐμφαίνει, ἀλλὰ καθαρός ἐστι, καὶ ἀπαθὴς τὸ πρόσωπον. Απο. ὦγαθε, διδάξας τὰ γνωρίσματα. ἐπεὶ τά γε ἄλλα πάντα, ἴσα, τῷ ὠὼ τὸ ἡμίτομον, καὶ ἀστὴρ ὑπεράνω, καὶ ἀκόντιον ἐν τῇ χειρὶ, καὶ ἵππος ἑκατέρω λευκός. ὥστε πολλάκις ἐγὼ ἤ μὲν, προσεῖπον Κάστορα, Πολυδεύκην ὄντα. ἤ δ', τῷ δ' Πολυδεύκους ὀνόματι. ἀτὰρ εἰπέ μοι καὶ τόδε, τί δή ποτε οὐκ

B

C

D

E

POtésne mihi dicere, Mercuri, vter istorum Castor sit, aut vter Pollux? ego enim non facilè ipsos discreuero. *Merc.* Ille qui nobiscum heri versatus est, Castor erat: hic verò est Pollux. *Ap.* Quomodo dignoscis? sunt enim similes. *Mer.* Quoniam hic, ô Apollo, habet in facie vestigia vulnerum, quæ pugilatu certans, aliquando ab aduersarijs accepit: ac in primis quibus à Bebryce Amyco vulnerātus est, quando cum Iasone Colchos nauigabat. Alter autem nihil tale præ se fert, sed pura est, & illæsa facie. *Apo.* Operæpretium feciſti, qui notas quibus dignosci queant, me docueris. Nam cætera certè omnia æqualia sunt, ouī pars dimidia, stella desuper imminens, & iaculum in manu, & equus vtrique albus. Quare sæpe equidem Castorem appellaui hunc, qui Pollux erat: & rursus Castorē Pollucis nomine Sed & illud mihi dic, cur non ambo no-

ἅμιλλα ξυμβαίνει ἡμῖν, ἀλλ' ἔστι μισεῖν ἀλλήλους, ἀλλ' ἡμῶν μὲν, νεκρὸς, ἀλλ' ὁ θεὸς ὅδε ἕτερος ἐστὶν ἀμείνων. Ερ. οὕτω φιλαδελφίας τοῦτο ποιοῦσιν. ἐπεὶ χρὴ ἔδει ἕνα μὲν τεθνάναι τῶν Λήδας υἱέων, ἕνα δ' ἀθάνατον εἶναι, ἐνείμαντο ἕκατος αὐτοὶ τὴν ἀθανασίαν. Απο. ἆρ' ξυνετὸν ᾧ Ερμῆ τὴν νομὴν, εἰ μὴ ἄρα ὄψονται ἕκατος ἀλλήλους, ὅταν ἐκδύσωσιν οἶμαι μάλιστα. πῶς γὰρ, ὁ μὲν, παρὰ θεοῖς, ὁ δὲ, παρὰ τοῖς φθιτοῖς ὤν; πλὴν ἀλλ' ὥσπερ ἐγὼ μαντεύομαι, ὁ μὲν Ασκληπιὸς ἰᾶται, τὸ δὲ παλαίειν διδάσκεις, παιδοτρίβης ἄριστος ὤν. ἡ δὲ Αρτεμις μαίεύεται, καὶ τῶν ἄλλων ἔργον ἔχει τινὰ τέχνην, ἢ θεοῖς, ἢ ἀνθρώποις χρησίμην. ἕκατοι δ', τί ποιήσουσιν ἡμῖν, ἢ ἀρχὴ ξυνάψονται τηλικοῦτοι ὄντες; Ερ. οὐδαμῶς. ἀλλὰ προσετάχθη αὐτοῖν ὑπηρετεῖν τῷ Ποσειδῶνι. καὶ καθίστανται δεῖ τὸ πέλαγος. καὶ αὖ που ναύτας χειμαζομένους ἴδωσιν, ὁπόταν δύνωνται ἐπὶ τὸ πλοῖον, σώζειν τοὺς ἐμπλέοντας. Απο. ἀγαθὴν ᾧ Ερμῆ, καὶ σωτήριον λέγεις τὴν τέχνην.

A

B

C

D

E

biscũ versantur, sed ex dimidio, nunc quidem mortuus, nunc verò Deus est alter ipsorum. Merc. Fraterno amore hoc faciunt: Nam cùm oporteret alterum ex Ledæ filijs mortem obire, alterum immortalem esse, diuiserunt ita inter se ipsi immortalitatem. Ap. Non prudenti diuisione, Mercuri, siquidem neque sic sese mutuò aspicient, quod vt puto maximè desiderabant. Quomodo enim, cùm alter apud Deos, alter apud manes existat? Verumtamen, vt ego vaticinor, Aesculapius medetur, tu palæstricam doces, puerorum exercitator optimus. Diana verò obstetricatur, atque aliorum quisque suam artem habet, aut Dijs aut hominibus vtilem: at hi quid agent nobis, num otiosi, tam grandes cùm sint, nobiscum conuiuabũtur? Merc. Haud quaquam: sed illis iniunctum est, vt Neptuno ministrent, & pelagus obequitent, & sicubi nautas tempestate periclitantes aspexerint, nauigio insidentes, incolumes nauigãtes præstent. Ap. Bonam, Mercuri, & salutarem narras artem.

ΕΝΑΛΙΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

DIALOGI MARINI.

ARGVMENTVM.

Neque horum Dialogorum diuersa aut alia ratio est, quod ad occasiones & argumẽta pertinet, quàm superiorũ. Nã & ipsi ex Homericis ac Tragicis fabulis desumpti sunt, & eadem elegantia ac festiuitate nitent. Nisi quòd omnes (quod idem tamen & in superioribus propè fit) de rebus amatoriis tractant. Vnde illud quoque verisimile est, Lucianum ostendere voluisse, quòd quacunque sub hac tota mundi machina mouentur & viuunt, inter cetera affectus, præcipuè amori obnoxia sint, ac voluptatem appetant. Illúmque adeò generalem quendam omnium tam deorum quàm hominum domitorem esse. Quòd autem Deos maximè ex amore desipere atque insanire: deinde & voluptatibus deditos esse fingit, ex professione sua facere videtur. Fuit enim quanquam omnibus Philosophorum factionibus ex aequo propè infestus, ad Epicuream tamen magis quàm ceteras, inclinatus, qui & voluptatem, finem bonorum asserebant, & Deorum prouidentiam negabant. Id quod cum alibi passim, tum in Demonacte, & in Concilio Deorum animaduertere licet.

ΔΩΡΙΔΟΣ, ΚΑΙ Γαλατείας.

DORIDIS ET GALATEAE.

ΔΩΡΙΣ.

DORIS.

ΚΑλὸν ἐρᾷς ὦ Γαλάτεια φαῦλον οὐδὲ σικελὸν τὸν ποιμένα ὑπομεμνῆσθαι.

ΓΑ. μὴ σκῶπτε Δωρί. Ποσειδῶνος γὰρ υἱός ὅστις, ὁποῖός αὖ

ΑFormosum amatorem, Galatea, nempe Siculum istum pastorem, tui amore insano deperire dicunt. *Gal.* Ne cauilleris Dori. Neptuni enim est filius, qualis qualis

ἢ. Δω. τί δ᾽ ἂν, εἰ καὶ τοῦ Διὸς
ἀμπὸ πεῦς ὢν, ἄχιος ἄπω καὶ
λάσιος ἐφαίνετο. καὶ τὸ παίτων
ἀμορφώτατον, μονόφθαλμος;
οἴει τὸ ἧρος ἀνῆσαι αὖ τι αὐ-
τὸν πρὸς τὼν μορφώ; Γα.
ὀδὲ τὸ λάσιον ἀμπὸ, καὶ ὡς φῆς
ἄχιον, ἀμορφόν ἐστιν. αὐδρώδες
γάρ. ὁ, τε ὀφθαλμὸς, ἐπι-
πρέπει τῷ μετώπῳ, ὀδὲν ἀν-
δίστησιν ὁρῶν, ἢ εἰ δύ᾽ ἦσαν.
Δω. ἔοικας ὦ Γαλάτεια σὺ
ἐρᾶσθαι, ἀλλ᾽ ἐρώμενον ἔχειν τὸν
Πολύφημον, οἷα ἐπαινεῖς αὐ-
τόν. Γα. σὺ ἐρώμενον. ἀλλὰ
τὸ παῦ ὀνειδιστικὸν τοῦτο ὀ
φέρω ὑμῶν. καὶ μοι δοκεῖτε ὑπὸ
φθόνου αὐτὸ ποιεῖν. ὅτι ποι-
μαίνων ποτὲ, ἀπὸ τᾶς σκοπᾶς
παίζοντας ἡμᾶς ἰδὼν ἐπὶ τὸ ἠιό-
νος, ἐν τοῖς πρόποσι τᾶ Αἴτνης,
καὶ μεταξὺ τᾶς ὄρυος καὶ τᾶ
θαλάσσης αἰγιαλὸς ἀπομη-
κύνεται, ὑμᾶς μὲν, ὀδὲ προσέ-
βλεψεν. ἐγὼ δ᾽ ἐξ ἁπασῶν ἦ
καλλίστα ἔδοξα. ἦ καὶ μόνᾳ ἐ-
μοὶ ἐπέῖκε τὸ ὀφθαλμόν. τοῦ-
τα ὑμᾶς ἀνία. δῆγμα γὰ ὡς
ἀμείνων εἰμὶ, καὶ ἀξιέρατος. ὑ-
μεῖς δ᾽, παράφθητε. Δω. εἰ ποι-
μένι καὶ ἁλιεῖ καλὸν τὸν ὄψιν
ἔδοξας, ὀπίφθονος οἴει μεγο-
νέναι; καίτοι τί ἄλλο ἐν σοὶ

sit. *Dor.* Quid tum, si & Ioue ipso progenit⁹, adeò agrestis & hispidus appareat, quódq; omnium est deformissimum, vnoculus? putásne genus ad formam ipsi quidquam profuturum *Gal.* Ne isthuc quidem quòd hispidus est, & vt ais agrestis, deformat ipsum, sed virile magis est; oculus verò in fronte conuenit, quo nihilo minus cernit, quàm si duo essent. *Dor.* Videris Galatea, non amantem, sed amatum habere Polyphemum, prout eum prædicas. *Gal.* Equidem haud amo: sed hanc vetustam insignem opprobrandi petulantiam ferre nequeo: mihíque videmini inuidia hoc facere: quoniam cùm aliquando gregem paſceret, nósque in littore ludentes è ſpecula cerneret, in prominentibus Ætnæ pedibus, quà videlicet inter montem & mare littus ſeſe in longum porrigit, vos ne aſpexit quidem, ego verò viſa ſum omnium formoſiſſima, eóque in me ſolam oculum coniecit. Ea res vos malè habet: indicium enim eſt me forma eſſe præſtantiorem, & quæ amer, digniorem: vos contrà neglectas eſſe. *Dor.* Inuidendum putas ſi paſtori, & luſco formoſa viſa ſis? quanquam

ἐπαινέσαι εἶχεν, ἢ τὸ λευκὸν μόνον. καὶ τοῦτο οἶμαι, ὅτι ξυνήθης ἦν τυρῷ καὶ γάλακτι. πάντα ρᾳδίως τὰ ὅμοια τούτοις ἠγάπα καλά. ἐπεὶ τά γε ἄλλα ὁπότ' αὖ ἐθελήσῃς μαθεῖν οἷα πυγχάνῃς οὖσα πλὴν ὄψιν, ἀπὸ πέρας πινὸς εἰποτε γαλιώτην εἴη, ἐπικύψασα ἐς τὸ ὕδωρ, ἴδε σεαυτὴν ὡς ἐστὶν ἄλλο, ἢ χρόαν λευκὴν ἀκεραίως. ἃ ἐπαινεῖται δὲ τοῦτο, ἵν' μὴ ἐπιφθείρῃ αὐτῷ καὶ τὸ εὔρυθμα. Γαλ. καὶ μὴν ἐγὼ μὲν ἡ ἀκεράτως λευκὴ, ὅμως ἐραστὴν κἀν τοῦτον ἔχω. ὑμῶν δ' ὃς ἔστιν ἵν' πυγαῖ, ἢ ποιμένα, ἢ ταύτης, ἢ πορθμεῖς ἐπαινεῖ. ὁ δὲ Πολύφημος, τἆλλα, καὶ μουσικός ἐστι. Δωρ. σιώπα ὦ Γαλάτεια, ἠκούσαμεν αὐτῦ ἄδοντος, ὁπότε ἐκώμασε πρὸς σέ. Ἀφροδίτᾳ φίλη, ὄνον ἄν τις ὀγκᾶσθαι ἔδοξε. καὶ αὐτὴ δ' ἡ πλῆξις, οἷα κρανίον ἐλάφου γυμνὸν τῶν σαρκῶν. καὶ τὰ μὲν κέρατα, πήχεις ὡσεὶ ἦσαν. ζυγώσας δ' αὐτὰ, καὶ ἀράμενος τὰ νεῦρα, ἁδὲ κόλλοπι περιστρέψας, ἐμελῴδει ἄμουσόν τι, καὶ ἀπρεπές. ἄλλο μὲν αὐτὸς βοᾷ, ἄλλο δ' ἡ λύρα ὑπήχει. ὥστε ἁδὲ κατέχειν ἡμᾶς γέλωτα ἐδυνάμεθα, ἐπὶ τῷ ἐρωτικῷ

quid aliud in te probare potuit præter candorem? Idque puto: quoniã caseo & lacti assueuerit: proinde quicquid his est simile, pulchrum ducit. Alioqui vbi libebit scire quali sis facie, de scopulo quopiam in aquam, siquãdo tranquilla steterit, despectans, te ipsam contemplare, nihil videbis aliud nisi exquisitum candorem: verùm is non probatur, nisi rubor illi decus adiunxerit. *Gal.* Atqui ego illa merè candida, tamen hunc amatorem habeo: cùm interim nulla sit vestrûm quam aut pastor, aut nauta, aut portitor aliquis laudet. Polyphemus autem, vt alia ne dicam, est etiam musicus. *Dor.* Tace Galatea, canentem ipsum audiuimus, cùm ad te lasciuiẽs accederet nuper. Chara Venus, asinum rudere quispiam putasset. Ipsa autem lyra similis erat cerui cranio carnibus renudato: cornua verò tanquam cubiti prominebant, quibus iugatis, & alligatis fidibus, neque collope circumtortis agreste quiddam & absonum cantillabat, cùm interim ipse aliud voce caneret, aliud lyra succineret: ita vt temperare nobis nequiuerimus, quin rideremus amato-

ἀκούσῃ ἄσματι. ἡ μὲν γὰρ ἠχὼ, κἂν ἀποκρίνεσθαι αὐτῷ θέλειν, ὑπὸ λάλος οὖσα, βεβυχομένῳ. δὴ γοῦν ἐτόλμησε, εἰ φανείη μιμουμένη βαχείαν φωνὴν, καὶ καταγέλαστον. ἔφερε γὰρ ὁ ἐπέρασος ἐν ταῖς ἀγκάλαις ἀθυρμάτιον, ἄρκτου σκύλακα, καὶ τὸ λάσιον αὐτῷ προσωμίλει. τίς ἂν οὖν φθονήσειέ σοι τῷ Γαλατείᾳ τοιούτῳ ἐρᾶν; Γαλα. ἔκουσῶ σὺ Δωρὶς, δεῖξον ἡμῖν τὸν σεαυτῆς, καλλίω διλογότι ὄντα, καὶ ᾠδικώτερον, καὶ κιθαρίζειν ἄμφνον ἐπιστάμενον. Δω. δὴ γὰρ ἐρᾶσής μου φίλος ἔστι μοι, οὐδὲ σεμνύομαι ἐπέρασος εἶναι. τοιοῦτος δ᾽, οἷος ὁ Κύκλωψ ὅδε, κινάβρας ἀποζων ὥσπερ ὁ τράγος, ὠμοφάγος ὡς φασι, καὶ σιτούμενος τὸν ἐπιδημοῦντας τῶν ξένων, σοὶ γένοιτο, καὶ σὺ ἀντερᾷς αὐτοῦ.

riam illam cantionem. Nam Echo quantumuis garrula, ne reſpondere quidem ipſi rugienti voluit: imò ipſam puduiſſet, ſi aſperum & ridiculum illius cantum imitari viſa fuiſſet. Ad hæc geſtabat in vlnis amaſius ille delicias ſuas, vrſi catulum, pilis hirtum, ipſi aſſimilem: Quis autē non inuideat tibi amicum iſtum, Galatea? *Gal.* Tu igitur Dori, tuum nobis commonſtra, qui ſit formoſior, qui doctiùs voce canere, vel cithara meliùs ludere ſciat. *Dor.* At mihi nullus eſt amator: neque me amabilem eſſe glorior. Talis autem qualis eſt hic Cyclops, hircum olens, crudiuorus, vt aiunt, & hoſpites qui apud ipſum diuerſantur deuorans, tibi contingat, eúmque tu mutuum ames.

D

ΚΥΚΛΩΠΟΣ, ΚΑΙ Ποσειδῶνος.

CYCLOPIS ET Neptvni.

ΚΥΚΛΩΨ.

Cyclops.

E

[illegible] Πάτερ, οἷα πέπονθα ὑπὸ τοῦ καταράτου ξένου, ὃς μεθύσας, ἀξενόφλοισί με, κοιμωμένῳ ἐπιχειρήσας. Πο. τίς

O Pater, qualia paſſus ſum ab execrabili illo hoſpite, qui me inebriatum excæcauit, ſomno grauatum aggreſſus. *Nep.* Quis verò

ὦ ὁ ταῦτα τολμήσας ὦ Πολύφημε; Κυ. τὸ μὲν πρῶτον, Οὖτιν ἑαυτὸν ἀπεκάλ. ἐπεὶ δὲ διέφυγε, καὶ ἔξω ἦν βέλους, Ὀδυσσεὺς ὀνομάζεσθαι ἔφη. Πο. οἶδα ὃν λέγεις. τὸ Ἰθακήσιον. ἦλθε γὰρ Ἰλίου δι' ἀνέμους. ἀλλὰ πῶς ταῦτ' ἔπραξεν, καὶ πόθεν παῦ ἐυδαιμονῶν; Κυ. κατέλαβον ἐν τῷ ἄντρῳ ἀπὸ τῆς νομῆς ἀναστρέφας, πολλοὺς πρὸ αὐτοῦ τῶν ἐπιβουλευόντων δηλονότι τοῖς πειμήλοις. ἐπεὶ δὲ ἔθηκα τὴν θύρᾳ τὸ πῶμα, πέτρα δὴ μεγίστη μοι παμμεγέθης, καὶ τὸ πῦρ ἀνέκαιον, καὶ αὐσάμενος ὁ ἕτερον δένδρον ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἐφαίνοντο ἀποκρύπτειν αὐτὸν πειρώμενοι. ἐγὼ δὲ συλλαβὼν αὐτῶν πάντας, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, κατέφαγον λῃστὰς ὄντας, ἐνταῦθα ὁ πανουργότατος ἐκεῖνος, εἴτε Οὖτις, εἴτε Ὀδυσσεὺς ἦν, δίδωσί μοι πιεῖν φάρμακόν τι ἐγχέας. ἡδὺ μέν, καὶ ἔυοσμον, ἐπιβουλευτότατον δέ, καὶ παραχρῆμα δῆλον. ἅπαντα γὰρ ἐυθὺς ἐδόκει μοι περιφέρεσθαι πόντῳ. καὶ τὸ σπήλαιον αὐτὸ ἀνεστρέφετο. καὶ οὐκέτι ὅλως ἐν ἐμαυτῷ ἤμην. τέλος δὲ, ἐς ὕπνον κατεστάθην. ὁ δὲ, ἀποξύσας τὸ μοχλοῦν, καὶ πυρώ-

hæc ausus est Polypheme? Cyc. Principio quidem se Neminem vocabat; sed postquam effugit, & extra tela vt dicitur, fuit, Vlyssem nominari se aiebat. Nam. Noui quem dicis, Ithacensem illum: ex Ilio autem nauigabat. Sed quo pacto hæc fecit, cùm animosus admodum non sit? Cyc. Deprehendi in antro, è pascuis reuersus multos quosdã, insidiantes videlicet pecuarijs. Posteaquam autem appossui foribus operculum (saxum autem mihi est perquam magnum) atque ignem, accensa quam ex monte detuleram arbore, suscitaui, visi sunt conantes sese abscondere. Ego verò comprehensos ex ipsis aliquos, vt par erat, deuoraui, vt pote qui prædones essent. Hîc versutissimus ille, siue Nemo, siue Vlysses erat, pharmacum quoddam infusum dat bibẽdum, dulce quidem & fragrans illud: sed ad struendas insidias præsentissimum, & turbulentissimum. Mihi enim illud poto statim omnia circumagi videbantur, & antrum ipsum inuertebatur: nec ampliùs apud me prorsum eram. Postremò ad somnum pertractus sum. Ille verò exacuto vecte, eóque

ὅσ γε, περσόπι ἐνύφλωσέ με καθεύδοντα. καὶ ἀπ' ἐμείνου τυφλός εἰμί σοι ὦ Πόσειδον. Πο. ὡς βαθὺν ἐκοιμήθης ὦ τέκνον. ὃς δὲ δὴ ἀξέδυσες μεταξὺ τυφλούμενος. ὁδὶ οὗ Ὀδυσεὺς πῶς διέφυγεν ; οὐ γὰρ ἂν εὖ οἶδ' ὅτι ἐδύνατο ἀποκλῆσαι τὴν πέτραν ἀπὸ τῆς θύρας. Κυ. ἐγὼ ἀφείλον, ὡς μᾶλλον αὐτὸν λάβοιμι ἐξιόντα. καὶ καθίστας παρὰ τὴν θύραν, ἐδίφων τὰς χεῖρας ἐκπετάσας, μόνα παρεὶς τὰ πρόβατα ἐς τὴν νομὴν, ἐντειλάμενος τῷ κριῷ, ὁπόσα ἐχρῆν πρᾶττειν αὐτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ. Πο. μανθάνω ἐγὼ ἐμείνους, ὅτι γε ἔλαθεν ἐκπεξελθών σε. ἀλλὰ τοὺς ἄλλους γε Κύκλωπας ἔδει ἐπιβοήσασθαι ἐπ' αὐτόν. Κυ. συνεκάλεσα ὦ πάτερ, καὶ ἦλθον. ἐπεὶ δ' ἤροντο τὸ ἐπιβουλεύοντος τὸ ὄνομα, κἀγὼ ἔφην ὅτι Οὖτις ὄζοι, μιλαγχολᾶν οἰηθέντες με, ᾤχοντο ἀπιόντες. οὕτω κατεσοφίσατό με ὁ κατάρατος τῷ ὀνόματι. ἢ ὃ μάλιστα νίκασέ με, ὅτι καὶ ὀνειδίζων ἐμοὶ τὴν συμφορὰν, οὐδὲν ὁ πατὴρ φήσειν ὁ Ποσειδῶν ἰάσεταί σε. Πο. θάρσει ὦ τέκνον, ἀμυνῶμαί γὲ αὐτὸν, ὡς μάθῃ ὅτι εἰ μὴ πήρωσέν μοι ὀφθαλμὸν ἰᾶσθαι ἀδύνατον, τὰ

Læti ſunt, Æace, hi ſoli, & præter cæteros, alacres. Sed hîc cinere oppletus, qualis ſubcineritius panis, hic crebris puſtulis efflorescens, quiſnam eſt? *Ac.* Empedocles Menippe, ſemicoctus ab Aetna monte huc profectus. *Men.* O æripes optime: quid tibi acciderat, vt teipſũ in crateres Aetnæ injiceres? *Emp.* Inſania quædam Menippe. *Men.* Minimè per Iouem, ſed quædam inanis gloriæ affectatio, & faſtus, & multa dementia. Hæc fecerunt vt quanuis indignus, vnà cũ crepidis conflagrares. Verùm tamen nihil profuit tibi hoc commentum: deprehenſus enim es & ipſe mortuus. Vbi verò locorum eſt Socrates? *Ac.* Cum Neſtore, & Palamede ille plerunque nugatur. *Men.* Cuperem tamen ipſum videre, ſicubi locorum hîc eſſet. *Ac.* Vidéſne caluum illum? *Men.* Calui ſunt omnes: quare omnium hæc nota fuerit. *Ac.* Simũ iſtũ dico. *Men.* Et hoc ſimile eſt omnium: nam & ſimi omnes ſunt. *Soc.* Méne quæris Menippe. *Men.* Etiã Socrates. *Soc.* Quo pacto res Athenis ſe habent? *Men.* Multi iuniorum ſe philoſophari profitentur. Ac habitum certè ipſum, & inceſſum, ſi quis aſpiciat, ſummi philoſophi videntur

μάλα πολλοί. τὰ δ' ἄλλα εὐ-
ρήσεις οἷμαι, οἷος ἦκε παρὰ σὲ
Ἀρίστιππος, καὶ Πλάτων αὐ-
τός. ὁ μὲν ἀπιστίαν μύρου.
ὁ δ', τὸν ἐν Σικελίᾳ τυράν-
νους θεραπεύειν ἐπιμαθών. Σω.
περὶ ἐμοῦ δ' τί φρονοῦσιν;
Με. εὐδαίμονα ὦ Σώκρατες
ἄνδρα σε. τά γε τοιαῦτα
πάντες οἴονται σε δεδιδάχθαι
εἶναι καὶ ἔχειν γεγυμνῶσθαι, καὶ
πάντα ἐγνωκέναι. ταῦτα. δεῖ
γὰρ εἶναι τἀληθῆ λέγειν,
οὐδὲν εἰδότα. Σω. καὶ
αὐτὸς ἔφασκον τοῦτο ὡς
αὐτούς. οἱ δέ, εἰρωνείαν ᾠοντο τὸ
πρᾶγμα εἶναι. Με. τίνες δ' ἔτοί
εἰσι οἱ περὶ σέ; Σω. Χαρ-
μίδης ὁ Μέλιππε, καὶ Φαί-
δρος, καὶ ὁ τοῦ Κλεινίου. Με.
εὖγε ὦ Σώκρατες, ὅτι καὶ ταῦτα
μέτει τὴν σαυτοῦ τέχνην, καὶ ἐν ὀλιγωρεῖς τῶν κα-
λῶν. Σω. τί γὰρ ἂν ἄλλο ἥδιον
πράξαιμι; ἀλλὰ πλησίον ἡ-
μῶν κατάκεισο, εἰ δοκεῖ. Με. μὰ
Δί', ἐπὶ τὸ κεφάλαιον γὰρ καὶ
Σαρδανάπαλον ἄπειμι, πλη-
σίον οἰκήσων αὐτῶν. ἔσομαι γοῦν
ἐν ὀλίγῳ γελάσεσθαι, οἰμωζόν-
των ἀκούων. Αι. κἀγὼ ἤδη
ἄπειμι, μὴ γάρ τις ἡμᾶς νε-
κρῶν λάθῃ διαφυγών. τὰ πολλὰ

dentur, admodum multi. Cæterùm vidisti qualis ad te venerit Aristippus, & Plato ipse: alter quidem olens vnguenta, alter Siciliæ tyrannis adulari doctus. *Soc.* At de me quid sentiunt? *Men.* Beatus homo es ô Socrates, quod ad res huiusmodi attinet. Omnes itaque te admirabilem virum fuisse existimant, atque hæc omnia cognouisse (decet enim opinor verum hîc dicere) cùm nihil scires. *Soc.* Et ipse hæc illis dicebam: sed eam rem illi simulationem esse putabant. *Men.* Sed quinam isti sunt circa te? *Soc.* Charmides, Menippe, & Phædrus, & Cliniæ filius. *Men.* Euge Socrates, quoniam & hîc tuam artem exerces, nec formosos istos negligis. *Soc.* Quid enim aliud, quod sit suauius agerem? Sed si videtur, prope nos recumbe. *Men.* Non per Iouem: Crœsum enim et Sardanapalum adeo, eorum accola futurus, quippe mihi videor non pauca ridenda habiturus; quum plorantes illos audiam. *Ae.* Ego quoque iam abeo, nequis mortuorum clam nobis aufugiat. Multa etiam aliàs videbis Menippe.

ἐσωθεῖς ὁ ἐξ ᾅδου Μενιππ.

Me. ἄπιθι. καὶ ταυτὶ γὰρ ἱκανὰ ὦ Αἰακέ.

Men. Abeas licet: etenim hęc ſufficiunt Aeace.

ΜΕΝΙΠΠΟΥ, ΚΑΙ Κερβέρου.

MENIPPI ET CERBERI.

ΜΕΝΙΠΠΟΣ.

MENIPPVS.

Κέρβερε, συγγενὴς γάρ εἰμί σοι, κύων καὶ αὐτὸς ὤν, εἰπέ μοι πρὸς τῆς Στυγὸς οἷος ἦν ὁ Σωκράτης ὁπότε κατῆλθε πρὸς ὑμᾶς. εἰκὸς δέ σε θεὸν ὄντα, μὴ ὑλακτεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνθρωπικῶς φθέγγεσθαι ὁπότ' ἐθέλοις. Κερ. πέρυσιν μὲν ὦ Μένιππε, παντάπασιν ἐδόκει ἀβέβηλῳ προσώπῳ προσιέναι, καὶ οὐ πάνυ δεδιέναι τὸν θάνατον δοκῶν. καὶ τοῦτ' ἐμφῆναι τοῖς ἔξω τοῦ στόμιου ἑστῶσιν ἐθέλων. ἐπεὶ δὲ κατέκυψεν εἴσω τοῦ χάσματος, καὶ εἶδε τὸν ζόφον, καὶ τὸν ποταμὸν διαμέλλοντα αὐτὸν δακεῖν τῷ κωκυτῷ, καταπαῦσαι τοῦ ποδὸς, ὥσπερ τὰ βρέφη ἐκεῖνα, καὶ τὰ ἑαυτοῦ παιδία ὠδύρετο, καὶ παντοίως ἐγόμετο. Με. ἦκουν σοφιστὴς ὁ ἀνθρωπος ἦν, καὶ οὐκ ἀληθῶς καταφρονεῖ τοῦ πράγμα-

HEus Cerbere, quandoquidem mihi tecum cognatio quædam intercecedit, cùm & ipſe ſim Canis, dic mihi per Stygem, qualis eſſet Socrates cùm huc deſcenderet. Veriſimile eſt autem te, Deus cùm ſis, non latrare modò, ſed etiam humano more loqui, ſiquando velis. *Cer.* Cùm procul adhuc abeſſet, Menippe, videbatur vultu prorſus conſtanti accedere, ac ſi mortem nihil omnino formidaret, iſſque qui extra ſpecum ſtabant hoc ipſum indicare vellet. Verùm ſimul atque deſpexit in hiatum, vidítque caliginem hanc, ſimúlque ego cunctantem illum aconito mordens, pede correptum detraxi, infantium ritu eiulabat, ſuóſque deplorabat liberos, nihílque non faciebat in omnem ſpeciem ſe conuertens. *Me.* Num igitur ille erat ſophiſta, nec verè mortem contemne-

τος; Κερ. οὐκ. ἀλλ' ἐπείσθη ἀναγκαῖον αὐτὸ εἶναι, καταθρασύνετο, ὡς ἅπαντα ἂν ἄκων πειόμενος, ὃ πάντως ἔδει παθεῖν, ὡς θαυμάσονται οἱ θεαταί. καὶ ὅλως, περὶ πάντων γε τῶν τοιούτων ἐπιτῆν αὖ ἔχοιμι, ἕως τῶν τολμηρῶν καὶ ἀνδρείων. τὰδ' ἤδοδεν, ἔλεγχος ἀκριβής. Με. ἐγὼ δὲ πῶς σοι κατεπλευσάμην ἔδοξα; Κερ. μόνος ὦ Μένιππε ἀξίως τῶν ἡμῶν, καὶ Διογένους τοῦ σοῦ. ὅτι μὴ ἀναγκαζόμενοι ἐσήειτε, μηδὲ ἀδυνάμενοι, ἀλλ' ἐθελουσίοις γελῶντες, οἰμώζειν παρηγγειλάντες ἅπασι.

bat? *Cer.* Haud verè. Cæterùm vbi vidit id esse necesse, audaciam quandam præ se ferebat, quasi verò volens id esset passurus, quod volenti nolenti erat ferendum: videlicet vt spectatoribus esset miraculo. Atq; in vniersũ, de omnibus huiusmodi viris verè dicere possim: ad fauces vsq; specus, intrepidi sunt & fortes: intus verò quum sunt, nihil mollius neque fractius. *Men.* Ego verò quonam animo tibi visus sum descendisse? *Cer.* Vnus mortalium descendisti, vt tuo genere dignum erat, & prior te Diogenes: siquidem nec coacti, nec intrusi intrástis: verùm vltronei & ridentes, atq; omnibus plorare renunciantes.

ΧΑΡΩΝΟΣ, ΚΑΙ Μενίππου.

CHARONTIS ET MENIPPI.

ΧΑΡΩΝ.

Ἀπόδος ὃ κατέφαγες τὰ πορθμεῖα. Με. βόα, εἰ τοῦτό σοι ἥδιον ὦ Χάρων. Χα. ἀπόδος φημὶ, αὐθὶς ἂν σε διαπορθμευσάμενον. Με. ὦ αὖ λάβοις παρὰ τοῦ μὴ ἔχοντος. Χα. ἔστι δέ τις ὀβολὸν μὴ ἔχων; Με. εἰ μὴ καὶ ἄλλος τις, ὦ οἶδα. ἐγὼ δ', ὡς ἔχω. Χα. καὶ

CHARON.

Redde naulum sceleste. *Men.* Vociferare, siquidem hoc tibi iucundius est. *Ch.* Charon. *Ch.* Redde, inquam, quod pro traiectione debes. *Men.* Haudquaquam accipere possis ab eo qui non habet. *Ch.* An est quispiam qui ne obolum quidem habeat? *Men.* Sit-ne alius quispiam, equidem ignoro: ipse certè non habeo. *Ch.* Atqui

μὼ ἄγξω σε νὴ τὸν Πλούτωνα ὦ μιαρὲ, ὡς μὴ ἀποδῷς. Με. κἀγὼ τῷ ξύλῳ σου πατάξας, διαλύσω τὸ χρανίον. Χα. μαρτύρω οὗτος ἔσῃ πεπλευκὼς τοσοῦτον πλοῦν; Με. ὁ Ἑρμῆς σοὶ ἐμὲ ἀποδότω, ὅς με παρέδωκέ σοι. Ες. νὴ Δία ὀναίμην, εἰ μέλλω γε καὶ ὑπεκτίνειν τῶν νεκρῶν. Χα. ἀκ ἀποσήσομαί σου. Με. τούτου γε ἕνεκα νεωλκήσας τὸ πορθμεῖον, παρόμοιμι. πλοῖον δ' ὦ, γε μὴ ἔχω, πῶς ἂν λάβοις; Χα. σὺ δ' ἂν ἤδεις ὡς κομίζειν δέον; Με. ἤδειν μὲν, ἀκ εἶχον δέ. τί οὖν, ἐχρῆν διατοῦτο μὴ ἀποθανεῖν; Χα. μόνος ἂν ἀνύσεις πεπλευκέναι; Με. οὐ φροῦδα ὦ βέλτιστε. καὶ γὰ ἐώτλησα, καὶ τὴν κώπην ἐπελαβόμην, καὶ ἀκ ἔκλαιον μόνος τῶν ἄλλων ἐμβατῶν. Χα. οὐδὲν ταῦτα πρὸς τὸ πορθμεῖα. ἀλλ' ὀβολὸν ἀποδυνάι σε δεῖ. οὐ γὰ δήμιος ἄλλως γιγνώσκω. Με. ἀλλ' ἀπάγαγέ με αὖθις ἐς τὸν βίον. Χα. χαρίεις λέγεις, ἵνα καὶ πλοῖα πρόσλαβω. Με. μὴ ἐνόχλει

præfocabo te per Ditem impuriſſime ni reddas. *Men.* At ego illiſo baculo tibi caput diffindam. *Ch.* Num ergo te tam longo traiectu gratis tranſuexero? *Men.* Meo nomine Mercurius tibi reddat, vt qui me tibi tradiderit. *Merc.* Bellè mecum agatur per Iouem, ſi nomine mortuorum mihi ſit ſoluendum. *Ch.* Nòn omittam te. *Men.* Quin igitur vel huius gratia perge nauim trahere, quanquam quod non habeo, quinam accipias? *Ch.* At tu neſcibas quid tibi fuerit afferendum? *Men.* Equidem ſciebam, verùm non habebam. Quid igitur? ideóne mihi non erat moriendum? *Ch.* Solus ergo gloriabere te gratis tranſuectum? *Men.* Haud gratis, ô præclare: ſiquidem ſentinam exhauſi, & remum arripui, & vectorum omnium vnus non eiulaui. *Ch.* Iſta nihil ad naulum: obolum reddas oportet, neque enim fas eſt ſecus fieri. *Men.* Proinde me rurſus in vitam reuehe. *Ch.* Bellè dicis vt pro eo plagas ab Acaco accipiam. *Men.* Ergo moleſtus ne ſis. *Ch.* Oſtende

ὅπῃ τούτῳ παρὰ τῷ Αἰακῷ οὗτος. Χα. δεῖξον τί ἐν τῇ

πήρα ἔχεις. Με. Σέρμους εἰ θέλεις, ὦ τὸ Ἑκάτης τὸ δεῖπνον. Χα. πόθεν τοῦτον ἡμῖν ὦ Ἑρμῆ τὸν κύνα ἤγαγες; ἦν δὲ καὶ ἐλάλει παρὰ τὸν πλοῦν, τῶν ἐπιβατῶν ἁπάντων καταγελῶν, καὶ ἐπισκώπτων, καὶ μόνος ᾖδεν, οἰμωζόντων ἐκείνων. Ερ. ἀγνοεῖς ὦ Χάρων οἷον ἄνδρα διεπόρθμευσας; ἐλεύθερον ἀκεραῖον, καὶ θεοῖς αὐτῷ μέλει. ἔστι δὲ οὗτος ὁ Μένιππος. Χα. καὶ μὴν ἂν σε λάβω πάλιν; Με. ἂν λάβῃς ὦ βέλτιστε, δὶς ἂν ἀποθάνοις.

quid habeas in pera. Men. Lupinum si velis, & Hecatæ cœnam. Ch. Vnde nobis hunc canem adduxisti Mercurii? tum qualia garriebat inter navigandum? vectores omnes irridens, & dicterijs incessens, vnúsque cantillans, illis plorantibus. Merc. Nescis Charon qualem virum transuexeris, planè liberum, cuíque nihil omnino sit curæ. Hic est Menippus. Ch. Atqui si vnquam posthac te recepero. Men. Si receperis ô præclare: bis quidem recipere non possis.

ΠΛΟΥΤΩΝΟΣ, ΚΑΙ Πρωτεσιλάου.

PLVTONIS ET PROTESILAI.

ΠΛΟΥΤΩΝ.

ΩΔΕΣΠΟΤΑ, καὶ βασιλεῦ, καὶ πάτερ Ζεῦ, καὶ σὺ Δήμητρος θύγατερ, μὴ καταφρόνησητε δέησιν ἐρωτικήν. Πλε. σὺ δ' τίνος δέῃ παρ' ἡμῶν; ἢ τίς ὢν τυγχάνεις; Πρω. εἰμὶ μὲν Πρωτεσίλαος ὁ Ἰφίκλου, Φυλάκιος, στρατιώτης τῶν Ἀχαιῶν, καὶ πεσὼν ἀποθανὼν τῶν ἐπὶ Ἰλίῳ. δέομαι

PLVTO.

O Domine, ô rex, ô noster Iupiter, & tu Cereris filia, ne despiciatis preces amatorias. Pl. Tu verò quid precaris à nobis? aut quis denique es? Prot. Equidem sum Protesilaus Iphicli filius, Phylacensis, commilito Græcorum, qui primus eorum qui ad Ilium profecti sunt, occisus fui. Precor autem

ὃ ἀφεθεὶς πρὸς ὀλίγον, ἀναβιῶναι πάλιν. Πλυ. τοῦτον μὲν τὸν ἔρωτα ὦ Περσεφόνεια, πάντες νεκροὶ ἐρῶσι. πλὴν οὐδεὶς αὖ αὐτῶν τύχῃ. Περ. ἀλλ' ἐμοὶ τοῦ ζῆν Αἰδωνεῦ ἐρᾶ ἔγωγε, ἡ γυναικὸς ὢ, νεογάμου ἔτι ἐν τῷ θαλάμῳ καταλιπὼν, ὀχήματι ἀποπλέων. εἶτα ὁ κακοδαίμων ἐν τῇ ἀποβάσει ἀπέθανον ὑπὸ τῆς Ἑκτορος. ὁ οὖν ἔρως ἡ γυναικὸς, οὐ μετρίως ἀποκναίει με ὦ δέσποτα. ἢ βούλομαι κἂν πρὸς ὀλίγον ὀφθεὶς αὐτῇ, καταβῆναι πάλιν. Πλυ. οὐκ ἔστιν ὦ Περσεφόνεια τὸ Λήθης ὕδωρ; Περ. ἦ μάλα ὦ δέσποτα. τὸ δὲ πρᾶγμα ὑπέρογκον ἐμοί. Πλυ. οὐκοῦν πειρώμενον. ἀφίξεται γὰρ οὐδέν σε ὑστέρα ποτὲ, οὐδὲν σε ἀναλθεῖν δήσει. Περ. ἀλλ' οὐ φέρω τὸν διατεμβιὸν ὦ Πλούτων. ἠράσθης δὲ καὶ αὐτὸς ἤδη, καὶ οἶδα οἷον τὸ ἐρᾶν ἐστιν. Πλυ. εἶτα τί σε ὀνήσει μίαν ἡμέραν ἀναβιῶναι, μετ' ὀλίγον τὰ αὐτὰ ὀδυρούμενον; Περ. οἶμαι πείσειν κἀκείνην ἀκολουθεῖν παρ' ὑμᾶς. ὥστε αὖθ' ἑνὸς, δύο νεκροὺς λήψῃ μετ' ὀλίγον. Πλου. οὐ δῆμος γένοιτο ταῦτα. ἃ δὲ

vt dimissus hinc, modicum temporis reuiuiscam. *Pl.* Hunc amorem, Proteſilaë, omnes mortui amant: ſed nullus tamen ipſorum potitur eo. *Prot.* At non vitæ, ſed vxoris amore teneòr, quam nuper ductam domi reliqui, ad bellum nauigando profectus. Deinde infelix, in egreſſu nauium, ab Hectore occiſus ſum. Itaque coniugis amor, nõ mediocriter me torquet, Domine: volóque, ſi vel paululum ab ipſa conſpectus fuero, rurſum huc deſcendere. *Pl.* Non bibiſti, Proteſilae, Lethæam aquam? *Prot.* Etiam Domine: ſed hæc res præualuit pondere. *Pl.* Igitur expecta: aduenietenim & illa quandoque, neque nunc quicquam opus erit vt aſcendas iterum. *Prot.* Sed moram hanc Pluto, ferre nequeo. Amaſti autem tu quoque aliquando, ac noſti, qualis res, Amor ſit. *Pl.* Ecquid adeò iuuabit te vnum diem reuiuiſcere, deinde autem eadem hæc paulò poſt lugere? *Prot.* Spero me etiam illam adducturum, vt huc ad vos ſequatur me: quare pro vno mortuo, paulò poſt duos recipies. *Pl.* Haud fas eſt iſta fieri: nec vſquam ſimile quid

ἐμέτρησε πώποτε. Προ. ἀναμνήσω σε ὦ Πλούτων. Ορφεῖ γὰρ δι' αὐτὴν ταύτην τὴν αἰτίαν τὴν Εὐρυδίκην παρέδωτε, καὶ τὴν ὁμογνῶ μου Αλκηστιν παρεπέμψατε Ηρακλεῖ χαριζόμενοι. Πλου. Θελήσεις δ' ἂν τὸ κεφάλιον γυμνὸν ὂν, καὶ ἄμορφον, τῇ καλῇ σου ἐκείνῃ νύμφῃ φαίνεσθαι; πῶς δὲ κἀκεῖνα φεύξεται σε, ἢν δὲ διαγνῶναι δυναμένη; φοβήσεται γὰρ εὖ οἶδα, καὶ φεύξεταί σε. καὶ μάτην ἴσῃ τοσαύτην ὁδὸν ἀνελιττών. Περ. ἀλλ' ὦ ἄνερ, σὺ καὶ τοῦτ' ἴασαι, καὶ τὸν Ερμῆν κέλευσον, ἐπισθὰν ἐπὶ τῷ φωτὶ ἤδη ὁ Περσεφόνης ἦ, καθικόμενον ἐπὶ τὴν ῥάβδῳ, νεανίαν ἐκ τοῦ καλὸν ἀπεργάσασθαι αὐτὸν, οἷος ἦν ἐν τῷ παρῶ. Πλ. ἐπὶ Περσεφόνην συμβουλεῖ, ἀναγαγὼν τοῦτον αὖθις, πεῖσον γυμφίον. σὺ δὲ μέμνησο, μίαν λαβὼν ἡμέραν.

factum est. *Pros.* At ego in memoriam reuocabo tibi Pluto. Nam Orpheo ob ipsam hanc causam Eurydicen vxorem reddidistis, & cognatam meam Alceſtin emisistis, Herculi gratificantes. *Pl.* Optaris autem cum ista nuda atque deformi caluaria, formosæ illi sponsæ tuæ in conspectum venire? Quo pacto autem illa etiam aspiciat te, quæ ne dignoscere quidem ampliùs te poterit? Terrebitur enim sat scio, téque fugiet: & frustra tantum iter remensus eris. *Pros.* Proinde mi vir, huic rei remedium adhibe: ac Mercurium iube, vt postquã ad lucem peruenerit Proteſilaus, contactum virga, mox in adolescentem formosum conuertat eum, qualis erat cùm è sponsæ thalamo prodiret. *Pl.* Quoniam & Proserpinæ hoc videtur, hunc ad superos rursus perductum, Mercurii, sponsum facito. Tu verò memineris vnicum diem tibi esse permissum.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ, ΚΑΙ Μαυσώλου.

DIOGENIS ET MAVSOLI.

ΔΙΟΓΕΝΗΣ.

Καὶ, σὺ τὶ μέγα φρονεῖς, ὦ πάτων ἡμῶν προπιμάδων ἀ-

DIOGENES.

HEus tu Cãr, quare es insolens? téque dignum censes qui nobis

ξίοις; Μαυ. καὶ ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ μὲν ὦ σινωπεῦ, ὃς ἐβασίλευσα Καρίας μὲν ἁπάσης, ἔνια δὲ καὶ Λυδῶν ἐνίων. καὶ νήσοις δέ τινας ἐπηλόμην, καὶ ἄχρι Μιλήτου ἐπέβην, τὰ πολλὰ τῆς Ἰωνίας καταστρεφόμενος. καὶ καλὸς ἦν, καὶ μέγας, καὶ ἐν πολέμοις καρτερός. τὸ δὲ μέγιστον, ὅτι ἐν Ἁλικαρνασσῷ μνῆμα παμμεγέθες ἔχω ἐπικείμενον, κάλλιον καὶ ἄλλος νεκρός, μηδὲ εἴ τινος ἐς κάλλος ἀφικνημένου, ἵππων, καὶ ἀνδρῶν, ἐς τὸ ἀκριβέστατον εἰκασμένων λίθου τοῖς καλλίστοις, οἷον οὐδὲ νεὼν εὕροι τις ἂν ῥᾳδίως. δοκῶ σοι δικαίως ἐπὶ τούτοις μέγα φρονεῖν; Διο. ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ φῄς, καὶ τῷ κάλλει, καὶ τῷ βάρει τοῦ τάφου; Μα. νὴ Δί' ἐπὶ τούτοις. Δι. μὴ δῆτα καλὲ Μαύσωλε, ὅστις ἦν ἰσχὺς ἔπ' ἐμοὶ εἰκεῖνη, ὅστις ἡ μορφὴ πάρεστιν. εἰ γοῦν πυνθάνοιμεθα δικαίου συμφορίας πέρι, ἃ ἔχω εἰπεῖν τινος ἕνεκα τὸ σὸν κρανίον προτιμήσειέν ἂν τὸ ἐμόν. φλαυκὸν γὰρ ἄμφω, καὶ γυμνά. καὶ τοὺς ὀδόντας ὁμοίως φαίνομεν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀφαιρούμεθα, καὶ τὰς ῥῖνας ἀποτετμήμεθα. ὁ δὲ τάφος, καὶ οἱ

omnibus anteponare? Mau. Primùm regni quidem nomine ô Sinopensis, quippe qui Cariæ vniuersæ rex fuerim, & Lydiæ gentibus aliquot imperauerim: tum & insulas nonnullas subegerim, Miletum vsque penenerim, pleriscque Ioniæ partibus vastatis. Adhæc formosus eram ac procerus, & in rebus bellicis præualidus. Postremò, quod omnium est maximum, in Halicarnasso monumentum erectum habeo, singulari magnitudine, quantum nemo alius defunctorum, neque pari pulchritudine conditum possidet, viris & equis pulcherrimo ex saxo, ad viuam formam absolutissimo artificio expressis: quale fanum nemo facilè inueniat. Num iniuria tibivideor has ob res efferri? Dior. Ob imperium ais, ob formã, & sepulchri molem. Mau. Per Iouem, ob hæc inquam. Dior. Atqui formose Mausole, neq; vires illæ, neq; forma tibi amplæ adest: adeò vt siquem formæ arbitrum elegerimus, dicere nequeam, quamobrem ab illo tua caluaria meæ præferantur: ambæ enim caluæ sunt & nudæ, & dentes pariter ostendimus, atque oculis orbati sumus, simísque naribus deformati. Cæterùm sepul-

πλυτελεῖς οἰκεῖνοι λίθοι, Αλικαρνασεῦσι μὴ ἴσως εἶεν ὑπερδεικνύσθαι, καὶ φιλοτιμεῖσθαι πρὸς τοὺς ξένους, ὡς δή τι μέγα οἰκοδόμημα αὐτοῖς ὄν. σὺ δὲ ὦ βέλτιστε, ἐγὼ οὐχ ὁρῶ ὅ, τι ἀποκαινεῖς αὐτῷ, πλὴν εἰ μὴ τοῦτο φὴς, ὅτι μᾶλλον ἡμῶν ἀνθρωποφορητὸν τοσουτοισὶ λίθοις πιεζόμενος. Μαυ. ἀνόνητα ἄρ᾽ μοι οἰκεῖνα πάντα. καὶ ἴσως ἔσται Μαύσωλος, καὶ Διογένης. Διο. οὐκ ἴσασιμος ὦ γλυκύτατε. ἐ γὰρ. Μαύσωλος μὲν γὰρ οὐμὼ ἔσεται, μεμνημένος τῶν ὑπὲρ γῆς, ἐν οἷς εὐδαιμονεῖν ᾤετο. Διογένης δὲ καταγελάσεται αὐτοῦ. καὶ τάφον ὁμῶ, ἐν Αλικαρνασσῷ ἐρεῖ ἑαυτῷ ὑπὸ Αρτεμισίας τ᾽ γυναικὸς, καὶ ἀδελφῆς, κατεσκευασμένον. ὁ Διογένης δὲ, τοῦ μὲν σώματος, εἰ καί που ταφον ἔχει, οὐδὲν. οὐδὲ γὰρ ἔμελεν αὐτῷ τούτου. λόγον δὲ τοῖς ἀρίστοις περὶ αὐτοῦ καταλέλοιπεν, οὐδενὸς βίον βεβιωκὼς ὑψηλοτέρου, ὦ Καρῶν οὐδενὸς πεδοτατέστατα τοῦ σοῦ μνήματος, καὶ ἐν βεβαιοτέρῳ χωρίῳ κατεσκευασμένου.

chrũ & ſumptuoſa illa ſaxa, Halicarnaſſeis fortſitan iactare licebit, & hoſpitibus gloriæ cauſa oſtentare, tanquam qui magnificam apud ſe ſtructuram habeant. Verùm quid hinc commoditatis ad tè redeat, vir egregie nequaquam video, niſi forſan illud commodum vocas, quòd plus oneris atque nos ſuſtines, ſub tam ingentibus ſaxis preſſus. Mau. Ita ne nihil illa mihi conducunt omnia? planéque pares erunt Mauſolus ac Diogenes? Mer. Minimè pares, generoſiſſime: minimè inquam. Nam Mauſolus ingemiſcet, quoties earum rerũ meminerit, ob quas beatum eſſe ſe in terris exiſtimabat: Diogenes verò irridebit ipſum. Atque hic quidem, ſepulchrum ſibi Halicarnaſſi ab vxore Artemiſia, & ſorore paratum memorabit: Diogenes verò, de ſuo corpore ne id quidem nouit an habeat ſepulchrum: neque enim erat id ipſi curæ. Verùm apud viros excellentiſſimos ſui famam reliquit, vt qui vitam exegerit viro dignam: tuo monumento, Carum abiectiſſime, celſiorem, ac tutiore in loco ſubſtructam.

ΝΙΡΕΩΣ, ΘΕΡΣΙΤΟΥ, καὶ Μενίππου.

NIREI, THERSITÆ, ET MENIPPI.

ΝΙΡΕΥΣ.

NIREVS.

Ἰδοὺ δὴ Μένιππος ὑποσὶ δικάσει, πότερος εὐμορφότερός ἐστιν. εἰπὲ ὦ Μένιππε, ἢ καλλίων σοι δοκῶ; Με. πίνες ἢ καὶ ἐστὲ σφόδρα οἴμαι; χρὴ γὰρ τοῦτο εἰδέναι. Νι. Νιρεὺς, καὶ Θερσίτης. Με. πότερος ὁ Νιρεὺς, καὶ πότερος οὗτος ὁ Θερσίτης; οὐδέπω γὰρ τοῦτο δῆλον. Θερ. ἐν μὲν ἤδη τοῦτ' ἔχω, ὅτι ὅμοιός εἰμί σοι, καὶ οὐδὲν πολλῷ κρείττων διαφέρεις, κἀμὲ δεῖ σε Ὅμηρος εἰπεῖν ὁ τυφλὸς ἐκεῖνος, ἁπάντων εὐμορφότατον φορτικώτατον. ἀλλ' ὁ φοξὸς ἐγὼ, καὶ ψελὸς, οὐδὲν ἥττων ἐφαίνομαι τῷ δικαστῇ. ὥρα δή σοι ὦ Μένιππε ὃν τινα καὶ εὐμορφότερον ἡγῇ. Νι. ἐμέ γε ἡ Ἀγλαΐας, καὶ Χάροπος, ὃς κάλλιστος αὖθις ἦλθεν Ἴλιον. Με. ἀλλ' οὐχὶ καὶ ὑπὸ γῆν ὡς οἶμαι κάλλιστος ἦλθες, ἀλλὰ τὰ μὲν ὀστᾶ, ὅμοια. τὸ δὲ κρανίον, ταύτῃ μόνον ἄρα διακείσοιτο ἀπὸ τῆς Θερ-

Ecce profectò Menippus hic iudicabit vter nostrûm sit formosior. Die Menippe, annon tibi videor forma præstantior? Men. At priùs quinam estis? nam hoc opinor scito est opus. Nir. Nireus & Therſites. Men. Vter Nireus, vter Therſites? nondum enim hoc satis liquet. Th. Iam vnum hoc obtineo quòd tibi sum similis, neque tantopere me præcellis, quantopere te cæcus ille Homerus extulit, omnium formosiſſimum appellans: verùm ille ego fastigiato vertice, & glabro, nihilo te deterior visus sum judici. Iam verò tempus est Menippe vt pronuncies vtrum altero formosiorem putes. Nir. Nimirum me Aglaia & Charope prognatum, qui pulcherrimus Ilium veni. Men. Atqui non item sub terram, vt puto, pulcherrimus veniſti: verùm ossa tua alijs sunt similia Porrò caluaria hoc vno insigni à

σπου κραυίε, ὅτι εὐθρυπτον τὸ σὸν. ἁλικαδηνὸν γὰρ αὐτό, καὶ ἁπαλὰς ἀνδρῶδες ἔχεις. Νι. καὶ μὴν ἔγωγε Ὁμηρον ὁποῖος ἦν ποτε συνεστράτευον τοῖς Ἀχαιοῖς. Με. ὀνείρατά μοι λέγεις. ἐγὼ γὰρ ἃ βλέπω, καὶ νῦν ἔχει. σκιαὶ γάρ, οἱ τότε ἦσαν. Νι. οὐκοῦν ἐγὼ ἐνταῦθα εὐμορφότερός εἰμι ὦ Μένιππε; Με. οὔτε σύ, οὔτε ἄλλος εὔμορφος. ἰσοτιμία γὰρ ἐν ᾅδου. καὶ ὅμοιοι ἅπαντες. Θερ. ἐμοὶ μὲν καὶ τοῦτο ἱκανόν.

Therſite caluaria dignoſci poſſit, quòd tua delicata eſt: molliculam enim ac neutiquam virilem hanc habes. *Nir.* Attamen Homerum percontare, qua ſpecie tum fuerim, cùm inter Græcorum copias militarem. *Men.* Somnia mihi narras: ea verò quæ nunc habes ego ſpecto: cæterùm illa norunt, qui id temporis viuebant. *Nir.* Quid igitur tandem? annon hîc formoſior ego ſum Menippe? *Men.* Neque tu, neq; alius eſt formoſus hoc in loco: ſiquidem apud inferos eſt æqualitas, ſimilésque ſunt omnes. *Th.* Mihi quidem vel hoc ſat eſt.

ΜΕΝΙΠΠΟΥ, ΚΑΙ Χείρωνος. ΜΕΝΙΠΠΟΣ.

MENIPPI ET CHIRONIS. MENIPPVS.

Ἤκουσα ὦ Χείρων, ὡς θεὸς ὢν, ἐπεθύμησας ἀποθανεῖν. Χει. ἀληθῆ ταῦτ' ἤκουσας ὦ Μένιππε. καὶ τέθνηκα ὡς ὁρᾷς, ἀθανάτου εἶναι δυνάμενος. Με. τίς δέ σε ἔρως ἔσχε θανάτου, ἀπεχθάνεσθαι τοῖς πολλοῖς χρήματος; Χει. ἐγὼ πρὸς σὲ ἂν ἀσυνέτου ἔγνων. ἦν γὰρ ἐπ' ἀδοῦ ἀπολαύειν τῆς ἀθανασίας. Με. καὶ οὐχ ἁδὺ γάρ, ζῶντα ὁρᾶν τὸ φῶς; Χει. οὐκ ὦ Μένιππε.

Equidem inaudiui Chiron, te, Deus cùm eſſes, mortem tamen optaſſe. *Ch.* Vera hæc ſunt quæ audiuiſti Menippe: & mortuus ſum, vt vides, cùm potuerim immortalis eſſe. *Men.* At quænam te mortis cupido tenuit, rei vulgo nimirum inamabilis? *Ch.* Dicam tibi viro non imprudenti. Non erat amplius mihi iucundũ immortalitate frui. *Men.* Quid? an iniucundum erat viuere & lucẽ tueri? *Ch.* Erat Menippe.

τὸ δὲ ἡδὺ, ἔγωγε ποικίλον τι ἡγοῦμαι εἶναι. ἐγὼ δ' ζῶν ἀεὶ, καὶ ἀπολαύων τῶν ὁμοίων, ἡλίου, φωτὸς, βορᾶς. αἱ ὧραι δ' αἱ αὐταὶ, καὶ τὰ γιγνόμενα ἅπαντα ἐξῆς ἔκαστον, ὥσπερ ἀκολουθοῦντα διάτεσεν διατέσῃ. ἐνεπλήσθην χρόνῳ ἀπάντων. ἐμαρὲ ἐν τῷ αὐτῷ ἀεὶ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μεταλλάττειν ὅλως, τὸ τερπνὸν ἔνι. Με. εὖ λέγεις ὦ Χείρων. τὰ ἐν ᾅδου δ' πῶς φέρεις, ἀφ' οὗ ἀπεζελόμενος αὐτὰ ἥκεις; Χει. ὡς ἀνδρῶς ὦ Μένιππε. ἡ μὲν ἰσοτιμία, πάνυ δημοτικὸν, καὶ τὸ ἀφάγμα ἀδεὲς ἔχει τὸ διάφορον ἐν φωτὶ εἶναι, ἢ ἐν σκότῳ. ἄλλως τε, οὐδὲ διψῶν ὥσπερ ἄνω, οὔτε πεινῶν δεῖ, ἀλλ' ἀνεπιδεεῖς τούτων ἁπάντων ἐσμέν. Με. ὅρα ὦ Χείρων μὴ ἐναντία σεαυτῷ, καὶ ἐς τὸ αὐτό σοι ὁ λόγος ἵστηκε. Χει. πῶς τοῦτο φῄς; Με. ὅτι εἰ τῶν ἐν τῷ βίῳ τὸ ὁμοίως ἀεὶ καὶ ταὐτὸν ἐχθύετο σοι προσκορές, καὶ ἐνταῦθα ὁμοίων ὄντα, προσκορῆ ὁμοίως ἂν ἠθύετο, καὶ δεήσει μεταβολῆς γε ζητεῖν πιά. καὶ ἐν τεύξεσθαι ἄλλου βίου, ὥσπερ οἶμαι

Nam quod iucundum vocant, varium illud, & neutiquam simplex esse duco. Verùm ego cùm semper viuerem, ijsdémque fruerer, sole, luce, cibo: tum eædem horæ, & quæcunq; in vita contingunt, ordine singula recurrerent, atque alijs alia per vices succederent, eorum cepit me satietas. Neq; enim in eo voluptas est sita, sisemper ijsdem fruare, sed si omnino permutes. Men. Probè loqueris Chiron. Verùm quo animo fers ea quæ apud inferos habes, posteaquam ad hæc tanquam ad potiora te contulisti? Ch. Non iniucundo Menippe: siquidem æqualitas res est prorsum popularis: nihilque interest, vtrum in luce quis agat, an in tenebris: præterea neque sitiendum est nobis, quemadmodum apud superos, neque esuriendum: sed eiusmodi rerum omnium indigentia vacamus. Men. Vide Chiron, ne tibi contradicas, & eodem tibi recidat oratio. Ch. Quamobrem isthuc ais? Men. Quoniam si illud tibi fastidio fuit, quòd in vita semper ijsdem similibúsque rebus vtendum erat, cùm hîc itidem similia sint omnia, eodem modo tibi parient aliqua status commutatio, migrandum, id quod arbi-

fastidium, & quærenda erit atque hinc aliam in vitam

ἀδύνατον. Χει. τί οὖν ἂν παθοι τις ὦ Μένιππε; Με. ὅπερ οἶμαι, καὶ φασὶ, σωφρονοῦντα, ἀρέσκεσθαι, καὶ ἀγαπᾶν τοῖς παροῦσι, καὶ μηδὲν αὐτῶν ἀφορᾶν ὀλέσθαι. A

tror fieri nō posse. Ch. Quid igitur faciendum Menippe? Me. Illud nimirum, vt cùm sis sapiens, quemadmodum opinor, & vulgò prædicant, præsentibus rebus sis contentus, boníque consulas quod adest, nec quicquam in his esse putes, quod ferri non queat.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ, ΑΝΤΙΣΘΕΝΟΥΣ, καὶ Κράτητος. B

DIOGENIS, ANTISTHENIS, ET Cratetis.

ΔΙΟΓΕΝΗΣ.

DIOGENES.

ΑΝτίσθενες, καὶ Κράτης, ἀγελῶ ἄγομεν. ὥστε τί οὐκ ἄπιμεν ἐυθὺ τὴν καθόδου ἀφιππασόμενοι, ὀφόμενοι τοὺς καταβαίνοντας οἵοί τινές εἰσι, καὶ τί ἕκαστος αὐτῶν ποιεῖ; Α. ἀπωμόμην ὦ Διόγενες. καὶ γὰρ αὖ τὸ θέαμα ἡδὺ γέλοιτο, τοὺς μὲν δακρύοντας αὐτῶν ὁρᾶν. τοὺς δὲ ἱκετεύοντας ἀφεθῆναι. ἐνίους δὲ, μόλις κατιόντας, καὶ ὑπὸ βάκτρου ὠθουμένους τοῦ Ἑρμοῦ, ὅμως ἀντιβαίνοντας, καὶ ἀντείνοντας ἀντερείδοντας, οὐδὲν δέον. Κρα. ἐγὼ γοῦν καὶ διηγήσομαι ὑμῖν ἃ εἶδον ὁπότε κατήειν κατ' ὀδόν. Δι. διήγησαι ὦ Κράτης. ἔοικας γάρ τινα παγγέλοια ὀφεῖν. Κρα. καὶ ἄλλοι μὲν πολλοὶ συγκατέβαινον ἡμῖν, C D E

OCium nunc agimus Antisthenes, & tu Crates. Quare, cur ambulatum non imus ad Orci fauces, vt ibi videamus quinam sint qui descendunt, & quid quisque eorum agat? Ant. Eamus Diogenes. Etenim spectaculum hoc iucundum fuerit videre vt ipsorum alij lachrymantur, alij supplicant vt dimittantur: nonnulli etiam ægrè descendunt, & cervicem impellente Mercurio, tamen reluctãtur, & nulla necessitate resupini obnituntur. Cr. Ego verò etiam exponam vobis quæ in via vidi cùm huc descenderem. Dio. Expone Crates, videris enim quædam risu omnino digna dicturus esse. Cr. Cùm alij multi nobiscum descendebant,

ἐν αὐτοῖς δ' ὀπίσημοι, Ισμη-
νόδωρός τε ὁ πλούσιος, ὁ ἡμέ-
τερος, καὶ Αρσάκης ὁ Μηδίας
ὕπαρχος, καὶ Οερσίτης ὁ ἀρμέ-
νιος. ὁ μὲν οὖν Ισμηνόδωρος,
ἐπεφόνευτο γὰρ ὑπὸ λῃστῶν πα-
ρὰ τὴν Κιθαιρῶνα, ἐς Ελευσῖνα
οἶμαι βαδίζων, ἔτενέ τε, καὶ τὸ
βάυμα ἐν ταῖν χερσὶν εἶχε. καὶ
τὰ παιδία τὰ νεογνὰ, ἃ κατε-
λελοίπει, ἀνεκαλεῖτο, καὶ ἑαυτῷ
ἐπεμέμφετο τῆς τόλμης. ὡς
Κιθαιρῶνα ὑπερβάλλων, καὶ τὰ
ὑπὲρ τὰς Ελευθερὰς χωρία παν-
έρημα ὄντα ὑπὸ τῶν πολέμων,
διοδεύων, δύο μόνους οἰκέτας
ἐπήγετο. καὶ ταῦτα, φιάλας
πέντε χρυσᾶς, καὶ κυμβία
τέτταρα μεθ' ἑαυτοῦ ἔχων. ὁ δὲ
Αρσάκης, γεραιὸς γὰρ ἤδη, καὶ
νὴ Δί' οὐ κάρτιμος τὴν ὄψιν ἐς
τὸ βαρβαρικὸν, ἤχθετο, καὶ ἠ-
γανάκτει πεζὸς βαδίζων, καὶ
ἠξίου τὸν ἵππον αὐτῷ παρασ-
χθῆναι. καὶ γὰρ ὁ ἵππος αὐτῷ
συνετέθνηκει, μιᾷ πληγῇ ἀμ-
φοτέροις διαπαρέντος ὑπὸ θρᾳ-
κός τινος πελταστοῦ, ἐν τῇ ὀπ
τῷ Αραξῇ πρὸς τὸν καπαδ-
δοκίαν συμπλοκῇ. ὁ μὲν γὰρ Αρ-
σάκης ἐπήλαυνεν, ὡς δηλοῖτο,
πολὺ τῶν ἄλλων προὔπεξορ-
μήσας. ὑπέμενε δ' ὁ θρᾷξ, τῇ

tum inter ipsos insignes, Ismenodorus ille diues ex nostris, & Arsaces Medorum præfectus, & Orœtes Armenius. Ismenodorus igitur occisus enim fuerat à latronibus circa Cithæronem, quando Eleusinem, vt arbitror, proficiscebatur) & gemebat, & vulnus in manibus habebat, tenellos liberos quos reliquerat identidem vocando, sibique ipsi ob audaciam succensendo: qui cùm Cithæronem transiret, ac loca illa circa Eleutheras deserta, bellisq; vastata peragraret, duos tantùm seruos adduxisset, idque cùm phialas quinque aureas, & quatuor cymbia secum haberet. Arsaces autem (senior enim iam erat, & per Iouem pro barbarico illo ritu facie non inhonesta) grauiter ferebat, atque indignabatur, quòd pedibus incederet, sibique equum adduci volebat. Nam & equus vnà cũ eo mortuus erat, ambobus vna plaga transfossis à Thrace quodam scutato, in eo prælio quod cum rege Cappadocum ad Araxem fluuium cõmissum fuerat. Nam Arsaces infesto cursu in hostem ferebatur, longè ante alios, vt ipse narrabat euectus. Thrax verò illum expectando subsistens, ac scu-

πέλτη μὲν ὑποδὺς, ἀποσείεται τὸ Ἀρσάκου κοντόν. ὁ δὲ ὑποδεὶς τὴν σάρισαν, αὐτόν τε διαπείρει, καὶ τὸν ἵππον. Αν. πῶς οἷόν τε ὦ Κράτης, μιᾷ πληγῇ τοῦτο γενέσθαι; Κρα. ῥᾴδιον ὦ Ἀντίσθενες. ὁ μὲν γὰρ ἐπλαυνεν, εἰκοσαπήχυν τινα κοντὸν προβεβλημένος. ὁ θρὰξ δὲ ἐπειδὴ τῇ πέλτῃ ἀπεκρούσατο τὴν προσβολὴν, καὶ παρῆλθεν αὐτὸν ἡ ἀκωκὴ, ἐς γόνυ ἐλάσας, δέχεται τῇ σαρίσῃ τὴν ἐπέλασιν, καὶ πρόσκλισιν τοῦ ἵππου ποιοῦσα στέρνον, ὑπὸ θυμοῦ καὶ προθύμου ἑαυτὸν διαπείραντα. διελαύνεται δὲ καὶ ὁ Ἀρσάκης ἐς τὸ βουβῶνα διαμπάξ, ἄχρις ὑπὸ τὴν πυγήν. οἷας οἷον τὴν ἐγχείρησιν; ἐπὶ τῷ αὐχένι, ἀλλὰ τῷ ἵππου μᾶλλον τὸ ἔργον. ἠγανάκτει δ' ὅμως, ἐπίσημος ὢν τοῖς ἄλλοις, καὶ ἄξιος ἱππεῖς καταίνειν. ὁ δὲ γε Ὀρέστης ὁ ἰδιώτης, καὶ πάνυ ἁπαλὸς τοὺς πόδας, καὶ ὀλίγου ἐᾶσαι χαμαὶ, ἀφ' ἵππου βαδίζειν ἐδύνατο. πάσχουσι δ' αὐτὸ ἀτεχνῶς Μῆδοι πάντες, ἐπὶν ἀποβῶσι τῶν ἵππων, ὥσπερ οἱ ἐπὶ τῶν ἀκανθῶν ἐμβαίνοντες ἀκροποδητὶ, μόλις βαδίζουσιν. ὥστε ἐπὶ καταβαλὼν

tum obtendens, Arſacis haſtam excuſſit: ipſe autem ſubmiſſa ſariſſa, ipſúmque & equum tranſuerberat. *Ant.* At Crates, quomodo hoc vna plaga fieri potuit? *Cr.* Facillimè, Antiſthenes. Hic enim viginticubitalem contum prætendens curſu ferebatur: Thrax verò, vbi pelta obiecta plagam excuſſit, ipſúmque cuſpis præteriit, in genu procumbens, venientis impetum ſariſſa excipit, ac equum ſub pectore vulnerat, qui præ furore ac vehementia curſus ſe ipſum tranſadegit. Tum etiam eadem haſta per inguina vtrinque ad nates penetrante Arſaces tranſfoditur. Vides quale hoc fuerit? non viri, ſed potiùs equi opus. Verumtamen indignabatur ille, quòd non ampliore quàm alij honore haberetur: volebátque eques huc deſcendere. Orœtes autem priuatus quiſpiam erat, pedibus admodum mollis, quippe qui neque humi ſtare, nedum incedere poterat. Medis autem omnibus hoc prorſum accidit, vt poſtquã ab equis deſcenderint, veluti qui ſuper ſpinas ingrediuntur, ſummis pedum digitis ægrè incedãt. Quãobrem cùm humi ſponte

ἑαυτὸν, ἔκειτο, καὶ οὐδεμιᾷ μηχανῇ ἀνίστασθαι ἤθελεν, ὁ βέλτιστος Ἑρμῆς ἀφάμενος αὐτὸν, ἐκόμισεν ἄχρι πρὸς τὸ πορθμεῖον. ἐγὼ δὲ ἐγέλων. Αν. καγὼ δ' ὅτε κατῆειν, οὐδὲ ἀνέμιξα ἐμαυτὸν τοῖς ἄλλοις. ἀλλ' ἀφεὶς οἰμώζοντας αὐτοὺς, παρεσκευαμὴν ἐπὶ τὸ πορθμεῖον, προκατέλαβον χώραν, ὡς ἂν ἐπιτηδείως πλεύσαιμι. περὶ δὲ πλοῦ δὴ, οἱ μὲν ἐδάκρυόν τε, καὶ ἀνιῶντο. ἐγὼ δὲ, μᾶλλα ἐτερπόμην ἐν αὐτοῖς. Διο. σὺ μὲν ὦ Κράτης, καὶ Ἀντισθένες, τοιούτων ἐπέσχετε ξυμποδιστόρων. ἐμοὶ δὲ, Βλεψίας τε ὁ δανειστὴς, ὁ ἐκ Πειραιῶς, καὶ Λάμπις ὁ Ἀχαρνεὺς, ξενα-γὸς ὢν, καὶ Δάμις ὁ πλούσιος ἐκ Κορίνθου, συνκατῆεσαν. ὁ μὲν Δάμις, ὑπὸ τῶν παιδὸς ἐν φαρμάκοις ἀποθανὼν. ὁ δὲ Λάμπις, δι' ἔρωτα Μυρτίου τῆ ἑταίρας, ἀποσφάξας ἑαυτόν. ὁ δὲ Βλεψίας, λιμῷ ἄθλιος ἐλέγετο ἀπεκλικέναι, καὶ ἐδήλου ὡχρὸς ἐς ὑπερβολὴν, καὶ λεπτὸς ἐς τὸ ἀκριβέστατον φαινόμενος. ἐγὼ δὲ, καίπερ εἰδὼς. ἀνέκρινον ὅν τρόπον ἀποθνοίη. εἶτα τῷ μὲν Δάμιδι ἀπωμύμην τὸν υἱὸν,

prostratus iaceret, neque vllo pacto resurgere vellet, optimus Mercurius sublatum ipsum ad cymbam vsque portauit: ego verò ridebam. *Ant.* Ego verò, quum huc descendebam neque me cæteris admiscui, sed relictis plorantibus illis, ad cymbam accurrendo, locum præoccupaui, quò commodiùs nauigarem. Inter nauigandum autem alij quidem flebant, alij verò nauseabant. Ego autem inter ipsos sedens valdè oblectabar. *Dio.* Tu quidem Crates, & tu Antisthenes in huiusmodi comites incidistis. Mecum autē Blepsias ille fœnerator ex Piræo, & Lampis Acharnan mercenariorū militum ductor, & diues ille Corinthius Damis, simul descendebant. Quorum Damis, à puero veneno interemptus fuerat: Lampis ob Myrtij meretricis amorem, se iugulauit. Blepsias fame miser periisse dicebatur, & adhuc supra modum pallidus, & exquisitissimè tenuis apparebat. Ego verò, quanquam id noram, interrogabam tamen quo pacto quisque mortuus esset. Ac Damidi quidem acculanti filium:

οὐκ ἄδικα μὰ τοὺς ἔπαθες ἐφλυάρησας αὐτῷ, ὃς τάλαντα ἔχων ὅμως χίλια, καὶ βυθῶν αὐτὸς συνεγκονταέτης ὤν, ἐκτωκαιδεκάετει νεανίσκῳ τέτταρας ὀβολοὺς παρείχες. σὺ δὲ ἀχαρναῦ, ἔσει γὰρ κἀκεῖνος, καὶ κατηφεῖτο τὴν Μυρτίῳ, τί αὐτὸν ἢ ἔρωτα, σαυτὸν δὲ οὐ; ὃς τοὺς μὲν πλεμμύρας οὐδὲ πώποτε ἔδεισας, ἀλλὰ φιλοκινδύνως ἠγωνίζου περὶ τῶν ἄλλων. ὕστερον δὲ τὸ τυχητὸς παιδισκαρίου, καὶ δακρύων ἐπιπλάσων, καὶ στεναγμῶν, ἐώλως ὁ γραῦς. ὁ μὲν γὰρ Βλεψίας αὐτὸς, ἑαυτὸν κατηγόρει φθάσας, πολλῷ γε ἄρα, ὅτι χρήματα ἐφύλαττε τοῖς μηδὲν προσήκουσι κληρονόμοις; εἰς ἀεὶ διώσεσθαι μεταίους νομίζων. πλὴν ἔμοιγε καὶ τῶν τυχόντων τερπνὸν παρέχοντό τε στένοντες. ἀλλ' ἤδη μοι ἐπὶ τῷ σοφῷ ἐσμέν. ἀποβλέπειν χρὴ καὶ ἀποσκοπεῖν πόρρωθεν τοὺς ἀτιμωμένους. βαβαί. πολλοί γε, καὶ ποικίλοι, καὶ πάντες δακρύοντες, πλὴν τῶν νεογνῶν τούτων, καὶ νηπίων. ἀλλὰ καὶ οἱ πάνυ γεγηρακότες, ὀδύρονται. τί τοῦτο; ἆρα τὸ φίλτρον αὐτοῖς ἔχει τὸ βίου; τοῦτον οὖν τὸν γηραιὸν

non iniusta, inquam, ab illo passus es, qui cum talenta mille haberes coaceruata, atq; ipse in delicijs viueres annos nonaginta natus, adolescenti illi octodecim annos agenti quatuor tantùm obolos suppeditabas. Tu verò Acarnan (gemebat enim & ille ac deuouebat Myrtium) quid amoreni incusas, non te ipsum? qui hostes quidem nunquam perhorrueris, sed te vltro periculis offerendo, ante alios in prælium descenderis: à puella verò vulgari illa, fictisque lachrymis ac suspirijs generosus ille tu captus fueris. Nam Blepsias ipse, sese ob nimiam stultitiam accusabat, quod pecuniam hæredibus nulla necessitudine sibi coniunctis, custodierit, stolidus ille ratus se perpetuò victurum esse. Cæterùm mihi nec vulgarē voluptatē gementes isti præbuerunt. Sed iam ad fauces sumus. Aspicere nos oportet, & è longinquo contemplari aduenientes. Papæ multi certè, & varij, omnésq; lachrymātes, prætet puerulos istos, & infantes. Sed & senio confecti lugent, quid illud est? num aliquo vitæ philtro tenētur? Hūc igitur decrepitū

τοῦτον οὖν τὸν γηραιὸν

ἔρεσθαι βούλομαι. δακρύεις τηλικοῦτος ἀποθανών; τί ἀγανακτεῖς ὦ βέλτιστε, καὶ ταῦτα, γέρων ἀφιγμένος; ἦπου βασιλεύς ἦσθα; Πτω. ἔδαμῶς. Διό. ἀλλὰ σατράπης; Πτω. οὐδὲ τοῦτο. Διο. ἀρα οὖν ἐπλούτεις, εἶτα αὐτῷ σε τὸ πολλὼ ζυφλῶ ἀπολιπόντα τεθνάναι; Πτω. οὐδὲ τοιοῦτον. ἀλλ' ἔτη μὲ ἐλεγχόμενα ἀμφὶ τὰ ἐνενήκοντα. βίον δ' ἄπορον ἀπὸ καλάμου καὶ ὁρμιᾶς εἶχον ἐς ὑποβολιμαῖος πτωχὸς ὤν, ἄτεκνός τε, καὶ πρεσβύτης χωλὸς, καὶ ἀμυδρὸν βλέπων. Διο. εἶτα τοιοῦτος ὢν ζῆν ἠθέλεις; Πτω. ναί. Ἡδὺ γὰρ ἦν τὸ φῶς. καὶ τὸ τεθνάναι, δεινὸν καὶ ζευκτέον. Διο. παραπαίεις ὦ γέρον, καὶ μεμηχανευμένος πρὸς τὸ χρεών. καὶ ταῦτα, ἡλικιώτης ὢν τοῦ πρεσβύτου. τί οὖν ἂν τις λέγοι περὶ τῶν νέων, ὁπόταν οἱ τηλικοῦτοι φιλόζωοι εἰσὶν; οὓς ἐγὼ οὐκ οἶδα ὅπως ἂν ἀποθανόντων, ὡς τῶν ἐν τῷ ᾅδῃ κακῶν ἀφιγμένων. ἀλλ' ἀπιωμεν, μὴ καί τις ἡμᾶς ὑποδύηται ὡς ἀποφρασιν βουλευομένους, ὁρῶν περὶ τὸ σῶμα εἰλουμένους.

interrogare lubet. Quid ploras, optime, idque cùm senex aduenieris? an rex eras? M^nd Haudquaquam. *Diog.* An verò satrapa? *Mend.* Neque illud. *Diog.* An igitur A diues fuisti: ideóque ægrè tibi est mortem obiisse relictis multis deliciis? *Mend.* Nihil tale: sed annos circiter nonaginta natus fui, vitam autem inopem egi, arundine & linea victum B quæritans, summopere egenus, & liberis carens, præterea claudus, hebetique visu. *Diog.* Et viuere cupiebas, talis cùm esses? *Men.* Etiam. Dulcis enim erat lux, mori autem graue & horrendum. *Diog.* Deliras ô senex, & te aduersus necessitatem iuueniliter geris, idque cùm huic portitori sis coC uus. Proinde quid iam de adolescentibus dicamus, quãdo decrepiti isti tantopere viuere cupiunt? quos mortem sectari decebat, tanquam remedium eorum malorum D quæ secum fert senectus. Sed abeamus, nequis & nos suspicetur fugam moliri, quum nos hîc circa fauces oberrare viderit.

ΜΕΝΙΠΠΟΥ, ΚΑΙ Τειρεσίου.

MENIPPI ET TIRESIAE.

ΜΕΝΙΠΠΟΣ. Α

MENIPPVS.

Τειρεσία, εἰ μὲν καὶ τυφλὸς εἶ, ἀκέπι διαγνῶναι ῥᾴδιον. ἅπασι γὰρ ἡμῖν ὅμοια τὰ ὄμματα κεκάμμονται δὲ αἱ χῶραι αὐτῶν. τὰ δ' ἄλλα, ἃ ἔτ' ἂν εἰπεῖν ἔχοις, τίς ὁ Φινεὺς ἦν, ἢ τίς ὁ Λυγκεύς. ὅτι μέντοι μάντις ἦσθα, καὶ ὅτι ἀμφότερα ἐγένου μόνος, ἀνὴρ καὶ γυνή, τῶν ποιητῶν ἀκούσας οἶδα. σὺ δὲ πρὸς τῶν θεῶν τοιγαροῦν εἰπέ μοι, ὁπότερον ἐπιεικέστερος ἡδίονος τῶν βίων, ὁπότε ἀνὴρ ἦσθα, ἢ ὁ γυναικεῖος; Τει. ἀμείνων ἦν παντελῶς ὦ Μένιππε ὁ γυναικεῖος. ἀσφαλεστέρους γάρ. καὶ δεσπόζουσι τῶν ἀνδρῶν αἱ γυναῖκες. καὶ οὔτε πολεμεῖν ἀνάγκη αὐταῖς, οὔτε παρ' ἐπαλξιν ἐστάναι, οὔτ' ἐν ἐκκλησίᾳ διαφέρεσθαι, οὔτ' ἐν δικαστηρίοις ἐξετάζεσθαι. Με. οὐκοῦν ἀκήκοας ὦ Τειρεσία ἃ Εὐριπίδου Μήδεια οἷα εἶπεν, οἰκτίσασα τὸ γυναικεῖον, ὡς ἀθλίας ἅπασας, καὶ ἀφορήτου πρὸς

AN verò & cæcus sis, Tiresia, non amplius cognitu facile est. Nobis enim cunctis æquè vacui sunt oculi, ac solæ illorum sedes relictæ. Cæterùm neque amplius dicere possis, quis Phineus fuerit, aut quis Lynceus. At verò quòd vates fueris, quódque solus vtrumque vir & fœmina factus sis, poëtis auditis noui. Proinde per Deos, dic mihi, vtram suauiorem vitam expertus es, an quum fuisti vir, an quum fœmina? *Tir.* Potior multò fuit, Menippe muliebris vita: expeditior enim, vtíque dominantur mulieres, ac neque in bellum prodire ipsis necesse est, neque ad propugnacula stare, neque in concionibus dissidere, neque in foro iudiciali contendere. *Men.* Annon Medeam Euripidis audiuisti Tiresia, qualia dixerit mulierum genus deplorãdo, quàm miseræ sint, & intolerabilem

τ' ἐκ τῶν ὠδίνων πόνον ὑφίσαμεν; ἀτὰρ εἰπέ μοι, τί μέμνησαι γάρ με τὰ τῆ Μηδείας ἰαμβεῖα, καὶ ἔτεκες ποτὲ ὁπότερον ἠθέλησα, ἢ στεῖρα, καὶ ἄμοιρος διετέλεσας ἐν ἐκείνῳ τῷ βίῳ; Τει. τί τοῦτο ὦ Μένιππε ἐρωτᾷς; Με. οὐδὲν χαλεπὸν ὦ Τειρεσία. πλὴν ἀπόκειταί σοι ῥᾴδιον. Τει. ἐστεῖρα μέν ἦλθον, ἐν ἔτεκον δ' ὅμως. Με. ἱκανὸν τοῦτο. εἰ γὰρ καὶ μίσχον εἶχες, ἐβουλόμην εἰδέναι. Τει. εἶχον δηλαδή. Με. χεύνῳ δέ σοι ἡ μήτρα ἀφανίδη, ἢ τὸ μόριον τὸ γυναικεῖον ἀπεφράγη, καὶ εἰ μαζοὶ ἀπετάθησαν, καὶ τὸ αἰδοῖον ἀνέφυ, καὶ πώγωνα ἐξήνεγκας, ἢ αὐτίκα ἐκ γυναικὸς ἀνὴρ ἀπέφανες; Τει. οὐκ ὁρῶ τί σοι βούλεται τὸ ἐρώτημα. δοκεῖς δ' οὖν μοι ἀπιστεῖν, εἰ ταῦθ' οὕτως ἐγένετο. Με. οὐ χρὴ γὰρ ἀπιστεῖν ὦ Τειρεσία τοῖς τοιούτοις, ἀλλὰ καθάπερ τινὰ βλάκα μὴ ἐξετάζοντα εἴτε δυνατά ἐστιν, εἴτε καὶ μή, παρεγχέαι; Τει. σὺ οὖν οἶδ' ἅπαντα πιστεύεις ἅττα γέγραφα, ὁπόταν ἀκούσῃς ὄρνεα ἐκ γυναικῶν ἐγένοντο πτῆνες, ἢ δένδρα, ἢ ὄφεα, ἢ Ἀηδόνα, ἢ τὴν Δάρturiendo laborem sustineant? Verùm dic mihi (nam me isti Medeæ iambi commonefecerunt) peperisti-ne aliquando cùm mulier esses, an verò sterilis, & absque semine vitam illam degisti? *Tir.* Quid hoc Menippe interrogas? *Men.* Nihil acerbi, Tiresia: verùm responde si tibi molestum uon est. *Tir.* Non fui sterilis quidem, sed neque peperi tamen. *Men.* Sufficit hoc. Vtrum enim & vuluam habuisses, scire volebam. *Tir.* Habui scilicet. *Men.* Successu autem temporis vuluáne illa euanuit, & membrum muliebre obturatum est, mammillæque iterum complanatæ, deinde virile succreuit, & barbam produxisti: an verò repēte vir ex muliere factus prodiisti? *Tir.* Non video quid sibi velit hæc interrogatio. Videris autem mihi in dubium reuocare, factumne hoc ita sit, an non. *Men.* Annon de his dubitandum est Tiresia: sed perinde ac fatuo alicui, pró veris ea recipienda non inquirendo fieri-ne possint, an non? *Tir.* Tu igitur neque cætera hoc pacto contigisse credis, putaquum audieris, vt quædam ex mulieribus aues factæ sint, aut arbores, aut feræ, Luscinia videlicet, aut Daphne,

φίλω, ἢ τῆς Λυκάονος θυγατέρα; Με. ὦ πολυκάκειναις ἐντύχω, εἴσομαι ὅ, τι καὶ λέγουσιν οὗτος ὁ βέλτιστος, ὁπότε γυνὴ ἦν, καὶ ἐμαντεύου τότε ὥσπερ καὶ ὕστερον, ἢ ἅμα ἀνὴρ καὶ μάντις ἔμελλες εἶναι; Τει. ὁρᾷς σὺ γυναῖς τὰ περὶ ἐμοῦ ἅπαντα, ὡς καὶ διέλυσά τινα ἔριν τῆς Ἥρας καὶ τοῦ Διός. Ἥρα ἐπήρωσέ με. ὁ δὲ Ζεὺς, παρεμυθήσατο τὴν μαντικὴν τιμὴν συμφοράν. Με. ἔτι ἔχει σὺ Τειρεσία τὸ ψεύσματος; ἀλλὰ κἀν τοῖς μάντεσι τοῦτο ποιεῖς. ἔθος γὰρ ὑμῖν μηδὲν ὑγιὲς λέγειν.

aut Lycaonis filia? *Men.* Siquando in ipsas incidero, sciam quid & ipsæ dicant. Tu verò, ô optime, an quum mulier eras, tum quoque vt & postea vaticinabaris? an verò vir & vates simul esse didicisti? *Tir.* Viden? quæ de me feruntur ignoras omnia, vt & deorum litem quandam diremi, & Iuno visu me priuauit: Iupiter autem hanc calamitatem data vaticinandi arte est solatus. *Men.* Adhucne Tiresia, hisce mendacijs caperis? Sed hoc facis more vatum. Consuetum enim est vobis nihil sani dicere.

ΑΙΑΝΤΟΣ, ΚΑΙ Ἀγαμέμνονος.

AIACIS ET AGAMEMNONIS.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Εἰ σὺ μανεὶς ᾧ Αἶαν, σεαυτὸν ἐφόνευσας, ἐμέλησε δ' ἡμᾶς ἅπαντας, τί αἰτιᾷ τὸν Ὀδυσέα; καὶ προῆλθ' οὔτε προσέβλεψας αὐτὸν, ὁπότε ἦκε μαντευσόμενος, οὔτε προσεῖπεῖν ἠξίωσας αὐδρα συστρατιώτην, καὶ ἑταῖρον, ἀλλ' ὑπερηφανικῶς μεγάλα βαίνων, παρῆλθες. Αι. εἰκότως ᾧ Ἀγάμεμνον.

AGAMEMNON.

SI tu, dum furore correptus fuisti, Aiax, te ipsum interfecisti, nósque omnes membratim concidere putasti, quid Vlyssem accusas? ac paulò ante nec ipsum aspexisti, cum venisset vatem consultum: nec virum commilitonem ac socium dignatus es alloqui, sed superbè admodum, grandique incedens gressu, præteriisti. *Ai.* Meritò Agamemnon

αὐτὸς γάρ μοι ὁ μανίας ἄκρος
κατέστη, μόνος ἀντεξεταδεὶς
ἐπὶ τοῖς ὅπλοις. Aγα. οὐκοῦν
ὦ ἀνταγώνιστος εἶναι, καὶ ἀκοι-
νώνητα κρατεῖν ἁπάντων; Αι.
ναὶ, τάλε τοιαῦτα. οἰκεία γάρ
μοι ἐν παντοδαπίσι, τὸ αὐτὸ
ἐμοὶ ὄντα. καὶ ὑμεῖς οἱ ἄλ-
λοι πολὺ ἀμείνους ὄντες, ἀ-
πέπαυδε τὸ ἀγῶνα, καὶ παρε-
χωρήσατέ μοι τῶν ἄθλων. ὁ
δὲ Λαέρτου, ὃν ἐγὼ πολλάκις
ἔσωσα κινδυνεύοντα καταπε-
κόφθαι ὑπὸ τῶν Φρυγῶν, ἀ-
μείνων ἤδη εἶναι, καὶ ὁπλιτι-
δειότερος ἔχειν τὰ ὅπλα. Aγα.
ἀπὸ τοιαρδὴν ὦ γενναῖε τὴν
Θέτιν, ἢ δόλον σοι τὴν κληρονο-
μίαν τῶν ὅπλων παραδιδόναι
συγχωρεῖ γε ὅτι, φέρουσα, ἐς τὸ
κοινὸν, κατέθετο αὐτά. Αι. οὐκ.
ἀλλὰ τὸ Ὀδυσέα, ὃς αὐτεπαι-
δη μόνος. Aγα. συγγνώμη ὦ
Αἶαν, εἰ ἄνθρωπος ὢν, ἀφέχθη
δόξης ἡδίστου πράγματος, ὑφ'
ἣ καὶ ἡμῶν ἕκαστος κινδυνεύειν
ὑποδύεται, ἐπὶ τῷ σκέπασ-
σου. καὶ ταῦτα, παρὰ Τρωσὶ δι-
καστῆς. Αι. οἶδα ἐγὼ ἅπερ
μου κατεδίκασεν. ἀλλ' οὐ θέ-
μις λέγειν τι περὶ τῶν θεῶν.
τὸ γοῦν Ὀδυσέα μὲν οὐχὶ μι-
σεῖν οὐκ ἔστιν ὅπως Αγα-

Ille enim mihi furoris huius
author extitit, vt qui solus
mecum pro armis iudicio
contenderit. Ag. Putabásne
æquum vt aduersario care-
res & omnia sine puluere
superares? Ai. Quidni, in
tali vtique causa? Nam ea ar-
matura cognationis quodam
iure ad me pertinebat, cùm
patruelis esset. Vósque reli-
qui, quanquam illo præstan-
tiores eratis, certamen de-
trectastis, armáque mihi ces-
sistis. At hic Laërtæ filius,
quem ego sæpe seruaui in
summo periculo, cùm iam à
Troianis propè concideretur, melior esse me voluit,
magísque hadendis armis idoneus. Ag. Accusa
igitur Thetin, ô generose,
quæ cum tibi armorum hæ-
reditatem vt pote cognato,
tradere debuisset, in medium
allata illa posuit. Ai. Mini-
mè: sed Vlyssem vt qui solus
sese mihi opposuerit. Ag.
Ignoscendum Aiax, si homo
cùm esset appetiuit gloriam,
rem dulcissimam, cuius gra-
tia quilibet etiam nostrum
obire pericula sustinet:
siquidem & te deuicit, íd-
que Troianis ipsis iudicibus. Ai. Noui ego quæ
me damnarit, sed fas non
est de Diis quicquam di-
cere. Vlyssem igitur non
possum non odisse, Aga-

μίωνι, οὐδ' εἰ αὐτὴ μοι Ἀθηνᾶ τοῦτο ἐπιτάττοι.

memnon, non si mihi ipsa Minerua hoc imperet.

ΜΙΝΩΟΣ, ΚΑΙ Σωκράτε.

MINOIS ET SOSTRATI.

ΜΙΝΩΣ.

Ὁ μὲν λῃστὴς οὗτος Σώφρατος, εἰς τὸν Πυριφλεγέθοντα ἐμβεβλήσθω. ὁ δὲ ἱερόσυλος, ὑπὸ τῆς Χιμαίρας διασπαράσθω. ὁ δὲ τύραννος ὦ Ἑρμῆ παρὰ τὸν Τιτυὸν ἀποταθείς, ὑπὸ τῶν γυπῶν κειρέσθω καὶ αὐτὸς τὸ ἧπαρ. ὑμεῖς δὲ οἱ ἀγαθοί, ἅπιτε κατὰ τάχος εἰς τὸ Ἠλύσιον πεδίον. καὶ παὶ μακάρων νήσους κατοικεῖτε, αἰτῶ ὧν δίκαια ἐποιεῖτε παρὰ τὸν βίον. Σω. ἄκουσον ὦ Μίνως, εἰ σοι δίκαια δόξω λέγειν. Μι. νυνὶ ἀκούσομαι σοῦ. οὐ γὰρ ἐξελήλεγξαι ὦ Σώκρατες πόσους ὢν, καὶ τοσούτους ἀπεκτονώς; Σω. ἐλήλεγμαι μὲν· ἀλλ' ὅρα εἰ δικαίως κολασθήσομαι. Μι. καὶ πῶς, εἴ γε ἀποτίνειν τὴν ἀξίαν δίκην. Σω. ὅρα ὡς ἀπόκειταί μοι ὦ Μίνως· βραχὺ γάρ τι ἐρήσομαί σε. Μι. λέγε μὴ μακρὰ μόνον, ὅπως καὶ τοὺς ἄλ-

MINOS.

Hicquidem prædo Soſtratus, in Pyriphlegethontem immittatur: hic autem ſacrilegus à Chimæra diſcerpatur: tyrannus verò iſte Mercuri, iuxta Tityum extenſus, hepar & ipſe vulturibus præbeat arrodendum. At vos boni in Elyſium campum celeriter abite, & beatorum inſulas habitate, pro ijs quæ iuſtè in vita feciſtis. *Sof.* Audi ô Minos, num tibi iuſta dicere videar. *Min.* An ego denuo nunc audiam? annon conuictus es Soſtrate, quòd & malus fueris, & tam multos occideris? *Sof.* Conuictus quidem ſum: ſed vide an iuſto afficiar ſupplicio. *Min.* Ita ſanè: ſiquidem iuſtum eſt meritam cuique mercedem rependere. *Sof.* Attamen reſponde mihi Minos: breue enim quiddam interrogabo te. *Min.* Dic dummodo non prolixè: vt & alios

χες διακείνωμαι ἤδη. Σω. ὁπόσα ἔπραξον ἐν τῷ βίῳ, πότερα ἑκὼν ἔπραξον, ἢ ἐπηκέλωστί μοι ὑπὸ τῆς μοίρας; Mi. ὑπὸ τῆς μοίρας δηλαδή. Σω. A ἆρ' οὖν ἡμῖν οἱ χρηστοὶ ἅπαντες, καὶ οἱ πονηροὶ δοκοῦμεν ἡμεῖς, ἐκείνῃ ὑπηρετοῦντες, ταῦτα δρῶμεν; Mi. ναί, τῇ Κλωθοῖ, ἃ ἐκάστῳ ἐπέταξε γενναδίνητι, B τὰ πρακτέα. Σω. εἰ οὖν τις ἀναγκασθεὶς ὑπ' ἄλλου φονεύσειέν τινα, ἢ δυνάμενος ἀντιλέγειν ἐκείνῳ βιαζόμενος, οἷον, δήμιος, ἢ δορυφόρος, ὁ μέν, δίκας ἢ πιθεὶς, ὁ δὲ, τυράννῳ, τίνα αἰτίαν τοῦ φόνου; Mi. δίκαιον τὸν δικάσαντα, ἢ τὸν τύραννον. ἐπεὶ ἀδύ τὸ ξίφος αὐτό. ὑπηρετεῖ γὰρ τοῦτο ὄργανον ὂν C φησὶ τὸν θυμὸν, τῷ πρόσθεν παρορμήσαντι τὴν αἰτίαν. Σω. εὖ γε ὦ Μίνως, ὅτι καὶ ἐπιδαψιλεύῃ τῷ παραδείγματι. ὧν δέ τις ἀποστείλαντος τοῦ δεσπότου, ἦκεν αὐτὸς χρυσὸν ἢ ἄργυρον κομίζων, τίνι τὴν χάριν ἴσμεν, ἢ τίνα εὐεργέτην ἀναγραπτέον; Mi. τὸν πέμψαντα ὦ Σώκρατες. διάκονος γὰρ ὁ κομίσας ἦν. Σω. ἆρ' ὁρᾷς πῶς ἄδικα ποιεῖς κολάζων ἡμᾶς ὑπηρέτας γιγνομένους, ὧν ἡ Κλω-

iam dijudicare possumus. *Sos.* Quæcunque in vita egi, vtrù volens egi, an verò à Parcâ mihi agglomeratum est? *Min.* A parca scilicet. *Sos.* Proinde & boni omnes, & nos qui mali videmur, annos hæc agimus dum illi obsecundamus? *Min.* Ita profectò Clothoni illi obsequentes, quæ vnicuique cùm primùm natus est, agenda iniungit. *Sos.* Si quis igitur ab alio coactus quempiam occiderit, cùm ei nequeat contradicere à quo vi compellitur: verbi gratia, quum carnifex, aut satelles, ille quidem iudici, hic tyranno morem gerens, quemnam cædis istius reum ages? *Min.* Liquet reum agendum iudicem, aut tyrannum: siquidem neque ipsum gladiũ accusare possumus: subseruit enim hic, tanquam instrumentum quoddam ad illius explendum animum, qui primò causam hanc præbuit. *Sos.* Bene est Minos, quòd hæc etiam exemplo, quasi quodam auctario locupletas. Siquis autem ab hero missus, aurum vel argentum afferat vtri habenda est gratia, vtri beneficium hoc acceptum est ferendum? *Min.* Ei qui misit, minister enim tantùm fuit, qui attulit. *Sos.* Videsne igitur quàm iniusta facias, dum nos supplicio

ὦ προστάτα, καὶ τούτοις μὴ τοὺς διακονησαμένους ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς; οὐ γὰρ δὴ ἐκεῖνο εἰπεῖν ἔχοι τις ἄν, ὡς ἀπλήρωτον δίωκτον ἰῶ, τοῖς καὶ πᾶσιν ἀνάγκης προστεταγμένοις. Μι. ὦ Σώκρατες, πολλὰ ἴδοις ἂν ἄλλα οὐ κατὰ λόγον γιγνόμενα, εἰ ἀκριβῶς ἐξετάζοις. Σω. ἐγὼ ἀλλὰ σὺ τοῦτο ἐπανόρθωσις τῆς ἐπερωτήσεως, ὅπως οὐ λήσεις μόνον, ἀλλὰ καὶ σοφώτερός τις εἶναι δοκεῖς. ἀπόλυσον οὖν τὸν ὦ Ἑρμῆ, καὶ μηκέτι κολάζεσθω. ὅρα δὲ μὴ καὶ τοὺς ἄλλους νεκροὺς ἐρωτᾷ τὰ ὅμοια διδάξῃς.

afficis, qui ministri tantùm fuimus eorum quæ Clotho nobis imperauit: & dum hos honore prosequeris, qui aliena bona solùm administrarunt? Nemo enim dicere poterit, possibile esse ijs contradicere, quæ cum omni necessitate imperata fuêre. Mjn. Multa, Sostrate, & alia videas licet, minimè secundum rationem fieri, si diligenter expendas. Verumtamen tu ex hac quæstione hoc boni consequeris, quòd non prædo solùm, sed etiam Sophista quidam esse videris. Solue ipsum Mercuri, nec puniatur amplius. Cæterùm vide ne & cæteros manes similia interrogare doceas.

ΜΕΝΙΠΠΟΣ, Η ΝΕΚΥΟΜΑΝΤΙΑ.

MENIPPVS, SEV NECYOMANTIA, Menippus, Philonides.

ΜΕΝΙΠΠΟΣ.

Χαῖρε μέλαθρον, πρόπυλά θ' ἑστίας ἐμῆς. ὡς ἄσμενός σ' ἐσεῖδον, ἐς φάος μολών. Φιλωνίδης. οὐ Μένιππος οὗτος ὅστις ἐστὶν ὁ κύων; ἔμοιγε ἄλλος, εἰ μὴ ἐγὼ παραβλέπω. Μενίππους ὅλους. τί δὴ οὖν τῷ βάλεται τὸ ἀλλόκοτον τοῦ σχήματος, πῖλος, καὶ λύρα, καὶ λεοντῆ; πρόσωπον ὃ ὁμοιοῦται.

MENIPPVS.

Salue atrium, domúsque vestibulum mea. Vt te lubens aspicio luci redditus. Ph. Nonne hic Menippus est Canis ille? non hercle alius, nisi hallucinor omnes pro Menippis accipiens. At quid sibi vult habitus istius insolentia? claua, lyra, leonis exuiæ? Adeundus tamen est.

χαῖρε. Μένιππε. καὶ πόθεν ἡμῖν ἀφῖξαι; πολλῷ γὸ χρόνον οὐ πέφηνας ἐν τῇ πόλει. Me. Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα, καὶ σκότου πύλας Λιπὼν, ἵν' ἀ- A δης χωρεῖς ὠκίσαμ θεῶν. Φιλω. ἠράκλεις. ἐλελήθει Μένιππος ἡμᾶς ἀποθανών. καὶ πῶς ὑπάρχῃς ἀναβεβιωκώς; Me. κκ. δῆ ἔτ' ἔμπνουν αἰδὼς μ' ἐδέξατο. Φιλω. τίς δ' ἡ αἰτία σοι τῆς καινῆς καὶ παραδόξου πλάνης ἀποδημίας; Me. νεότης μ', ἐπῆρε, καὶ θράσος τὸ γέρον. πλέον. Φιλω. παῦσαι μαίνεσθαι γαγγράδων, καὶ λέγε ὅτῳτί πως ἁπλῶς κατέβας ἀπὸ τῶν ἰαμβείων. τίς ἡ στολή; τί σοι τῆς κάτω περιᾴας ἐδύνησεν; ἄλλως γὸ οὐχ ἡδεῖά τις, οὐδὲ D ἀσπάσιος ἡ ὁδός. Me. ὦ φιλότης, χρεὼ μαχαίρης εἰς αἶδαο, ψυχὴν χρεσόμενον Θηβαίου Τειρεσίαο. Φιλω. ὅτος, δῆ' ἡ παραπαίεις. ὁ γὸ αὖ οὕτως ἐμμέτρως ἐρραψῳδεῖς πρὸς ἄνδρας φίλους. Me. μὴ θαυμάσῃς ὦ ἑταῖρε. νεαρὸς γὸ Εὐριπίδῃ καὶ Ὁμήρῳ συγχρώμενος, ὡς οἶδ' ὅπως ἀνεπλήσθη τῶν ἐπῶν, ἢ αὐτόματά μοι τὰ μέτρα ἐπὶ τὸ στόμα ἔρχεται. ἀτὰρ εἰπέ μοι, πῶς Salue Menippe, vnde nobis aduenisti? iamdiu enim in vrbe visus non es. *Men.* *Venio relictis manium specu, & nigris Portis, vbi Orcum insolitur supervacuum.* Ph. Hercle, clàm nobis Menippus vita functus est, reuixítque denuo. *Men.* *Non: sed me adhuc vivum recepit tartarus.* Ph. Quænam causa fuit tibi B nouæ huius & incredibilis peregrinationis? *Men.* *Iuventa, magisque iuvenilis mos me impulit.* Ph. Define ô beate tragicum loqui, & ab iambis descendens, sic C simpliciter eloquere. Quænam hæc vestis? quid tibi inferno itinere fuit opus? alioqui neque iucunda, neque delectabilis est via. *Men.* *Res, dilecte, grauis me infernas egit ad vmbras, Consulturum vt manes Thebani Tiresiæ.* Ph. Heus tu deliras: non enim ita consarcinatis versibus apud amicos caneres. *Men.* Ne mireris, amice: recens enim cum Euripide atque E Homero versatus, nescio quomodo versibus impletus sum, vt numeri mihi sua sponte in os confluant. Verùm dic mihi, vt se res in terris habent?

τὰ κάτω γῆς ἔχει, καὶ τί που

ἔστι ἐν τῇ πόλει; Φιλω. καινὸν οὐδέν, ἀλλ' οἷα καὶ πρὸ τοῦ, ἁρπάζουσιν, ἐκπορκεύουσι, τοκογλυφοῦσιν, ὀβολοσταθοῦσιν. Με. ἄθλιοι, καὶ κακοδαίμονες. ἃ γὰρ ἴσασιν οἷα ἔναγχος κεκήρυκται παρὰ τοῖς κάτω, καὶ οἷα κεχειροτόνηται τὰ ψηφίσματα κατὰ τῶν πλουσίων, ἃ μὰ τὴν Κέρβερον, οὐδεμίᾳ μηχανῇ τοῦ διαφυγεῖν αὐτούς. Φιλω. τί φῄς; δέδοκταί τι νεώτερον τοῖς κάτω περὶ τῶν ἐνθάδε; Με. νὴ Δία καὶ πολλά. ἀλλ' οὐ θέμις ἐκφέρειν αὐτὰ πρὸς ἅπαντας, οὐδὲ τὰ ἀπόρρητα ἐξαγορεύειν, μὴ καί τις ἡμᾶς κατάψηται γραφῆς ἀσεβείας ὅτι τὸ Ραδαμάνθυος. Φιλω. μηδαμῶς ὦ Μένιππε πρὸς τοῦ Διός, μὴ φθονήσῃς τῶν λόγων φίλῳ ἀνδρί. πρὸς γὰρ εὐδοτα σωτῆρα ἔρεις. τὰ τ' ἄλλα, καὶ πρὸς μεμυημένον. Με. χαλεπὸν μέντοι ὀπτάσεις τοιούτου, καὶ οὐ πάντη ἀσφαλές. πλὴν ἀλλὰ σοί γε ἕνεκα, πολυμύθητον. ἔδοξε δὲ τοῖς πλουσίοις τούτοις, καὶ πλουσιωτάτοις, τὸ χρυσίον κατακλεῖσον, ὥσπερ τὴν Δανάην φυλάττοντας. Φιλω.

& quidnam in vrbe agunt? *Ph.* Nihil noui: sed vt priùs actitabant, rapiunt, peierant, fœnerantur, vsuras colligunt. *Men.* O miseri, atque infœlices. Nesciunt enim quid apud inferos decretum sit, & qualia contra diuites lata suffragia, quæ per Cerberum arte nulla subterfugere poterunt. *Ph.* Quid ais? noui-ne aliquid apud inferos decretum est de ijs qui hic viuunt? *Men.* Per Iouem & quidem multa, sed quæ non licet apud omnes efferre, neque cùm sint arcana, reuelare, nequis fortè nos apud Rhadamanthum impietatis accuset. *Ph.* Nequaquam Menippe, per Iquem: ne amico sermonem hunc inuideas. Etemin apud hominem tacendi gnarum, quinetiam sacris initiatum edisseres. *Men.* Grauia profectò iubes, & neutiquam tuta: verùm tui vtique gratia est audendum. Ergo decretum est diuites istos, & pecuniosos, aurúmque tanquam Danaën seruantes abstrusum. *Ph.* Ne priùs, ô bone, quæ decreta sunt

μὴ πρότερον εἴπῃς ὦ γαθὲ τὰ

λεδογμένα, πρὶν ἐκεῖνα διελθεῖν, ἃ μᾶλις᾽ ἂν ἡδέως ἀκού-
σαιμί σου, ἥτις αὐτά σοι τὴν καθόδου ἐγένετο, τίς ὁ τῆς πο-
ρείας ἡγεμών. εἶθ᾽ ἑξῆς ἃ τε εἶδες, ἃ τε ἤκουσας παρ᾽ αὐ-
pro ducentarum drachmarum pretio. Hæc quidem fortasse sunt tolerabilia. Porrò si diues ipse aut poëtes fuerit, aut historiæ scriptor, qui sua scripta recitet in cõ- A uiuio, tum disrumparis oportet laudando, assentando, nouósque laudandi modos excogitando. Sunt autem qui volunt admirabiles forma videri: quos & si nares B cubitali magnitudine amplas habeant, & Adonidas, & Hyacinthos oportet vocare. Quos nisi tu laudaris, protinus in lapicidinas Dionysiacas asportaberis, tanquam qui illi tum inuideas, C tum insidieris. Oportet etiã vt illi sint sapientes & oratores: ac quanuis solœcismum aliquem commiserint, id quod dici solet, Attica eloquentia, & Hymetti melle plena videatur oratio, at- D que deinceps in legem abeat vt ita loquantur homines. Atqui ferenda fortasse faciunt viri. At verò mulieres (nam mulieribus hoc etiam studio est, vt doctos aliquos in suo conuictu conductitios habeant, quique sese mercede assectentur) hoc quoque vnum ad reliquum cultum pertinere putant, si dicantur eruditæ, si philosophæ, si carmina com- E

οὐ πολὺ τῆς Σαπφοῦς ἀποδέοντα, διὰ δὴ ταῦτα, μισθοῦ καὶ αὐτοὶ περιαγόντες ῥήτορας, καὶ γραμματικούς, καὶ φιλοσόφους. ἀκροῶνται δ' αὐτῶν πολλάκις, γελοῖον γὸ καὶ τοῦτο, ἤτοι μεταξὺ κοσμούμενοι, καὶ τὰς κόμας περιπλεκόμενοι, ἢ περὶ τὸ δεῖπνον. ἄλλοτε γὸ ἐκ ἄχρι σχολῆς. πολλάκις δὲ καὶ μεταξὺ φιλοσόφου τί διεξιόντος, ἡ ἄβρα προσελθοῦσα, ἀφεῖε παρὰ τὸ μοιχοῦ γραμματίον. οἱ δὲ περὶ σωφροσύνης ἐκεῖνοι λόγοι, ἐκεῖσε περιμένοντες ἕως ἂν ἐκείνη ἀπαγγείλασα τῷ μοιχῷ, ὑπακούσεται πρὸς τὴν ἀκρόασιν. ἐπιόντι δὲ πάντα διὰ μάχης τὸ χρῆναι Κρητῖνα, ἢ Παναθηναίων ὑπεναντίων πέμπτην τί σοι ἐφεστρίδιον ἄθλιον, ἢ χιτώνιον ἐφόδιον, ἐνταῦθα μάλιστα πολλοῦ δεῖ καὶ μεγάλου ἡνιόχου τοῦ πομποῦ. καὶ ὁ μὲ πρῶτος, εὐδὺς ὑπομνησθείς σου τοῦ δεσπότου, προσδραμὼν, καὶ προμηνύσας, ἀπέρχεται, μισθὸν ἐκ ὀλίγον τὴν ἀγγελίας προσλαβών. ἕωθεν δὲ πεντεκαίδεκα πολλὰ εἶπε, καὶ ὡς ὑπέμνησε, ponere Sapphicis haud inferiora, ac propterea etiam hæ conductitios Rhetores, Grammaticos, & Philosophos secum circunducunt. Hos autem audire solent (id quod ipsum est ridiculum) quum vel comuntur, vel capillos religant, vel in conuiuio: aliàs enim non vacat. Cæterùm sæpe etiam interim dum Philosophus disserit, interueniens ancilla literas ab adultero missas porrigit. Ac præclari illi de pudicitia sermones intermittuntur, opperientes donec illa rescripserit adultero, & ad auditionem redeat. Quum autem longo post tempore Saturnalibus, aut Panathenæis instantibus, miserit tibi miseram vmbellam, aut subputrem tunicam, multam magnámque pompam celebrare oportet. Ac primus quidem, qui statim id facere destinantem subauscultarit dominum, præcurrit, priórque monet, & accepto non exiguo nuncij præmio, discedit. Mane verò tredecim veniunt referentes, vt vnusquisque multa dixerit, vt submonuerit, vt sibi dato arbitrio com-

ἤκοισι κομίζοντες, ἕκαστος ὡς καὶ ὡς ἐπέστειλε, τὸ κέλ-

λισ᾽ ἐπελέξατο διξίων. ἀπιστῶς δ᾽ οὖν ἀπαλλάττονται λαβόντες, ἔτι καὶ βαρυθυμοῦντες, ὅτι μὲν πλείω ἔδωκας. ὁ μὲν γὰρ μισθὸς αὐτοῖς, καὶ δύο ὀβολοί, καὶ τέτταρας. καὶ βαρὺς αὐτῶν σὺ, καὶ ὀχληρὸς δοκεῖς. ἵνα δ᾽ οὕτω λάβῃς, κολακευτέος μὲν αὐτὸς, καὶ ἱκετευτέος. θεραπευτέος δὲ καὶ ὁ οἰκονόμος, οὗτος μέν, καὶ ἄλλος θεραπείας τρόπος. κἂν ἀμελητέος δὲ οὐδ᾽ ὁ ξύμβολος, καὶ φίλος. καὶ τὸ λαβεῖν, ἢν μὲν ὀφειλόμενον ἱματιοκαπήλῳ, ἢ ἰατρῷ, ἢ σκυτοτόμῳ τινί. ἄφελε οὖν σοι τὰ δῶρα, καὶ αὐόνητα, πολὺς δὲ ὁ φθόνος. καί που καὶ διαβολή τις ἡμῖν ὑπεξανίσταται περὶ ἐμοῦ δῶρα ἤδη τῶν κατὰ σὲ λόγων ἡδέως ἐνδεχόμενον. ὁρᾷς γὰρ ἤδη σε μὲν ὑπὸ τοῦ συνεχῶς πόνων ἐκτεθρυμμένον, καὶ πρὸς τὴν θεραπείαν σκάζοντα, καὶ ἀπυδηκότα, καὶ ποδάγραν δὲ ὑπαπιόντα. ὅλως γὰρ ὅσῳ ἂν νοσιμώτατον, ἐν σοὶ ἅπαν διάβρωμα, καὶ τὸ ἐγκαρπότατον τῆς ἡλικίας, καὶ τὸ ἀκμαιότατον τοῦ σώματος ἐπιτέθλας, καὶ ῥάκος σε πολυχεὲς ἐργασάμενον, ἤδη περιβλέπει, modiora subiecerit. Omnes itaque donati præmio discedunt: ac non sine murmure, quòd plura non dederis. Salarium enim ipsum est duorum circiter, & quatuor obolorum: idque si tu postules, grauis, & importunus videris. Quod vt accipias, hero ipsi blandiendum est & supplicandum: est & captandus officijs œconomus. Estque hic alius etiam seruituris modus. Neq; verò negligendus is quem in consilium adhibet, nec amicus. Deinde quod acceperis, iamdudum debebatur vel vestiario, vel medico, vel cerdoni cuipiam. Quare intempestiua, atque inutilia tibi sunt dona, multáque accedit inuidia, quinetiam calumnia sensim excitatur apud virum qui iam libenter admittit, si quid contra te dicatur: quippe qui perspiciat te iam assiduis laboribus attritum, & ad munia famulatus obeunda claudicantem, atque obaudientem, & podagram tibi suborientem. Proinde posteaquam id quod erat in te florentissimum decerpsit, æuíque parte maximè frugifera, ac præcipuũ corporis vigorem detriuit, iámque te lacerum pannum reddidit tum circunspicit in quod

sterquilinium

σὲ μὲ οἱ τ κόπρου ἀπορρίψη φέρων, ἄλλον ὅπως τ δωσαμένων τὸν πονηρὸν καθεδεῖν προσκλήσῃ). ἢ ἤτοι μειράκιον αὐτῆ ὅτι ἐπείρασας τότε, ἢ τ γυναικὸς ἄρρεν παιδίον γέρων ἀνὴρ διαφθείρας, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον ἐπικληθεὶς, νύκτωρ ἐγκεκαλυμμένος, ὅπ βαρύλον ὠθεὶς, ἀξεληλυθὰς ἔρημος ἀπάντων, καὶ ἄπορος, ἢ βελτίστω ποδάγρα αὐτῷ χρῆσθαι παραλαβών. καὶ ἃ μὲ πρώην ἤδεις, ἀπομαδῶν ἐν τοσούτῳ χρόνῳ, θυλάκου δ μείζω τὴν γαστέρα ἐρασάμενος, ἀπλήρωτόν τι, καὶ ἀπαράτητον κακόν. καὶ γὰρ ὁ λαιμὸς ἀπατεῖ ἐν τῇ ἕξει. καὶ ἀπομανθάνων αὐτὰ, ἀγανακτεῖ. καί σε ἂν οὖν τις ἄλλος δέξαιτο ἔξω ἐόν ἤδη γεγονότα, καὶ τοῖς γεγηρακόσιν ἵππευε ἐοικότα. ὧν οὐδὲ τὸ δέρμα ὁμοίως χρήσιμον. ἄλλως τε, καὶ ἢ ἐν τῇ ἀπωθοῦσα διαβολὴ πρὸς τὸ μεῖζον εἰκάζομένη, μοιχὸν, ἢ φαρμακέα σε, ἤ τι τοιοῦτον ἄλλο δοκεῖν ποιεῖ. ὁ μὲ γὰρ κατήγορος, καὶ σιωπῶν ἀξιόπιστος. σὺ δ' ἔλλιπῶν, καὶ ῥᾴδιος ἢ τρόπον, καὶ πρὸς πᾶσαν ἀδικίαν εὐκολος. τοιούτους γὰρ ἅπαντας ὑμᾶς εἶναι

sterquilinium te deportatum abijciat, atque alium perferendis laboribus idoneum in tuum locum assumat. Ibi insimulatus, vel quòd pusionē eius tentaris, vel quòd homo senex vxoris ancillam virginem vitiaris, vel alio huiusmodi crimine impositō, noctu obuolutus, in ceruicem extrusus, discedis desertus ab omnibus, & rerum omnium inops, optimā podagrā vnà cum senectute comitem sumens. Cùm interim quæ quondam sciueris, tanto tēporis spatio dedidiceris, tum ventrem culeo reddideris amplioré, inexplebile quoddam, & implacabile malum (erenim gula ea quibus insueuit, flagitat: quæ quum dediscit, indignatur, nemo te posthac est recepturus, vt quì iam sis exoletus, & senio confectis equis similis: quorum ne pellis quidē perinde ac antea est vsui. Quin ex hoc ipso quod eiectus es, calumnia maiorem ad verisimilitudinē confícta, facit vt aut adulter, aut venefic⁹, aut aliud quippiam tale videaris. Nam accusator etiam tacens fide dignus habetur: tu verò Græculus, moribus leuibus, & ad scelus omne facilis. Vos enim omnes huiusmodi esse ducūt, idq; iure optimo. οἴονται. καὶ μάλα εἰκότως.

δοκῶ γάρ μοι καὶ ἡ τοιαύτης δόξης αὐτῶν, ἵν' ἔχουσι περὶ ὑμῶν, κατασκευασκέναι τὴν αἰτίαν. πολλοὶ γὰρ οἱ ἐς τὰς οἰκίας παρελθόντες, ὑπὲρ τὸ μηδὲν ἄλλο χρήσιμον εἰδέναι, μαντείας, καὶ φαρμακείας ὑπέσχοντο, καὶ χάριτας ἐπὶ τοῖς ἐρωτικοῖς, καὶ ἀπαγωγὰς τοῖς ἐχθροῖς. καὶ ταῦτα πεπαιδευθαι λέγοντες, καὶ τερίωνας ἀμπεχόμενοι, καὶ πώγωνας ἐπικεκαρμένους ἐπιδεικνύμενοι. εἰκότως οὖν τὴν ὁμοίαν περὶ πάντων ὑποψίαν ἔχουσιν, ὡς ἀεὶ τοιοῦτοι ὄντο, τοιούτους ὁρῶντες, καὶ μάλιστα ἐπιτηδεύοντες αὐτῶν τὴν ἐν τοῖς δείπνοις, καὶ τὴν ἄλλην ξυνουσίαν κολακείαν, καὶ τὴν πρὸς τὸ κέρδος δουλοπρέπειαν. ἀποστυγοῦσι δὲ, αὐτῶν μισοῦσι, καὶ μάλα εἰκότως. καὶ ἅπαντος ζητοῦσιν ὅπως ἀφανῆ ἀπολοῦνται, ἵν' ἀνώνυμοι ὦσι. λογίζονται γὰρ ὡς ἀκριβεύσουσιν αὐτῶν τὰ πολλὰ ἐκεῖνα τῆς φύσεως ἀπόῤῥητα, ὡς ἅπαντα εἰδότες ἀκριβῶς, καὶ γυμνοὺς αὐτοὺς ἐπιπλεύκοντες. τοῦτο τοίνυν ἀποπνίγει αὐτούς. ἅπαντες γὰρ λίσιοι τούτοις βιβλίοις, ὧν ἔνδοθεν μὲν ἡ ἀλήθεια.

Nam mihi cauſam aduertiſſe videor cur ita de vobis ſentiant. Etenim plerique qui in familias veniunt, quoniã boni aliud nihil norunt, diuinationem ac veneficia pollicentur, amorum conciliationes, abductiones in hoſtes: idque eruditos ſeſe affirmantes, pallijs inuoluti, barbáſque non contemnendas promittentes. Quare eadem de omnibus meritò ſuſpicantur: quos optimos putabant, cùm tales videant, ac in primis vſitatam illis, & in conuiuijs, reliquóque conuictu adulationem obſeruent, quinetiam in captando lucro ſeruilem animum. Eiectos autem eos oderunt, neque iniuria: & vndiquaque rationem quærunt, qua ſi poſſint, eos funditus perdant. Cogitãt enim fore vt multa illa ſuæ naturæ arcana, vt quibus exactè ſint nota, & qui nudos illos viderint, in vulgus efferant. Illud igitur eos angit. Omnes enim ſunt ſimiles pulcherrimis iſtis libris: quorum aurei vmbilici, purpurea foris pellis: ſed intus, vel eſt Thyeſtes liberos ſuos

ἀκριβῶς ὅμοιοί εἰσι τοῖς καλλιχρυσοῖ μὲν οἱ ὀμφαλοὶ, πορφυρᾶ δ' ἔνδοθεν, ἢ Θυέστης ἔχει τῶν

ἔχων ἐσθῶμος, ἢ Οἰδίπους τῇ μητρὶ ξυνὼν, ἢ Τηρεὺς δυο ἀδελφὰς ἅμα ὀπύων. τοιοῦτοι καὶ αὐτοί εἰσι, λαμπροί, καὶ περίβλεπτοι. ἔνδον δ' ὄντες τῇ πορφύρᾳ πολλὴν τὴν τραγῳδίαν σκέπουσιν. ἴδοις γὰρ ἂν αὐτῶν ἑκάστου ἢν ἀχιλλέως, ἢ Θεσέως μικρὸν εὐήθεις Εὐριπίδου τινός, ἢ Σοφοκλέους. τὰ δ' ἔξω, πορφύρα εὐανθὴς, καὶ χρυσοῦς ὁ ὀμφαλός. ταῦτ' οὖν ξυνεπισκάμμασι αὐτοῖς, μισοῦσι, καὶ ἐπιβουλεύουσιν, εἴ τις ἀποστὰς, ἀκριβῶς καταμεμηνυκὼς αὐτοὺς ἐκβιαγωνίσηται, καὶ σφᾶς πολλοὺς ἐρεῖ. βούλομαι δ' ὅμως ἔγωγε ὥσπερ ὁ Κέβης ἐκεῖνος, εἰκόνα τινὰ τοῦ τοιούτου σου βίου γράψαι, ὅπως ἐς αὐτὸν ἀποβλέπων ἢ εἰδῇς εἴ σοι παρεπιτήδειον ὄψιν ἐς αὐτόν. ἁδρῶς μὲν οὖν Ἀπελλῆ τινος, ἢ Παρράσιου, ἢ Ἀετίωνος, ἢ καὶ Εὐφρανόρος ἂν ἐδεήθην ἐπὶ τὴν γραφήν. ἐπεὶ δ' ἄπορον νῦν εὑρεῖν τινα οὕτω γνήσιον, καὶ ἀκριβῆ τὴν τέχνην, ἁπλῶς οἷόν τέ σοι ἐπιδείξω τὴν εἰκόνα. καὶ δὴ γράφω, προπύλαια μὲν ὑψηλὰ, καὶ ἐπίχρυσα, καὶ μὴ κάτω ἐπὶ τῶν ἐδάφους, μηδ' ἄνω τῆς γῆς, ἐπὶ λόφου κειμένα,

comedens, vel, Oedipus matris maritus, vel Tereus cum duabus pariter sororibus rē habens. Tales & ipsi sunt splendidi, & admirandi, sed qui sub purpura multam A tragœdiam intus occulant: quorum vnumquemque si euolueris, Euripidis alicuius, aut Sophoclis non paruam fabulam inuenies, erūt verò fortis splendida purpura, & aureus vmbilicus. Harum itaque rerum sibi consci, oderunt illos, atque insidias parant, siquis ab illis B defecerit, qui eos probè cognitos depingat, qualésque sint, euulget. Iam verò libet mihi Cebetis illius exēplo & imaginem quandam huius vitæ tibi depingere, C quam contemplatus scire queas, num ex vsu tuo sit eam adire. Equidem magnopere cupiam, vel Apellem quempiam, vel Parrhasium, vel Aëtionem, vel Euphranorem ad tabulā hanc depingendam adhibere. D Verùm quia fieri non potest vt aliquem artificem tam egregium, támque absolutum nanciscar, tenuem pro virili imaginem tibi adumbrabo. Ergo pingatur sublime ac inauratum vestibulum, neque id humi sitū in solo, verùm procul à terra, in colli E

καὶ ἡ αὐλὸς ὑπτιλὺ, καὶ αἰωρήτης, καὶ ὀλισθον ἔχουσα, ὡς πολλάκις ἤδη τοὺς τῷ ἄκρῳ ἑστάναι ἐλπίσαντας, ἐπιδαγλιφθῆναι, διαμαρτόντος τοῦ ποδὸς. ἔνδον δ', ὁ πλοῦτος αὐτὸς καθῆσθαι, χρυσοῦς ὅλος ὡς δοκεῖ, πάνυ εὐμορφος, καὶ ἐπιφανὴς. ὁ δ' ἐρασὴς μόγις ἀνελθὼν, καὶ παλαισάσης τῇ θύρᾳ, τυφπίτω, ἀφορῶν ἐς τὸ χρυσίον. παραλαβοῦσα δ' αὐτὸν ἡ ἐλπὶς, ἐυπροσώπους καὶ αὐτὴ, καὶ ποικίλα ἀμπεχομένη ἑταίρω, σφόδρα ἐμπαλιγκοτον τῇ εἰσόδῳ. τοιοῦτος δ' ἐστὶν, ἡ μὲν ἐλπὶς, ἀεὶ παρηκέσθαι. διαδεξάμεναι δ' αὐτὸν ἄλλαι γυναῖκες, ἀπάτη, καὶ δουλεία, παραδοῦσαι τῷ πόνῳ. ὁ δὲ, πολλὰ τ' ἄθλιον καταγυμνάσας, τελευτῶν, ἐγχειρισάμενος αὐτὸν τῇ γήρᾳ, ἤδη ὑποπροσωπον καὶ παραμυθούμενον τὴν χεῖραν. ὑστάτη δ' ἡ ὕβρις ἐπιλαβομένη, συρέτω πρὸς τὴν ἀπόγνωσιν. ἡ δ' ἐλπὶς, τὸ ἀπὸ τούτου, ἀφανὴς ἀποπηδᾷ, καὶ μηκέτι καθ' ὃν εἰσῆλθε τὸν χρυσοῦν θυρῶνα, ἐκ πλοσ δ' ἀποσφόφου καὶ λελησμένας ἀδόδου ἀναδιδοῦσα, γυμνὸς παραγάσωρ. ἀχεός. γέρων. τῇ ἑτέρᾳ μὲν, τὴν αὐλὸν σκέπων, τῇ δεξιᾷ δ', αὐτὸς ἑαυτὸν ἀγχων, ἀπαγκα-

faſtigio, cuius aditus valdè A ſit accliuis & lubricus, ita vt plerumque, qui iam in vertice ſe fore ſperarent lapſo pede præcipitati ceruicem frangant. Intus autem Opulentia ſedeat, tota, ſicuti videtur, aurea, formoſa admodum, & amabilis. Porrò amator vbi vix tandem conſcendit, iámque ad fores acceſſit, obſtupeſcat, oculis in B aurum defixis. Deinde & Spes, quæ & ipſa ſpecioſo vultu eſt, & verſicoloribus amicta, manu prehenſum introducat, mirè iam ipſo ingreſſu atronitum. Exinde C Spes illi ſemper præeat: tum aliæ mulieres Fallacia, & Seruitus eum exceptum Labori tradant: hic verò miſerum illum diu exercitatum tandem Senectæ tradat iam D morbidum, & colore commutato. Poſtrema verò Cõtumelia, arreptum illum ad Deſperationem pertrahat: ab eóque tempore Spes auolãs euaneſcat. Tum ille non amplius per fores aureas per F quas fuerat ingreſſus, ſed per poſticũ & occultum exitum expellatur, nudus, uentricoſus, pallidus, ſenex: læua pudorem occultans, dextra ſeipſum ſtrangulans,

τῷ δ' ἐξιόντι ἡ μετάνοια δακρύουσα ἐς οὐδὲν ὄφελος, καὶ τὸ ἄθλιον ἐπαπολλύουσα. τοῦτο μὲν ἔξω τὸ τέλος τῆς γραφῆς. σὺ δ' ἂν ὦ ἄριστε Τιμοκλεις, αὐτὸς ἐνθυμηθεὶς ὅπη ποτ' ἔχασα, σκόπησον εἰ σοι καλῶς ἔχει, πρὸς τὴν εἰσιοῦσαν εἰς τὴν εἰκόνα καὶ ταύτας τὰς θύρας, ἐκείνῳ τῷ ἔμπαλιν ἀπελθεῖν οὕτως ἀσκόπως. ὃ, τι δ' ἂν πράξῃς μέμνησο τοῦ σοφοῦ λέγοντος, ὡς θεὸς αἰτίαν, ἀλλὰ τὸν ἑλόμενον.

Occurrat autem exeunti pœnitudo fruſtrà lachrymãs, & miſerum inſuper conficiens. Atque hic eſto picturæ finis. Tu igitur optime Timocles, ipſe diligenter conſideratis ſingulis, expende num ſit re tua ſit vt in hanc imaginem per aureas illas fores ingreſſus, per illas longè diſſimiles tam turpiter excidas. Quicquid autem feceris, memineris ſapientis illius, qui dixit, Deum in culpa nõ eſſe, ſed eum qui delectum fecerit.

ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ἐπὶ μισθῷ συνόντων.

APOLOGIA PRO IIS qui mercede conducti ſeruiunt.

ARGVMENTVM.

Hæc Apologia eſt, non in genere omnium eorum, qui mercede conducti ſeruiunt, ſed libri ſeu Orationis ſuperioris proprie, & autoris ipſius Luciani. Nam poſt ſcriptum illud editum, ſenior iam in aulam atque familiam Cæſaris ſeſe contulerat, & conditionem procuratoriã, vt videtur, principij in Ægypto acceperat, vt infra ex ipſa quoque oratione patet. Hoc igitur factum ſuum, quia cum ſuperiore ſcripto prorſus pugnare videtur, defendit primùm à diuiſione ſeu diuerſitate conditionum, quòd longè alia res ſit, principi operam ſuam locare, quàm apud diuitem aliquem priuatum ſeruire. Deinde quòd non omnes mercenarios miſeros dixerit, ſed ſolùm eos, qui prætextu doctrinæ & literarum ſeruiant: ſe verò alio pacto mercedem accipere, quàm illos, nempe cum prater ſalarium ingens, etiam in magna exiſtimatione viuat: publicis quæ rebus procurandis præfectus, tam certam quoque ſpem, totius ali-

cuius prouincia, aut regni aliquando administrandi, propositam habet. Denique quòd cùm nemo quicquam ferè gratis faciat, & tamen bonum virum conueniat, certo alicui operi intentum esse, neque ignauiter feriari, neque ipse adhucdum eo perfectionis venerit, vt omnem mercedem, aut honorem prorsus contemnere queat. Atque huic defensioni, præmittit Sabini (eius ad quem scribit) accusationem per prosopopœiam, qua seipsum fingit ab illo grauiter accusari, vt qui supra quidem de seruitute apud diuites eptimèque vtilissimè scripserit, nunc autem contrà, quasi mutata sententia, idem vita genus ingressus sit, perinde quasi aliud lingua fauare voluerit, aliud animo senserit, exaggerata hac vita, scriptorúmque diuersitate ac repugnantia, multis variisque tum similibus, tum exemplis. Exorditur autem per præoccupationem, à simulatione admirationis, quam & ipsam à circunstantijs ætatis & causæ amplificat.

Αλλα σκοπῶ πρὸς ἐμαυτὸν ὅ τι καλὸν Σαβῖνε, ἀπιστά σοι εἰκὸς ἐπιδεῖν ὧν ἐπιστεῖν, ἀνεγόητα ἡμῶν τὸ πρῶτον ἐπὶ μισθῷ συνόντων βιβλίον. ὅπου μὲν γὰρ ἀγελαστὶ διεξίεις αὐτὸ, καὶ πάνυ μοι φοβερὸν. ἃ δ' ἐνταῦθα καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἐστὶ σοὶ ἐλέγετο, ταῦτα νῦν ἐφαρμόττειν ζητῶ τοῖς ἀνεγνωσμένοις. εἰ τοίνυν μὴ κακῶς ἔχω μαντικῶν δοκῶ μοι ἀκούειν σου λέγοντος, εἶτά πως αὐτὸς ταῦτα γεγραφὼς, καὶ καταγελᾶν οὕτω δεινῶν κατ' τῶν τοιούτου βίου διεξελθών, ἔπειτα παντων ἐπιλαθόμενος,

Amdudum apud me cogito, præclare Sabine, quæ tibi nostrum de ijs qui mercede conducti seruiunt, libellum legenti in mentem venisse dicenda verisimile est. Nam quòd in eo legendo risum non tenueris, mihi certò constat: sed quid interim in singula diceres, id nunc nostris à te lectis accommodare quæro. Quare nisi malè vaticinor, te dicentem audire mihi videor. Ecquis iste est, qui cũ hæc scripserit, & graui adeò accusatione hoc vitæ institutum incesserit, postea tamen omnium oblitus,

ὀστράκου φησὶ μεταπεσόντος, ἐκὼν ἑαυτὴ φέρων ἐς δουλείαν οὔπω πεφευγὼς, καὶ περίβλεπτον σὺν τοῖς; πόσοι Μῖδαι, καὶ Κροῖσοι, καὶ Πακτωλοὶ ὅλοι μετέπεισαν αὐτὴ ἀπεῖναι μὴ τὴν ἐκ παίδων φίλην καὶ σωτηρίαν ἐλευθερίαν, πρὸς αἰτῶν ἤδη τὸν Αἰακὸν μετρίως, καὶ μονονουχὶ τὴν ἑτέραν πόδα ἐν τῷ πορθμείῳ ἔχοντα, παρέχειν ἑαυτὴ ἕλκεσθαι, καὶ φέρεσθαι, καθάπερ τὸ κλοιῷ τινι χρυσῷ τὴ αὐχένα δεδόντα, οἷά ὅτι τῶν τρυφώντων πλουσίων τὰ σφιγγία, καὶ τὰ κουρύλια. πολλὴ γοῦν ἡ διαφωνία τοῦ νῦν βίου πρὸς τὸ σύγγραμμα, καὶ τὸ ἄνω τοῦ ποταμοῦ χωρεῖν, καὶ ἀνεστράφθαι τὰ πάντα, καὶ παλινῳδεῖν πρὸς τὸ χεῖρον, τοῦτ' αὐτὸν, οὐχ ὡς Ἑλένης μὰ Δί', οὐδ' ὡς τῶν ἐπ' Ἰλίῳ γεγενημένων, ἵνα μὴ ἔγωγε ἀνασβεσμήσω τῶν λόγων, καλῶς προτερεῖν εἰρῆσθαι δοκούντων. ταῦτα μὲ πρὸς ἑαυτὴ, ὡς τὸ εἰκὸς, λελεκταί σοι. ἐπάξεις δ' ἴσως καὶ πρὸς ἀυτὴ ἐμὲ ξυμβουλεύσαι τινα τοιαύτην, οὐκ ἄκαιρον, ἀλλὰ φιλικὴν, καὶ ὠφέλιμον σοι χρηστὴν, καὶ

velut testula, quod aiunt, transmutata, seipsum vitrò in seruitutem adeò manifestam, & conspicuam coniecit? Quot Midæ, quot Crœsi, quot Pactoli, vel toti hunc hominem à sententia dimouerunt, vt charam illam, & à pueris connutritam libertatem repudiet, & quanquam ab Æaco non procul abest, alterúmq; pedem in cymba Charōtis propemodum habet, seipsum tamen trahendum, ac ferendum huc illud præbeat, ac si collario quopiam aureo sit illigatus, quales sunt illi torques & colaria delicatorum diuitum. Longè ergo vita quam nunc viuis, à tuo scripto dissidet, & hoc certè fuerit, quod aiunt, flumen sursum ferri, rerum omnium ordinē subuerti, atque in deterius recantare, non Helenæ per Iouem, nec eorum gratia quę apud Ilium gesta sunt, sed quòd facto euersa sunt ea, quæ ante probè à te dici videbantur. Hæc sanè tecum te dixisse verisimile est. Ac forsitan ad me ipsum eius generis consilium afferes, non intempestiuum, sed amicum, & quale tibi cum viro bono, tum philosopho conueniat. Itaque si tuam

φιλοσόφῳ αὖ δὲ πρέπουσαν

λω μὲν οὖν κατ' ἀξίαν ὑποδύε-
σθαι τὸ σὸν πρόσωπον ὑποκεί-
νωμαι, εὖ ἂν ἡμῖν ἔχοι, καὶ τῷ
λογίῳ δυσωπήσομεν· εἰ δὲ μή, ἀλλὰ
σὺ προσθήσεις τὰ ἐνδέοντα. ὥρα A
τοίνυν μετασκευάσασθαι ἡμᾶς
ἤδη λοιπόν, ἐμὲ μὲν σωτῆρα, καὶ
αὐλὸν λαβεῖν τερπικόμπον, καὶ χαλκό-
μορμον, εἰ δέοι, ἐπὶ σωτηρίᾳ, σὲ
δὲ ὑποπαίειν τὸ φαρμάκων, καὶ B
σμίλην ἅμα προσχρεμπτόντα,
καὶ τὸ καυτήριον διαπυρεῖν. καὶ
δὴ παρελαβὼν τὼν ῥαβδον, σὺ
πάντα πρός με ὁ Σαβῖνος ἤδη
λέγεις, πάλαι μὲν ὦ φίλτατε, ὡς C
εἰκὸς εὐδοκίμηταί σοι τοῦτο τὸ
σύμβαμμα, καὶ ἐν πολλῷ πάλαι
ἤδη δ' ἔχθει, ὡς οἱ τότε ἀκμάσα-
μοῦσι διηγοῦντο, καὶ ἰδίᾳ πα-
ρὰ τοῖς πεπαιδευμένοις, ὑπὸ-
σοι δύνανται σπουδῆς, καὶ διαχει-
ρὸς ἔχειν ἀξιοῦσιν. ἥ τε γὰρ D
τῶν λόγων παρασκευὴ, οὐ
μεμπτὴν ἔχει τὴν ἱστορίαν πολ-
λὴν, καὶ ἐμπειρίαν τῶν πραγμά-
των, καὶ ὅπη ἕκαστα σαφῶς
ἐλέγετο. καὶ τὸ μέγιστον, ὅτι E
χρήσιμα πᾶσιν ἦν, καὶ μά-
λιστα τοῖς πεπαιδευμένοις ὡς
μὴ ἂν ἀγνοίᾳ σφᾶς αὐτοὺς
εἰς δουλείαν καταγάγοις. ἐπεὶ
δέ σοι μετεδόξε βελτίω ταῦτ'

quam induo personam, vt decet egero, bene nobiscum agetur, & eloquentiæ Præsidi Mercurio sacrificabimus. Sin minus, quæ deerunt tu addes. Iam ergo fuerit tempus, vt transformata scena, ego quidem taceam, & me secari, atque vri sustineam, si ad salutem necesse sit, tu verò medicinas adornes, scalprum in promptu habens, & cauterium candens. Nunc igitur tu, ô præclare Sabine, à me acceptis dicendi vicibus, sic mecum agis. Olim quidem amice, liber hic tous vt par erat in precio est habitus, & vulgo ostentatus (vt qui tum audiuerunt, nobis narrarunt) & peculiariter apud eruditos, quotquot cũ ipso versari, & præ manibus habere dignati sunt. Etenim & verborum apparatus culpa vacat, multámque historiam & rerum experientiam continet, & singula dilucidè dicuntur. Maximum verò est, quòd illa omnibus, ac potissimum eruditis conferunt: ne per rerum insciti am sese in seruitutem introducant. Sed cùm mutata sententia statueris vitæ aulicæ statũ meliorem esse, & libertati longũ vale dicere, & iãbicũ illud ge-

εἶναι, καὶ τὸν μὲν ἐλευθερίαν μακρὰ χαίρειν ἐᾶν, ζη-

λῶσαι ὃ τὸ ἀηδυτέρατον ἐκεῖνο
ἐμβεῖον, Οπυ τὸ κέρδος,
παρὰ φύσιν δουλευτίον, ὅρα
ὅπως μηδεὶς ἐπ ἀκεύσηται
σου αὐχμιώσαντος αὐτό. A
ἀλλὰ μὴν ἀλλ᾽ ὦ παρόχης ἢ
τ παρόντα σοι εἶσιν ὁρώντων,
ἐπελθεῖν τὰ γεγραμμένα. ἔυ-
χου δ᾽ Ερμῆ τῷ χθονίῳ, καὶ
τ ἀκηκοότων πρόσπεσον, πολ- B
λὰ λιπαρῶν κατασταθῆναι. ἢ
δόξεις τῷ τὸ κορινθίου μύθου
ταυτόν τι πεπονθέναι, κ᾽
σαυτὸ ὁ Βελλεροφόντης, γε- C
γραφὼς τὸ βιβλίον. μὰ γὸ τ
Δί᾽ οὐχ ὁρῶ τὴν ἀπολογίαν,
ἥτις ἂν εὐπρόσωπός σοι γένοι-
το πρὸς τοὺς κατηγορουμένους.
καὶ μάλιστα, ὧν σὺν γέλωτι
αὐτὸ ποιῶσιν, ἐπαινοῦντες μ᾽
τὰ γεγραμμένα, κ᾽ τ ἐν αὐτοῖς
ἐλευθερίαν, ἀλλ᾽ ὃ τ συγγρα- D
φέα δουλεύοντα ὁρῶντες,
καὶ ἐκόντα ὑποπιθέντα τ
αὐχένα τῷ ζυγῷ. ἃ ἀπεικό-
τατα γοῦν ἂν λέγοιεν, εἰ λέ-
γοιεν, ἢ τι ἄλλου τοῦ γέλω-
τος ἀνδρὸς εἶναι τὸ βιβλίον,
κ᾽ σὲ τ κολοιὸν, ἀλλοτρίοις
πτεροῖς ἀγάλλεσθαι, ἢ εἰσῆρ σόν
ὄψιν, ὁμοιά σε τῷ Σαλαύθῳ
πτεῖν. ὃς πικρότατον κ᾽ μοι-

neroſo animo indignũ imitari, *Vbi eſt lucrum, nauta adagia, ſi velis*: vide ne quis id te legentem audiat: imò nulli eorum, qui præſentem tuæ vitæ conditionem cernunt, tua ſcripta recenſenda præbeas. Verùm ab Inferorum legato Mercurio precare, vt eos qui iſta olim audiuernnt, multa oblivione aſpergat. Alioqui ſimile quid fabulæ illi Corinthia accidiſſe tibi videbitur, vt quemadmodum Bellerophontes, librum contra te ipſum ſcripſeris. Per Iouem enim non video, quæ tua aduerſus accuſatores, ſpecioſa ſaltem defenſio eſſe poſſit: præſertim ſi cum riſu actionem intendant: ac laudent quidem tua ſcripta, & eam quæ illis ineſt libertatem: te verò ſcriptorem videant ſeruientem, & ſponte collum iugo ſubdentem. Itaque nihil abſurdi pronunciarint ſi dicant, vel alius generoſi viri eſſe hunc libellum, te verò graculum alienis plumis exultare: vel ſi tuus ſit, te ſimilia Salætho facere, qui cùm legem duriſſimam Crotoniatis in adulteros tuliſſet, ob cámque admirationi eſſet,

μεταμικρὸν αὐτὸς ἑάλω, μοιχεύων τῆ ἀδελφῆ τὴν γυναῖκα. ἀλλὰ πόθα τοίνυν καὶ σὲ τὸν Σάλαυθον ἐκεῖνον, φαίη τις ἄν. μᾶλλον δὲ πολὺ μετριώτερος ἐκεῖνος, ἔρωτι μὲν ἁλοὺς ὡς ἔφασκεν ἀπολοφύρομος, ἑκὼν δὲ μάλα εὐψύχως ἐς τὸ πῦρ ἁλλόμενος, καίτοι ἐλεουμένων αὐτὸν ἤδη Κροτωνιατῶν, καὶ ἐνδιδόντων φυγεῖν εἰ βούλοιτο. τὸ δὲ σὸν, ὦ παρὰ μικρὸν ἀτοπώτερον, ἀκριβῶς μὲν ἐν τοῖς λόγοις τὴν τοῦ τοιούτου βίου δυλοπρέπειαν ζητεῖς καὶ κατηγορεῖς τος εἴ πε εἰς πλουσίου τινὸς ἐμπεσὼν, καὶ καθάρξας ἑαυτὸν, ἀνέχοιτο, μυρία τὰ δυσχερῆ πάσχων, καὶ ποιῶν. ἐν γήρᾳ δ' ὑστάτῳ, καὶ σχεδὸν ἤδη ὑπὲρ θ' οὐδὸν, οὕτως ἀγλυκὺ λαβεῖν ἐπιπεπήδηκεν, ἢ μονονουχὶ καὶ ἐμπεπτωκότος αὐτῷ. ὅσῳ γοῦν φασὶ σπουδαιότερος εἶναι δοκεῖς, τοσούτῳ καταγελαστότερος ἂν δόξειας εἶναι, ἐπιφωνοῦντος τὸ τῶν βίου τῷ βιβλίῳ. καίτοι τί δῆτα κεκνὴν σπουδὴν σὲ κατηγορείαν ζητεῖν, μὴ τὴν θαυμασίαν βαγῳδίαν λέγουσαν, Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός; ἢ ἀποστῆσαι δὲ οἱ κατηγορούντες

paulò poſt cum ſui fratris vxore in adulterio eſt deprehenſus. Quare non ineptè quiſpiam te Salæthum illum eſſe diceret. Niſi quòd longè tolerabilius eſt eius factum, qui quod fecit, cùm cauſam ageret, amore ſe captum feciſſe fatebatur, & ſponte maximo animo in ignem inſilijt: tametſi Crotoniatæ hominis miſerebantur, & exulandi, ſi vellet, copiam faciebãt. At tu feciſti multò abſurdiùs, qui vitę quidem eiuſmodi ſeruilem conditionem accuratò tuis in libris perſequeris, eámq; incuſas qui in diuitis famulitium incidat, & ſe velut in vincula conijciens, infinitas moleſtias pati & inferre ſuſtineat: at in extrema ſenectute, iámque ferè vltra limẽ illius, adeò illiberalem ſeruitutem elegiſti, ac propemodum de ea te iactas. Quanto itaque vt aiunt, inſignior eſſe videris, tanto videaris riſu dignior, cùm tua vita tuis ſcriptis reclamet. Ecquid attinet nouam accuſandi rationem aduerſum te quærere, poſt admirãdam illam tragœdiam quæ dicit. *Sapientem eum odi qui ſibi ipſe non ſapit?* Nec alia tuis accuſatoribus exempla in te deerunt. καὶ ἄλλων παραδειγμάτων

ἐπὶ σέ. ἐμὲ οἱ μέ, τοῖς τραγικοῖς ὑποκριταῖς εἰκάσουσιν. οἱ ἐπὶ μὲν τῆς σκιωνῆς, Ἀγαμέμνων ἕκαστος αὐτῶν, ἢ Κρέων, ἢ αὐτὸς Ἡρακλῆς εἶσιν. ἔξω δ', Πῶλος, ἢ Αἰσχύνομος, ἀποδεδυκότες τὰ πρόσωπεῖα, γίγνονται ὑπομισθοὶ τραγῳδιῶντες, ἐκπίπτοντες, καὶ συεὶ τύπτοι. ἔνιοτε δ', μαστιγούμενοί πῃ τῶν αὐτῶν, ὥσαν τῷ θεάτρῳ δοκῇ. ἄλλοι δ', τὸ τὰ πόδικου πεπονθέναι σε φήσουσιν, ὃν Κλεοπάτρα τῇ παῖ φασὶ γλυφεῖαι. σκῶπτον γὰρ διδαχθέντα τέως μὲν ὀρχεῖσθαι παῖ κοσμίως, καὶ ἐμμελῶς, καὶ ἐπιπολὺ θαυμάζεσθαι μόνον ἐν τῷ χόρῳ, καὶ τὸ πρέπον φυλάττοντα, καὶ τοῖς ᾄδουσι καὶ αὐλοῦσι συγκείμενον ὑμῶν. ἐπεὶ δ' εἶδεν ἰχάδας ὄντας, ἢ ἀμύγδαλον πέρᾳ κειμένην, μακρὰ χαίρειν φράσαντα τοῖς αὐλοῖς, καὶ ῥυθμοῖς, καὶ ὀρχήμασι, συναρπάσαντα, καταβρώγειν, ἀπορρίψαντα, μᾶλλον δ' συγκείψαντα τὸ πρόσωπον. καὶ σὺ ταῦτα φαῖεν ἄν, οὐχ ὑποκριτὴς, ἀλλὰ ποιητὴς τῶν καλλίστων, καὶ νομοθέτης γνώμιμος, ὑπὸ ταυτησὶ τῆ ἰχάδος παραφανείσης, ἡλίγχθης πόδικος ὤν, καὶ

Verùm alij te tragœdiarum actoribus assimilabũt: quorum quisque in scena quidem est, vel Agamemnon, vel Creon, vel ipse Hercules: extra verò Polus, aut Aristodemus, depositis personis fiunt mercenarij tragœdiæ actores, qui excidunt, & exibilantur, & quorum aliqui nonnunquam flagris cæduntur, vt spectatoribus visum fuerit. Alij idem quod simiæ tibi contigisse dicent, quam celebris illa Cleopatra dicitur habuisse. Ea enim probè edocta, cùm aliquandiu compositè modulatéque non sine magna spectantium admiratione, saltantis habitum exhibuisset, & decorum seruasset, atque hymenæum voce ac tibia canentibus respondisset: posteaquam caricas puras vel amygdalã proculiacentem vidit, abiecta vel discerpta potiùs persona, tibijs, modulis, saltationibus longum vale dixit, correptam verò amygdalam arrodere cœpit. Sic etiam tu, dixerint illi, qui non histrio, sed author rerum pulcherrimarum, & legislator fuisti, obiecta hac carica, te simiam esse prodidisti, vt qui summis tantũ labijs sis philosophus,

ἀπ' ἄκρου χείλους φιλοσοφῶν,

καὶ ἕτερα μὲ κέυθων ἐν φρεσὶν, ἄλλα δ' λέγων, ὡς εἰκότως ἂν τινα ἐπ' σὲ εἰπεῖν, ὅτι ἃ λέγεις, καὶ ἐφ' οἷς ἐπαινεῖσθαι ἀξιοῖς, χείλεα μὲν σου ἐδίηνεν, ὑφαρὸν δ' αὐχμῶσαν καταλέλοιπε. τοιγαροῦν, παρὸ πόδα σὺ δὺς ἔπτας δίκλω, φερπετῶς μ' ἔρασσε κάμψος πρὸς τὰς ἀνθρώπων χεῖρας, μὴ μακρὸν δ' μονονεχὶ τοῦ κηρύξιν ἔξομοσάμενος τὴν ἐλευθερίαν. καὶ ἴσως ἡ Αἰσχίνη τότε κατοπτεύσασα σοι ἐνδεχομένως, ἐφ' οἷς κατηγορεῖς τ' ἄλλων, καλλελεῦν, εἰ αὐ θεὸς εἰδῶσα τ' μέλλουσά σοι ἐς τὰ ὅμοια μεταβολὴν, καὶ ὅπως ἐς τ' κόλπον πῦσας φερότερον, ἠξίους κατηγορεῖν τ' διὰ ποικίλας πνοὰς τύχας, τοιαῦτα πράττειν τοιουμένων. εἰ γοῦν τοῦτό τις τῶ λόγῳ τ' Αἰσχίνου μὴ τ' κῆ τὸν Τιμάρχου κατηγορίαν αὐτὸν ἁλῶναι, καὶ φερασθῆναι τὰ ὅμοια πάθοντα, πόσον ἂν εἶεν περὶ τῶν ὁρώντων γέλωτα τ' γέλωτα, εἰ Τίμαρχον μὲν ἔνδυσιν ἐπὶ τοῖς καθ' ὡραν ἀμαρτήμασι, αὐτὸς δ' γέρων ἤδη, τοιαῦτα εἰς ἑαυτὸν παρανομεῖ; τὸ δ' ὅλον, ἐκείνῳ τῷ φαρμακοπώλῃ ἔοικας, ὃς

aliáque mente occultes, alia dicas. Ita vt meritò de te quis dicere possit, ea quæ profiteris, & ex quibus laudem captas, labra tua quidem rigasse, palatum verò aridum reliquisse. Quamobrem ilico pœnas soluisti, qui cùm ante audacia procaci humanarum rerum necessitatibus insultaris, paulò post ipse libertatem velut sub præconibus abiuraris. Nec dubium est, quin Adrastea tum à tergo stans, te ea probantem quæ alijs vitio vertebas, derisérit, vt pote quæ cùm sit dea, sciuerit futurum vt ipse mutata sententia ad simile vitæ genus transires, cúmque priùs in tuum sinum non spuisses, accusare velles eos qui propter varias fortunæ vicissitudines, talia facere sustinerent. Siquis igitur fingat Aeschinem post grauem illam orationem qua Timarchum accusauit, ipsum quoque accusatum quòd eodem in facinore esset deprehensus, quantum putas spectantibus risum fuisse obortum, quòd Timarchum criminis, ad quod ætas hominem tulit, reum faceret, ipse verò iam senex eadem in se admitteret? Denique similis videris illi pharmacopolæ,

ἀποκηρύττειν βηχὸς φάρμακον, καὶ ἀυτίκα παύσειν τὸν πάροχρτας ἰσχνούμενος, ἀυτὸς μεταξὺ ἀποψύχων ὑπὸ βηχὸς ἐφαίνετο. ταῦτα μὲν, καὶ τοιαῦτα πολλὰ ἕτερα εἰποι τις ἄν, ὅτος σὺ κατηγορῶν ἀνοὔτως ἀμφιλαφεῖ τῇ ὑποθέσει, καὶ μυείας τὰς ἀφορμὰς παρεχομένῃ. ἐγὼ δ' ἤδη σκοπῶ πῃ καὶ βάπτωμαι πρὸς τὴν ἀπολογίαν. ἆρά μοι χρᾶτεον ἐθελοκακήσαντα, καὶ τὰ γῶτα ὑποτρέψαντα, καὶ ἀδικεῖν ἐκ ἀργούμενον, ἐπὶ τὴν κοινὴν ἐκείνην ἀπολογίαν καταφυγεῖν; λέγω δ' ἣ τύχην, καὶ μοῖραν, καὶ εἱμαρμένην, καὶ παραιτεῖσθαι συγγνώμην ἔχειν μοι τὺς ὑποπιπτόντας, εἰδότας ὡς οὐδενὸς ἡμεῖς ἐσμὲν κύριοι. ἀλλ' ὑπό τινος κρείττονος, μᾶλλον δὲ μιᾶς τῶν πεπερωμένων, ἀγόμεθα, οὐκ ἐκόντες, ἀλλ' ἀνάγκῃ παντάπασιν ὄντες, ἃ ἂν λέγωμεν, ἢ ποιῶμεν. ἢ τοῦτο μὲν κομιδῇ ἰδιωτικὸν, καὶ οὐδὲ ἂν σύ με ὦ φιλότης ἀνάσχοιο, τοιαύτην ἀπολογίαν παραιτούμενον, καὶ συνήγορον ἐν Ὁμήρου παραλαμβάνοντα, καὶ ἐκείνου ἔπη ῥαψῳδοῦντα, Μοῖρα δ' οὔ τινά φημι φυγέμμορον ἀνδρῶπων εἶναι.

qui cùm remedium contra tussim venditaret, eáque affectos statim liberaturum se polliceretur, interim ipse tussi torqueri cernebatur. Hæc atque id genus alia multa quispiam qualis tu accusando obijceret, in tam copioso argumento, quódque mille ansas aduersario præbeat. At ego iam reputo qua via me ad defensionem conuertam. Num optimum fuerit, vt ego sponte ignauus, dato tergo, nec improbitate negata, ad communem illam excusandi rationem confugiam? ad fortunam, inquam, ad fatum eiúsque necessitatem ineuitabilem, & veniam ab ijs, qui me obiurgant, deprecer, vt qui non ignorent nos rei nullius esse dominos, sed à potentiore regi, fortunæ scilicet vnius, aut fati arbitrio, idque inuitos, adeò vt culpa vacemus omnino quicquid dicamus, aut faciamus. An verò nimis est vulgaris hæc defensio, ac neque tu, amice, feras vt excusationem huiusmodi prætendam, & patronum Homerum habeam, eiúsque hæc carmina proferã, *Fatorum nexus fugisse haud dixero quenquam.*

καὶ τὸ, Γεγομμένῳ ἐπέγνοσε λίχῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ. εἰ δὲ τοῦτον ἀφεὶς τὸν λόγον, ὡς οὐ πάνυ ἀξιόπιστον, ἐκεῖνο λέγοιμι, μήτε ὑπὸ χρημάτων, μήτε ὑπ' ἄλλης τινὸς ἐλπίδος τοιαύτης δελεασθεὶς, ὑποσῆναι τὴν παρεῦσαν σωτηρίαν, ἀλλὰ τῷ σωφρονεῖν, καὶ αἰδεῖσθαι, καὶ μεγαλόνοιαν τὸ ἀνδρὸς θαυμάσιος, ἐθελῆσαι κοινωνῆσαι πράξεων τῷ τοιούτῳ, δέδοικα μὴ πρὸς τῇ ὑπερβολῇ κατηγορίᾳ κολακείας αἰτίαν προσλάβωσι, κἂν εὐείκωμαι ἅπλῳ φασὶν ὀκρούων τὸ ἧλον, καὶ μείζονι γε τῷ σμικρότερον. ὅσῳ κολακεία τῶν ἄλλων ἁπάντων κακῶν, τὸ δουλοπρεπέστατον εἶναι, καὶ ταύτῃ χείριστον νενόμισται. τί θωὼ ἄλλο, εἰ μήτε ταῦτα, μήτε ἐκεῖνα λέγειν δοκεῖ, ὑγιολοιπὸν ὄζειν, ἢ ὁμολογεῖν μηδὲ ἓν ὑγιὲς εἰπεῖν ἔχειν; μία μοι ἴσως ἐκείνη ὄγκυρα ἔτι ἄβεργος, ἀδύρεσθαι τὸ γῆρας, καὶ τὸν νόσον, καὶ μὴ τούτων τὸν πενίαν, πάντα ποιεῖν καὶ πάσχειν ἀπαιδεύουσαν, ὡς ἐκφύγοι τις αὐτόν. καὶ ἐν τῷ τοιούτῳ, ἴσως ἄχαιρον ἴσως καὶ τὸν τὸ Εὐριπίδου Μήδειαν παρακαλέσαι, ἐκείνα τὰ ἰαμβεῖα, μικρὸν

atque illud. *Illum parca dedit nescientem alui malo.* Quod si hac ratione omissa, tanquã fide parum digna, illud dicerem, neque pecunia, neque vlla alia huiusmodi spe inescatum me, præsentem conuictum ferre: sed prudentiã, fortitudinẽ, & magnanimitatem viri admiratum, rerũ gerendarum consortẽ ei esse voluisse: vereor ne ad priorẽ accusationem adulationis accedat nota, deinde comperiar, quod aiunt, clauũ clauo pellere, & maiore quidem minorem: quatenus adulatio aliorum omnium malorum esse maximè seruile, & ob hoc pessimum censetur. Quid igitur *aliud*, *si* neque hęc, neque illa dicenda videntur, nobis restat, nisi vt fateamur, nos sani nihil habere quod dicamus? Vna mihi forsan illa supereſt anchora integra, vt senectutem & morbum deplorem: postea paupertatem, quæ vt euitari queat, homiuem nihil non & facere, & pati persuadet. Quo loco fortè non fuerit intempestiuum Medeã illam Euripidis ad opem vocare, quæ huc progressa, jambos illos nonnihil huc detortos pro me tibi occinat

παρελθοῦσαν εἰπεῖν ὑπὲρ ἐμοῦ αὐτὰ παραφθέγξασθαι, Καὶ μὴν

δαίω μέ, οἷα δρᾷν μέλλω κακά. Πενία ὄ, κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων. τὸ μὲ γὰρ τὸ Θεόγνιδος κἄν ἐγὼ μὴ λέγω, τίς οὐκ οἶδεν οὐκ ἀπαξιοῦντος, καὶ ἐς βαθυκήτεα πόντον σφᾶς αὐτὸν ῥίπτειν, καὶ κρημνῶν γε ἠλιβάτων, εἰ μέλλοι τις οὕτως ἀποδρήσεσθαι τὴν πενίαν; ταῦτα μέν εἶναι δοκεῖ, εἴ τις αὖ ὡς ἐν τοιούτῳ ἀπολογήσαιτο ἔχοι, οὐ πάνυ εὐπρεπῶς ἕκαστον αὐτῶν. σὺ δέ μοι θάρρει ὦ ἑταῖρε, ὡς οὐδενὶ τούτων ἐμοὶ χρησομένῳ, μὴ γὰρ τοσοῦτός ποτε λιμὸς καταλάβοι τὸ Ἄργος, ὡς ἢ κοίλην Ἀραβίδα εἰσιέναι ἐπιχειρεῖν. εἰ δὲ ἡμεῖς ἅπαντες εὐλόγου ἀπολογίας, ὡς ἔοικ' ἀποδείξαι τὰ τοιαῦτα χρησόμενα πρὸς τὴν κατηγορίαν ζητεῖν. ἀλλά μοι σκόπει ἐνόησον, ὡς πάμπολυ τὰ τοιαῦτα διαφέρει, ἐς οἰκίαν τινὸς πλουσίου εἰσιόντα δουλεύειν, καὶ ἀνέχεσθαι ὅσα μοι φασὶ τὸ βιβλίον, ἢ δημοσίᾳ φράσοντά τι τῶν κοινῶν, ἢ ἐς δύναμιν πολιτευόμενον, ἐπὶ τούτῳ παρὰ βασιλέως μισθοφορεῖν. διελθὼν δὲ καὶ ἰδίᾳ κατασκεψάμενος.

Intelligo quàm sint mala, hæc quæ nunc paro, Sed mentis imperio reclama pauperies. Nam Theognidis illud, quanuis non citem, quis ignorat, qui non censet indignum, siquis se ipse vel in profundum mare proijciat, vel è rupe præcipitet, si modò paupertatem hoc pacto effugiat? Hæc videntur esse quæ quis in eiusmodi causa pro se dicere posset, quanquam eorum vnumquodque non est admodum speciosum. Tu verò amice bono es animo, siquidem nulla huiusmodi defensione sum vsurus. Neq; enim tanta fames Argos vrgere vnquam poterit, vt cauam Arabiam ferere aggrediatur: neque nos adeò iustæ defensionis inopes fuerimus, vt adacti penuria, huiusmodi perfugia aduersus accusationē quæramus. Quin illud mihi considera quam magno hęc inter se discrimine distēt videlicet in diuitis alicuius familiam ingressū mercede seruire, quæq; meus recēsens libellꝰ perferre, atq; publicè rē populi tractātē, ac pro virili rempub. administrātem, hoc nomine stipēdia ab imperatore accipere? Quare percurrēs & seorsim vtrumque disponens considera. Comperies enim (Musi-

σκόπει. εὑρήσεις γὰρ τὸ τῶν

μουσικῶν δὴ τοῦτο, δὶς διὰ πασῶν τὸ πρᾶγμα. καὶ τοῦτο τοι εἰκοτας ἀλλήλοις τοὺς βίους ὅσον μόλιβδος ἀργύρῳ, ἢ χαλκὸς χρυσῷ καὶ ἀνεμώνη ῥόδον, καὶ ἀνθρώπῳ πίθηκος. μισθὸς μὲν γὰρ ἀνακεῖται, καὶ τοῦτο, ἢ τὸ ἐπ' ἄλλῳ τάττεσθαι. τὸ δὲ πρᾶγμα, παμπόλλην ἔχει τὴν διαφωνίαν. ἐνεῖ μὲ γὰρ δουλεία σαφὴς, καὶ οὐ πολὺ τῶν ἀργυρωνήτων καὶ οἰκοτρίβων διαφέρουσιν οἱ ἐπὶ τοῦτῳ τῷ πόνῳ τρεφόμενοι· οἱ δὲ τὰ κοινὰ διὰ χειρὸς ἔχοντες, καὶ πόλεσι, καὶ ἔθνεσιν ὅλοις σῴας αὐτοὺς χρησίμους παρέχοντες, ὡς ἂν εἰκότως ἐκ μόνου τοῦ μισθοῦ διαβάλλοιντο, καὶ ἐς ὁμοιότητα καὶ κοινωνίαν τῆς καπηλείας καθέλκοιντο. ἐπεὶ ὡς ἂν φαίην τις ἁπάσας ἀναιρῶν ταὶς τοιαύτας τρεφούσας. καὶ ἔτι οἱ τοιαῦτα ἔθνη ἐπισκοπεύοντες, οὔθ' οἱ τοὺς πόλεις ἀρμόττοντες, οὔθ' οἱ τοὺς φάλαγγας, ἢ στρατόπεδα ὅλα ἐγχειρίζοιμεν, ὀρθῶς ποιήσουσιν, ἐπεὶ καὶ μισθὸς αὐτῶν τῷ ἔργῳ τρέφεται. ἐγὼ δὲ οὐκ ἐφ' ἑνὸς οἶμαι χρὴ ἀναβλέπειν τὰ πάντα, οὐδ' ἰσοτιμίαν τῶν μισθοφορούντων καθίστασθαι.

corum illud prouerbium, bis per omnes) hoc est, *longissimo interuallo a se inuicem differre*: tum has duas vitæ rationes tantum inter se cõuenire, quantum cum argento plumbum, æs cum auro, anemone cum rosa, cum homine simia. Siquidem & illic & hîc merces accipitur, & alteri est parendum. Sed in rei ratione ingens est dissonantia. Illic enim manifesta est seruitus, & qui ad officium huiusmodi se conferunt, non multum emptitijs seruis, & vernis præstant. Qui verò reimpub. tractant, séque vtilibus, ac totis gentibus vtiles præbent, nullo iure ob solam mercedem traducantur, inque criminis similitudinem & communitatem trahantur. Alioqui fieri non poterit quin hac ratione præfecturæ omnes exautorentur, vt neque tot tantarúmque gentium præsides, neque ciuitatum rectores, neque ordinum militarium ductores, imò nec ipsi totius exercitus imperatores rectè facere videantur: quando horum omnium laboribus proposita sunt præmia. Cæterùm vnico mercedis nomine non oportet opinor, omnia euertere, nec mercedem accipientibus æqualẽ cõditionis gradum

τὸ δ' ὅλον, ὦ τὸν μισθαρνοῦντας ἅπαντας ἐγὼ φαύλῳ βίῳ συνεῖναι ἔφασκον, ἀλλὰ τοὺς ἐπὶ ταῖς οἰκίαις ὑπὸ πενθράσει παιδεύσεως δουλεύοντας, ὠκτιζον. τοῦτο δ' ὦ ἑταῖρε τὸ ἡμέτερον πρᾶγμα, πανταπασιν ἑτερόδοξον ὄζει, εἰ γε τὰ μὲν οἰκοι, ἰσότιμα ἡμῖν· δημοσίᾳ δ', τῆς μείζονος ἀρχῆς κοινωνοῦμεν, καὶ τὸ μέρος συνδιαφέρομεν. ἐγὼ γοῦν εἰ σοὶ φαίην, δόξαιμ' ἂν σοι οὐ τὸ σμικρότατον τῆς αἰγυπτίας ταύτης ἀρχῆς ἐγκεχειρίσθαι, τοὺς δίκας εἰσάγειν, καὶ τάξιν ἀνταῖς τοῖς πρόσθεν ἐπιτιθέναι, καὶ τῶν πραττομένων καὶ λεγομένων ἀπεξαπατῶντα ὑπομνήματα γράφεσθαι, καὶ τοὺς τε ῥητορείας τῶν δικανικολογούντων ῥυθμίζειν, καὶ τοὺς τῶν ἄρχοντος γνώσεις πρὸς τὸ σαφέστατον ἅμα καὶ ἀκεμβέστατον συνὼ πίστει τῇ μείζονι διαφυλάττειν, καὶ παραδιδόναι δημοσίᾳ πρὸς τὸ ἀεὶ χρόνον ἀποκεισομένας. καὶ ὁ μισθὸς οὐκ ἰδιωτικὸς, ἀλλὰ παρὰ τοῦ βασιλέως. οὐ σμικρὸς οὐδ' ἕτος, ἀλλὰ πολυτάλαντος. καὶ τὰ μὲν ταῦτα δή, ὦ φαῦλαι ἐλπίδες, καὶ ἔθος ὑπιδεῖν, ἢ πῆμα

gradum tribuere. Denique non omnes mercenarios in vili vitæ ratione versari dicebam: sed eos qui in familijs doctrinæ prætextu seruiunt miserabar. At nostrum negocium, ô amice, penitus est diuersum: quanquã quæ ad domesticam vitam pertinent, nobis paria sunt cum illis: publicè tamen summi imperij participes sumus, eiúsque partem cum rege administramus. Equidem ego, si considerares, videbor tibi non minimam Ægyptiaci regni portionem obtinere, dum lites instituo, ipsásque compono, dictorum factorúmque omnium commentarios scribo, & litigantium orationes corrigo, principíque ipsius decreta in sensu dilucidissimo simul & exactissimo summa fide conseruo, & in omne æuum reponenda reipub. trado. Deinde nõ àpriuato, sed à principe mercedem accipio, eámque nõ exiguam, sed multorum talentorum. Postea, si recta ratione res procedat, spes non inanis supereſt, vt alicui prouinciæ præficiar, aut regium aliqnod negotium mihi demandetur,

εἰ τὰ εἰκότα γίγνοιτο, ἀλλ' ἄλλας πράξεις βασιλικὰς.

ἐθέλω γοῦν ὑπὲρ τοιούτου χρησάμενος τῇ παῤῥησίᾳ, καὶ ὁμόσε χωρήσας τῷ ἐπιφερομένῳ ἐγκλήματι, καθ' ὑπόβολιν ἀπολογήσασθαι. καὶ δή φημί σοι μηδένα μηδὲν ἀμισθὶ ποιεῖν. εἰ δ' αὖ τὸν τὰ μέγιστα πράττοντας εἴποις, ὅπου μὴ ὁ βασιλεὺς αὐτὸς, ἄμισθος ὅστις. οὐ φόρους λέγω, οὐδὲ δασμούς, ὁ πόσοι παρὰ τῶν ἀρχομένων ἐπέτειοι φοιτῶσιν, ἀλλ' ἔστι βασιλεῖ μισθὸς μέγιστος, ἔπαινοι, καὶ ἡ παρὰ πᾶσιν εὐκλεια, καὶ τὸ ἐπὶ ταῖς εὐεργεσίαις θεοποιεῖσθαι. εἰκόνες ὑπ' ἐκ γε καὶ τεμένη, ὁπόσα, παρὰ τῶν ἀρχομένων ἔχουσι, μισθοὶ καὶ ταῦτα εἰσιν ὑπὲρ τῶν φερομένων, καὶ θεραπείας, ἣν ἀμφίεννται θεραπεύοντες ἀεὶ τὰ κοινὰ, καὶ βελτίω ποιοῦντες, ὡς δὴ μικρὰ μεγάλοις εἰκάζειν, ἢν ἐθέλῃς, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς σωρῆς κορυφῆς, ἐφ' ἕκαστον τούτων, ἀφ' ὧν σύγκειται καταβαίνειν, ὄψει ὅτι μεγέθει καὶ σμικρότητι διαλλάττουσι τὰ ἀκροτάτων. τὰ δ' ἄλλα, μισθοφόροι ὁμοίως ἅπαντες. εἰ μὲν οὖν τοῦτο ἐτεκμήκειν τὸν νόμον, μηδένα μηδὲν πράττειν, ἄνομος ἂν εἰκότως ἐδόκουν τῇ

Volo igitur loquendi libertate ingenti vtens, & cum obiecto crimine cominus congrediens, illud præstantissimè refellere. Equidem affirmo tibi neminem gratis quicquam facere. Nec summarum rerum administratores excipias, quando nec ipse rex mercedis est expers. Non dico tributa, neque vectigalia quæ quotannis penduntur à subditis: at regi merces fuerit maxima si laudetur, si ab omnibus celebretur, si pro collatis beneficijs adoretur. Imagines etiam, templa, delubra quæcunque à subditis habent, mercedis loco sunt & ipsa, pro curis, & prouidentia qua reipub. semper prospiciunt, eámque in melius prouehunt. Et vt magnis parua componam, si initio à cumuli cacumine ducto, per singula ex quibus constat, descendere velis, nos non nisi magnitudine & paruitate à summis differre videbis: cæterùm mercenarios pariter omnes esse. Quòd si legem hanc tulissem, vt nemo quicquam ageret, non iniuria iniquitatis reus viderer. Sin hoc in libello nullibi à me

παρανομίᾳ. εἰ δ' τοῦτο μὴν

εὐδαιμῶ τῶ βιβλίου λέλεκταί μοι, χρὴ γὰρ τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα ἐπέρχον εἶναι, τί ἂν ἄλλο ἐς δέον αὐτῷ χρῶτο, ἢ φίλοις συμπονῶν πρὸς τὰ βέλτιστα, καὶ τῷ μέσῳ ὑπαίθριος πίστιν αὐτὸν διδοὺς, ὅπως ἔχει πίστεως, καὶ εὐνοίας πρὸς τὰ ἐγκεχειρισμένα, ὡς μὴ τὸ ὁμηρικὸν ἐκεῖνο, Ἐτώσιον ἀρούρης ἄχθος ἐὼν. πρὸ γὰρ τῶν ὅλων, μεμνῆσθαι χρὴ τοὺς ὀπιπεύοντας, ὅτι ἐμοὶ σοφῷ ὄντι μοι, εἰ δή τις καὶ ἄλλος ὁστισοῦν σοφὸς, ὀπιπεύουσιν, ἀλλὰ τῷ ἐν τῷ πολλῷ δήμου λόγοις μὴ ἀσκήσαντι, καὶ τὰ μέτρια ἐπαινουμένῳ ἐπ' αὐτοῖς, πρὸς γὰρ τοῦ ἄλλου ἀνδρὸς ἐκείνου τὴν κορυφαίων ἀρετὴν, οὐ πάνυ γεγυμνασμένῳ. ἢ μὰ Δί' οὐδ' ἐπὶ τούτῳ αἰτιᾶσθαί μοι ἄξιον, ὅτι μὴ γὰρ ἄλλῳ ἔγωγ' οὕτω ἐντετύχηκα, τοῦ τοῦ σοφοῦ ὑποκρισιν ἀποπλεφῶν. σὺ μέντοι καὶ θαυμάσαιμ' ἂν ὀπιπεύοντός μου τῷ νοῦ βίῳ, εἴγε ὀπιπεύοις, ὃν πρὸ πολλοῦ ἤδεις ὀπιπτευκὴ δημοσίᾳ μεγίστας μισθοφορὰς ἐνεγκάμενον, ὁπότε κατ' ἰδίαν τὸ ἑαυτοῦ ὠκονόμει καὶ τοῦ κοινοῦ ἅμα ὀπῶν ἐπέτυχες πρᾶ-

dictum est: virum autem bonum alicui operi decet esse intentum: quid aliud est in quo suam operam collocare debeat, quàm in iuuandis ad res optimas amicis, inque A medio sub dio specimen sui dando, quanta fide, diligentia & beneuolentia demandata munia prosequatur, ne sit illud Homericum, *Pondus inutile terræ*. Ante alia autē, B meos obiurgatores meminisse oportet, se non sapientem virum (si modo aliquis alius est sapiens) obiurgaturos, sed plebeium, in orationibus exercitatum, qui C mediocrem ex ijs laudem comparauit: at verò ad summam illam procerum virtutem, non est admodum institutus. Quanquam ne hoc quidem nomine dolere debeo per Iouem, quòd in neminem incidi, qui omnes sapientiæ, quam profitebatur, D numeros expleret. Te verò, quòd hanc viuendi rationem mihi vitio vertis, non possum non mirari, siquidem E eum obiurgaueris, quem olim nosti pro causis publicè agendis mercedes maximas accepisse, quo tempore ad visendum Occidentalem Oceanum profectus peragrata simul Gallia in nos incidisti,

μῖν, τοῖς μεθαλομάθοις τῶν σοφιστῶν ἐναριθμουμένοις. ταῦτά σοι ὦ ἑταῖρε, κἀγὼ ἐν μυείαις ταῖς ἀσχολίαις ὢν, ὅμως ἀπελογησάμην, εἰ ὁ παρέσχεν Ἱππόκλειος τὸν λευκὸν παρὰ σοῦ καὶ πλήρη μοι ἐνεχθῆναι. ἐπεὶ πρός γε τοὺς ἄλλους κἂν σωφάμα πάντες κατηγορῶσιν, ἱκανὸν ἂν εἴη μοι τὸ, ὃ φησὶν Ἱππόκλειδης.

cùm quæstuosis rhetoribus annumeraremur. Hæc tibi, amice, ego quanquam sexcentis negotijs distractus, respondi: non parui facturus si candidum plenúmque calculum à te reportauero. Nã quod ad alios attinet, etiamsi simul omnes accusent, illud mihi suffecerit, Non curat Hippoclides.

ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΕΝ ΤΗ ΠΡΟΣΑΓΟΡΕΥΣΕΙ ΠΤΑΙΣΜΑΤΟΣ.

PRO EO QVOD INTER SALVTANDVM verbo lapsus fuerat.

ARGVMENTVM.

Respondet hac Apologia, pro errato, quod inter salutandum ipsi excidérat, cum mane & in prima salutatione, quando χαῖρε, hoc est Aue seu salue dicendum fuerat, ipse ὑγίαινε, hoc est, Vale dixisset. Orationis status est iuridicialis assumptitius. Fatetur enim & ipse peccasse se, quia ordinem inuerterit, & quod postremum dici conueniebat, à principio vsurparit. Sed tamen culpam hanc mitigat atque eleuat. Primùm vsu ac potestate ipsorum verborum, ostendens τὸ χαίρειν non in principijs tantùm à veteribus, sed etiam in fine atque dicessu vsurpatum fuisse, ὑγιαίνειν autem vtroque loco frequenter à multis, à quibusdam etiam in principio semper positum fuisse, deinde & efficaciorem atque auspicatiorem vim ac significationem habere, idque probat multis & poëtarum & aliorum testimonijs adductis, item historiarum exemplis, vbi vel eodem errore

ὑγιαίνειν pro χαίρειν positum fuisse vel aliàs usurpatum, commodum aliquod utentibus attulisse. Post hæc ordinis inuersioni opponit euentum erroris, quòd tale verbum, pro alio dixerit, cuiusvis seu potestas, hæc est, valere seu sanum esse, cuiusuis tempori, non matutino tantùm, conuiniat, & quòd hæc salutatio cæteris potior atque efficacior sit. Denique & principes hoc idem primum atque præcipuũ suis mandant, vt salutis seu valetudinis curam gerant, & priuati quoque in resalutando salues esse iubent. Hinc & causam erroris siue euentus huius, in deum aliquem transfert. Animi autem consternationem, quæ causam erroris dederit, à consueto, & obiecto seu casu defendit. Deinde & voluntatem principis pro se interpretatur ficta conformatione, idque argumento à consequentibus, & exemplo ducto. Ad finem, ficta alia ac noua obiectione, orationem in votum seu precationem desinit. Exordium à loco communi sumitur.

Χαλεπὸν μὲ ἄνθρωπον ὄντα, δαίμονός τινος ἐπιφειαν διαφυγεῖν. πολὺ ὃ χαλεπώτερον ἀπολογίαν εὑρεῖν παραλόγου καὶ δαιμονίου πλάσματος. ἅπερ ἀμφότερά γωῖ ἐμοὶ συμβέβηκεν. ὃς ἀφικόμενος παρὰ σὲ, ὡς παρασκέποιμι τὸ ἑωθινὸν, δέον πρὸ σοῦ πάντων τοῦτο φωνὴν ἀφεῖναι, καὶ χαίρειν κελεύειν. ἐγὼ δ' ὁ χρυσοῦς ἐπιλαθόμενος, ὑγιαίνειν σε ἐξέφην. εὐφημον μὲ καὶ τοῦτο, ἐπ' ὀψὲ γε καιρῷ ὄν, ὡς ὁ κῦρ πρὸ ἕω. ἐγὼ μὲ ἓν ἐπὶ τούτῳ οὐδὲν ἐ-

Difficile est, homo cùm sis fortunæ alicuius offensionem euitare: longè verò difficilius inopinati, diuinóque impulsu commissi erroris defesionem inuenire. Quod vtrumq; mihi nunc accidit, qui cùm mane te salutaturus adiissem, & consuetam hãc vocem emittere, téque salutere jubere debuissem, ego aureus ille oblitus, valere te iussi. Quod quidem verbum boni est ominis, sed intempestiuum, vt quod auroræ non conueniat. Ob id igitur sudabam, eru-

δίον τε, καὶ πευθρίων, καὶ παντοῖος λοῦσα ἀπορείας. οἱ παρόντες δ', οἱ μὲν, παραπαίειν, ὡς τὸ εἰκός. οἱδὲ, ληρεῖν ὑφ' ἡλικίας. οἱδὲ καὶ χθιζοπῆς κραιπάλης ἀνάμεσον ἔτι ᾤοντο μοι εἶναι, εἰ καὶ ὅπι μάλιστα σὺ ἐπιεικῶς ἤνεγκας τὸ γεγονός. οὐδὲ ὅσον ἄχρι τῷ μειδιάματι ὑποσημηνάμενος τὴν γλῶτταν τὴν διαμαρτίαν. ἔδοξεν οὖν μοι καλῶς ἔχειν παραμυθίαν τινὰ ἐμαυτῷ συγγράψαι, ὡς μὴ πάνυ ἀνιώμενον ὑπὸ τῷ πάθηματι, μηδὲ ἀφόρητον ἡγούμενον, εἰ πρεσβύτης ἀνὴρ τοσοῦτον ἀπεσφάλην τῶ καλῶς ἔχοντος, ὑπὸ τοσούτων μαρτύρων. ἀπολοῦμαι μὲν γὰρ οὐδὲν ἔδει οἶμαι τὴν γλῶτταν, εἰς οὕτως εὐφημον ἐυχὴν ὀλισθούσης. ἀρχόμενος μὲν οὖν τὸ γραφῆς, πάνυ ἀπόρῳ ἐντεύξεσθαι ᾠόμην τῷ πρεσβλήματι. πρόδηλα γὰρ, πολλὰ πρυφαίνη τὰ λεκτέα. οὐ μὴν πρότερον ἐρῶ αὐτὰ, ἕως μὴ πρὶν τὸ χαίρειν αὐτῷ, καὶ τὸ εὖ πράττειν, καὶ τὸ ὑγιαίνειν προείπω τὰ εἰκότα. τὸ μὲν δὴ χαίρειν, ἀρχαία μὲν ἡ προσαγόρευσις. ἡμῖν ἰωνικὴ μόνον, καὶ οὐδὲ τοῦτο τὴν ἐντεύξιν, ἀλλὰ καὶ πρότερον μὴ ἰδόντες

beſcebam, & præ inopia conſilij peruarius eram. Eorum autem qui aderant, alij quidem me lingua lapſum eſſe, vt erat conſentaneum: alij verò præ ætate delirare, alij denique heſterna crapula plenum adhuc eſſe exiſtimabant: tametſi tu animo maximè æquo caſum hunc ferebas, vt qui ne leui quidem riſu linguæ erratum notares. Viſus ſum igitur mihi præclarè facturus ſi conſolationem aliquam ipſe mihi componerem, ne hoc lapſu nimis ægrè afficerer, neue intoleiabile putarem, ſi ſenex ego, præſentibus tot teſtibus, à decoro tantum deflexi. Nihil enim, opinor, opus erat defenſione pro lingua, quæ in tam boni ominis precationem labendo incidit. Quare mihi ſcribere incipienti videbar in dubiam qnæſtionem incurſurus eſſe: ſed progredienti multa dicenda ſe obtulerunt: quę tamen priùs non dicam, quàm de verbis *Saluere*, *Benè agere* & *Valere*, quæ conſentaneum eſt, expoſuero. Verbum igitur *Saluere*, antiqua eſt ſalutatio, quam vſurpabant non ſolùm mane, primáq; in cõpellatione, ſedetiã cũ ante ſe mutuò nõ vidiſſẽt,

ἀλλήλους, ἔλεγον αὐτό. ὡς τὸ, Χαῖρ' ὦ δυνάστα τῆδε γῆς Τιρυνθίας. καὶ μὴν τὸ δεῖπνον ἐς λόγους ἤδη παρῄνιους βεπόμενοι, ὡς τὸ, Χαῖρ' Ἀχιλεῦ, δαιτὸς μὲ εἴσῃ καὶ σπένδειες, Ὀδυσσεὺς ὁπότε τ' ἐπεσβαλμύλω φρεσβείαν αὐτῷ ἐρίπτορευε. καὶ ἤδη ἀπόντες παρ' ἀλλήλων, ὡς τὸ, Χαίρετ', ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητός. ἴδιος ὢν χαιρὸς οὐδεὶς ἀπειγενέμητο τῇ φροσρήσει, ἐδ' ὡς νῦν μόνος ὁ ἐωθινὸς, ὅπουγε καὶ ὅτι τ' ἀπασίων καὶ ἀπευκτοτάτων ὁμῶς ἐχεῶντο αὐτῇ, ὡς ὁ τῆς Εὐριπίδου Πολυνείκης ἤδη τελευτῶν τ' βίον, Καὶ χαίρετ', ἤδη γάρ με περιβάλλει σκότος. καὶ μόνον φιλοφροσύνης αὐτοῖς ἦν τοῦτο σύμβολον, ἀλλὰ καὶ ἀπειθείας, καὶ τῷ μηκέτι χρήσεσθαι ἀλλήλοις. τὸ γοῦν μακρὰν χαίρειν φράσαι, τὸ μηκέτι φρονεῖν δηλοῖ. φροσρήσας δ' αὐτὸ Φιλιππίδης ὁ ἡμεροδρομήσας λέγεται ἀπὸ Μαραθῶνος ἀγγέλλων τὴν νίκην, εἰπεῖν πρὸς τοὺς ἄρχοντας καθημένους, καὶ πφροντικότας ὑπὲρ τὸ τέλους τ' μάχης, Χαίρετε, νικῶμεν. καὶ τοῦτο εἰπὼν, συναποθανεῖν τῇ ἀγγελίᾳ, καὶ τῷ χαίρειν συνεκπνεῦσαι.

quale illud est. *Salue ô fulti rex istius Tirynthij.* Deinde à cœna cùm iam ad sermones vinosos conuerterētur: quale illud *Salue Pelide nil cœna aequalis eges nunc.* quum suæ legationis mandata Vlysses ipsi exponeret. Præterea cùm iam à se mutuo discederent, quale illud, *Saluete, atque Deum me agnoscite non mortalem.* Certum autem tempus nullum huic salutationi est attributum: neque vt nunc, solum matutinum, quandoquidem in infaustis, abominandísque rebus similiter vsurpabant, vt Euripidis Polynices iam moriens, *Saluete,* inquit, *nam tenebris iam tegor.* Nec solùm illis erat beneuolentiæ, sed etiam odij symbolum, cùm significarent nihil amplius inter se cōmercij fore. Nam qui longum saluere dixisset, innuebat se non amplius curaturum. Primus autem hoc verbo vsus fuisse fertur Philippides, cùm vno die cursu iter à Marathone Athenas vsque emensus victoriam sedentibus magistratibus, & de pugnæ euentu solicitis annunciaret. *Saluete: vincimus:* eóque dicto statim cum nuncio interiisse, & cum verbo *Saluere*, expirasse,

ἐν ἐπιστολῇ ὑ ἀρχῇ, Κλέων ὁ Ἀθηναίων δημαγωγὸς, ἀπὸ Σφακτηρίας πρῶτον χαίρειν προὔθηκε, εὐαγγελιζόμενος τῷ νίκῃ τῷ ἐκεῖθεν, καὶ τῷ τῶν Σπαρτιατῶν ἅλωσιν. καὶ ὅλως γε, μετ' ἐκεῖνον ὁ Νικίας ἀπὸ Σικελίας ὀπτέλλων, ἐν τῷ ἀρχαίῳ τῶν ἐπιστολῶν διέμεινεν, ἀπ' αὐτῶν ἀξιάμωμος τῶν πραγμάτων. δὴ ὁ θαυμασὸς Πλάτων, αὐτὴρ ἀξιόπιστος νομοθέτης τῶν τοιούτων, τὸ μὲ χαίρειν κελεύῃ ἐν παύ ἀποδοκιμάζειν ὡς μοχθηρὸν ὄν, ἐν οὐδὲν κοινωνοῦν ἐμφαίνον. τὸ δὲ εὖ πράττειν αὐτ' αὐτῷ εἰσάγει, ὡς κοινὸν σώματός τε καὶ ψυχῆς εὖ διακειμένων σύμβολον. ἐν ἐπιστέλλων γε τῷ Διονυσίῳ, ἀπέπεμψε αὐτ', ὅπ πιῶν ἐς τ' Ἀπόλλωνα χαίρειν τ' θεὸν προσεῖπεν, ὡς ἀναξίων τῷ Πυθίου, καὶ ἐχ ὅπως θεοῖς, δὴ οὐδ' ἀνθρώποις δεξιοῖς φρέπειν. ὁ μὲν γε θεασέπης Πυθαγόρας, εἰ ἐν μικρὸν αὐτὸς ἡμῖν ἴδιον καταλιπεῖν τ' αὐτῷ ἠξίωσεν, ὅσον Οἰκέλλῳ τῷ λευκανῷ, καὶ Ἀρχύτᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμιλητῇ αὐτῷ τεκμαίρεσθαι, ὅτε τὸ εὖ πράττειν προσῆκεν, δὴ ἀπὸ τοῦ ὑγιαίνειν ἄρχεσθαι ἐκέλευεν.

exuere, si rem amissam inuenire velis. Ac quanuis apud primũ phialam aureã statim inueneris, exuendi tibi sint etiamnũ alij. *Hermot.* Quid ita Luciane? *Lucian.* Quia nõ liquet, sit-ne phiala quod amissum erat. Tametsi verò hoc omnes confiteantur: nõ tamen omnes auream phialam esse affirmãt. Ac etiamsi notissimum id esset amissam esse phialam auream, túque phialam auream apud primũ inuenisses, ne sic quidẽ alios perscrutari desineres. Etenim sit-ne Dei illa, tibi non constat: aut non putas multas esse phialas aureas? *Hermot.* Sanè censeo. *Lucian.* Oportebit igitur omnes perscruteris, & omnibus quæ apud vnumquemque inueneris, in medio depositis, conijcias quodnam ex ijs diuinum donarium existimare conueniat. Etenim hoc multam dubitationem præbet, quòd eorum qui exuti fuerunt, vnusquisque omnino aliquid habet: hic scyphum, ille phialam, alius coronam: Hic quidem ex ære, ille verò ex auro, alius tandem ex argento. An verò sacrum sit, quod habet, nondum liquet. Quare prorsus cogeris dubitare quẽ sacrilegũ appelles. Quandoquidem etsi omnes

τὰ ὅμοια εἶχον, ἄδηλον ἦν
ἢ οὕτως, ὅστις ὁ τὰ τοῦ Διὸς
ὑφηρημένος. ἔστι γὰρ καὶ ἰδιω-
τικὰ ἔχειν. τὸ δ' αἴτιον τῆς
ἀγνοίας, ἓν ὅτιν οἶμαι, τὸ ἀνε- A
πίσκαφον εἶναι τὴν ἀπολομέ-
νην φιάλην. θῶμεν γὰρ φιάλην
ἀπολωλέναι. ὡς εἰ μὲ ἐπεγέ-
γραπτο τοῦ Διὸς τὸ ὄνομα, ἢ τοῦ
ἀναθέντος, ἦπον ἂν ἐκάμνο- B
μεν. καὶ εὑρόντες τὴν ἐπιγε-
γραμμένην, ἐπιπαυόμεθ' ἂν
ἀποδύοντες, καὶ ἀνοχλοῦντες
τοὺς ἄλλους. οἶμαι δέ σε ὦ
Ἑρμότιμε, καὶ ἀγῶνας ἤδη γυ- C
μικοὺς ἑωρακέναι πολλάκις.
Ἑρμο. καὶ ὀρθῶς οἴει. πολλά-
κις γάρ, καὶ πολλαχοῦ. Λυ.
ἦ οὖν ποτε καὶ περὶ τοὺς ἀ-
θλοθέτας αὐτοὺς ἐκαθέζου; D
Ἑρμο. νὴ Δία ἔναγχος ὀλυμ-
πίασιν ἐπὶ τὰ λαμπὰ τῶν Ἑλ-
λανοδικῶν, Εὐανδρίδου τοῦ
Ἠλείου θέαν μοι παρεκαλα-
βόντος ἐν τοῖς ἑαυτοῦ πλίταις.
ἐπεθύμουν γὰρ ἐγγύθεν ἅπαντα E
ὁρᾶν τὰ παρὰ τοῖς Ἕλλανοδί-
καις γιγνόμενα. Λυ. οἶδα
οὖν ἢ τοῦτο, πῶς κλῆσον ὄν
τινα ᾧ τινι χρὴ παλαίειν, ἢ
παγκρατιάζειν; Ἑρμο. οἶδα γάρ.
Λυ. ἆρ' οὖν ἄμεινον σὺ εἶπας,
ἐγγύθεν ἰδών. Ἑρμο. τὸ μὲ

similia haberent, neque sic
constaret, quisnam Deo sa-
cra sustulisset. Etenim hæc
etiam priuata habere licet.
Ignorantiæ autem vna, opi-
nor, est causa, quòd amissa
phiala nullo titulo sit inscri-
pta. Ponamus enim amissam
esse phialam, quæ si vel Dei
vel eius qui consecrauit, no-
men inscriptum haberet, mi-
nus laboraremus: & inuenta
ea quæ titulo notata esset,
alios exuere & perturbare
desineremus. Opinor autem
te, Hermotime, etiã gymni-
cos ludos sæpe iam vidisse.
Hermot. Et rectè quidem opi-
naris, nam & sæpe, & multis
in locis vidi. *Lucian.* Num-
quid igitur etiam aliquando
iuxta Athlothetas consedi-
sti? *Hermot.* Per Iouem nuper
in Olympijs ad iudicium læ-
uam: Euandrida Elei filio in-
ter suos ciues spectaculum
mihi præoccupante. Omnia
enim quæ à iudicibus fiunt,
propiùs videre cupiebam.
Lucian. Scisne igitur & hoc
quomodo forte comperiant
cuinam cum quoque sit lu-
ctandum, aut pancratio de-
certandum? *Hermot.* Planè
scio. *Lucian.* Quare tu me-
lius dicere possis, vt qui
propiùs videris. *Hermot.*
Olim cũ præsideret Hercules,

παλαιὸν; ἐπὶ Ἡρακλέους

ἀγωνοθετουῦτος, φύλλα δάφνης. Λυ. μή μοι τὰ πάλαι ὦ Ἑρμότιμε, ἃ γ' εἶδες ἐγγύθεν, ἐκεῖνα λέγε. Ερμο. χάλκης ἀργυρᾶ προκειται ἱερὰ τοῦ θεοῦ. εἰς ταύτην ἐμβάλλονται κλῆροι μικροὶ, ὅσον δὲ κυαμιαῖοι τὸ μέγεθος, ἐπιγεγραμμένοι. ἐγγράφεται δ' ἐς δύο μέν, ἄλφα ἐν ἑκατέρῳ. ἐς δύο δ', τὸ βῆτα. καὶ ἐς ἄλλους δύο, τὸ γάμμα. καὶ ἑξῆς ἐπὶ τὰ αὐτὰ, ἢν πλείους οἱ ἀθληταὶ ὦσι, δύο ἀεὶ κλῆροι τὸ αὐτὸ γράμμα ἔχοντες. προσιὼν δὲ τὴν ἀθλητῶν ἕκαστος, προσευξάμενος τῷ Διΐ, καθεὶς τὴν χεῖρα εἰς τὴν χάλκην, ἀναμασᾷ τῶν κλήρων ἕνα. καὶ μετ' ἐκεῖνον, ἕτερος, καὶ παραιτοῦμαι μαστιγοφόρος ἑκάτερος, αὐτέχει αὐτοῦ τὴν χεῖρα, ἕως παρέλθων ἀναγνῶναι ὅ, τι τὸ γράμμα δείη, ὃ ἀνέσπασεν. ἀπάντων δ' ἤδη ἐχόντων, ὁ Αλυτάρχης οἶμαι, ἢ τὴν Ελλανοδικῶν αὐτῶν εἷς, ἢ ἔτι γὰρ τοῦτο μέμνημαι, πρεσβεὺς, ἐπισκοπεῖ τοὺς κλήρους ἐν κύκλῳ ἐσῶντων. καὶ οὕτω τῷ μὲ τὸ ἄλφα ἔχοντα, τῷ δὲ τὸ ἕτερον ἄλφα ἀντασαχοῦν, παλαίειν ἢ τὸ βῆτα, τῷ δὲ τὸ βῆτα ἐμοίρας.

lauri folia. Lucian. Ne mihi prisca, Hermotime, sed quæ propiùs vidisti, narres. Herm. Argentea vrna Deo sacra in medio posita est: in eam paruæ sortes conijciuntur, fabæ magnitudine, literis inscriptæ. Duabus, vtriq; nimirum *alpha*. inscribitur: duabus item *beta*, duabus quoque alijs *gamma*. ac deinceps, ordine literarum, si sint athletæ plures, duæ semper sortes eandem literam habent. Tum athletarum quisque accedit, & inuocato Ioue, manúque in vrnam immissa, vnam ex sortibus trahit, & post eum alter. Et astans vnicuique flagellifer, protensa manu obstat quominus legant quænam sit litera quam traxit. Sed quum iam habêt omnes, Alytarches opinor, aut iudicum vnus (non enim hoc amplius memini) circumeundo, sortes in orbem stantium inspicit. Sicque eum qui *alpha*. habet, cum eo qui *alpha*. alterum traxit, aut lucta aut pancratio decertaturum committit: eum quoque qui *beta*. cum eo qui *beta*, similiter, aliósque

παγκρατιάζειν συνάπτει. ἢ ἢν καὶ τὸν ἄλλους τοὺς ὁμοχάρ-

μοις κ᾽ ταυτά. οὕτω μ᾽ γὰ, ὦ ἄριστοι ὅσοι οἱ ἀγωνισταὶ, εἴσιν ὀκτὼ, ἢ τέτταρες, ἢ δώδεκα. ὦ ὦ πεντεποὶ, πέντε, ἑπτὰ, ἐννέα, γράμμά τι πειττὸν ἐνὶ κλήρῳ ἐγγεγραφὲν, συμβάλλεται αὐτοῖς, ἀντίγραφον ἄλλο ὡς ἔχον. ὃς δ᾽ ἂν τοῦτο ἀναπάσῃ, ἐφεδρίνει, περιμένων ἕως ἂν ἐκεῖνοι ἀγωνίσωνται. οὐ γὰ ἔχει τὸ ἀντίγραμμα. καὶ ἔστι τοῦτο οὐ μικρὰ εὐτυχία τῷ ἀθλητῇ, τὸ μέλλειν ἀκμῶντα τοῖς κεκμηκόσι συμπεσεῖσθαι. Λυ. ἔχ᾽ ἄρρεμα. τούτου γὰ ἐδεόμην μάλιστα. οὐκοῦν ἐννέα ὄντες, ἀναπάξασιν ἅπαντες, καὶ ἔχουσι τοὺς κλήρους. περιὸν δή, βούλομαί γάρ σε Ἑλλανοδίκην αὐτὴ δικαίως ποιῆσαι, ἐπίσκοπον τὰ γράμματα. ἢ οὐ φρόντιζον οἴμαι μάθοις ἂν ὅστις ὁ ἔφεδρός ἐστιν, ὦ μὴ ἐπὶ πάντας ἔλθῃς, καὶ συζεύξῃς αὐτούς. Ερμο. πῶς ὦ Λυκῖνε τοῦτο φῄς; Λυ. ἀδύνατόν ἐστιν εὐθὺς εὑρεῖν τὸ γράμμα ἐκεῖνο τὸ δηλοῦν τὸν ἔφεδρον. ἢ τὸ μὲ γράμμα ἴσως ἂν εὕρεις, οὐ μὴν εἴσῃ γε εἰ ἐκεῖνός ἐστιν. ἃ γὰ παρείρηται ὅτι τὸ. κ. ἢ τὸ. μ. ἢ τὸ. ε. ἐστὶ τὸ χαρακτηρίζον

eadem ratione qui eaſdem literas ſortiuntur. Sic enim committũtur, ſi pari numero ſint athletæ, vt octo, vel quatuor, vel duodecim, ſi verò impares, quinque, ſeptem, nouem, ſuperuacua aliqua litera vni ſorti inſcripta, vnà cum aliis in vrnam mittitur, literam aliam ſibi reſpondentem non habens: quã qui traxerit, victori imminet, expectans dum illi certauerint: non enim oppoſitam literam habet. Nec parua eſt iſta fœlicitas athletæ, quòd viribus integer, cum defeſſis eſt certatur⁹. Lucian. Quieſce. Hoc enim potiſſimum egebam. Itaque cùm ſint nouem traxerũt omnes, habéntque ſortes. Tu verò circumeundo (nã te proſpectatore iudicem facere volo) literas inſpice. Non priùs cogniturum te puto quis ſit imminens victori futurus, quàm ad omnes veneris, eóſque copulaueris. Hermot. Quomodo hæc dicis, Luciane? Lucian. Non potes illico literam illam inuenire quæ victori imminentem indicat. Aut literam fortè inueneris, nec tamen ſcies ille ne ſit. Non enim ante dictum eſt, literã *carpa.* vel *my.* vel *iota.* eam eſſe quæ ephedrum deſignat. Sed quum in ἔφεδρον. ὦ ἐπιδὼ τῷ

α. ἐντύχῃς, ζητεῖς τὸ ἕτερον α. ἔχοντα, καὶ εὑρὼν, ἐκείνους μὲν ἤδη σωίζεις ἐντυχὼν δὲ αὖθις τῷ βήτᾳ, τὸ ἕτερον ζῆτα ὅπου ὄφι ζητεῖς, τὸ αὐτίπαλον τῷ εὑρεθέντι. καὶ ἐπὶ πάντων ὁμοίως ἄχρις ἂν ἐκεῖνός σοι περιλειφθῇ, ὁ τὸ μόναν χάμμα ἔχων τὸ ἀνταγώνιστον. Ερμο. τί δ' εἰ ἐκείνῳ πρῶτῳ, ἢ δευτέρῳ ἐντύχῃς, τί ποιήσεις; Λυ. οὐκ οἶδα ἀλλὰ σὺ ὁ Ελλανοδίκης, ἐθέλω εἰδέναι ὅ, τι καὶ φράξεις πότερον, αὐτίκα ἐρεῖς ὅτι οὗτός ὄστιν ὁ ἔφεδρος, ἢ δήπου ἐπὶ πάντας ἐν κύκλῳ ἐλθόντα ἰδεῖν, εἴ που αὐτῷ χάμμα ὅμοιόν ὄστιν, ὡς εἴ γε μὴ τὸν πάντων κλήσεις ἴσως μὴ ἂν μάθοις τὸν ἔφεδρον; Ερμο. καὶ μάλ' ὦ Λυκῖνε, ῥᾳδίως ἂν μάθοιμι ἐπὶ γοῦν τῶν ἑνέα, ἰῶ τὸ ε. ἔυρῳ πρῶτον, ἢ δεύτερον, οἶδα ὅτι ἔφεδρος ὁ τοῦτο ἔχων ἐσί. Λυ. πῶς ὦ Ερμότιμε; Ερμο. οὕτω. τὸ α. δύο αὐτῶν ἔχουσι. καὶ τὸ ς. ὁμοίως δύο. τῶν λοιπῶν δὲ τεσσάρων ὄντων, οἱ μὲν, τὸ γ. καὶ ἀπίλω) ἤδη ἐς τοὺς ἀθλητὰς

alpha. incideris, quæris aliũ qui *alpha*. habeat, quo inuẽto eos ad luctam copulas. Deinde quũ in *beta*. incidisti, quæris vbi sit *beta*. alterum, inuento oppositum. Et sic cum omnibus agis, donec, ille tibi relictus fuerit, qui solitariam aduersario carentem literam obtinet. *Hermot*. Quid? si in illum primum, vel secundum incideris, quid facies? *Lucian*. Nihil equidem: verùm tu iudex scire velim quid sis facturus. Vtrum dices hunc esse ephedrum, an verò in orbem eundo omnes erunt inspiciendi, num alicubi litera sit ipsi similis, vt nisi sortes omnium videris, ephedrum nosse non possis? *Hermot*. Atque Luciane facilè nouero saltem in nouem: si literã *Epsilon*. inuenero primam, aut secundam, scio ephedrum esse eum qui hãc habet. *Lucian*. Quomodo Hermotime. *Hermot*. Isto. Literam *alpha*. duo ex ipsis habent: literam etiam *beta*. duo similiter: ex reliquis autẽ quatuor, alij literã *gamma*. alij *delta*. omnino extra xerũt: & iam in athletas octo quatuor literæ assũptæ sunt.

οἱ δ', τὸ δ'. πάντως ἀνταναίρουσι, ὀκτὼ ὄντως τὰ τέσσαρα χάμ-

ματα. δῆλον οὖν ὅτι μόνον
αὖ οὕτω περιττὸν ἐν τῇ ἑξῆς
γράμμα τὸ. ε. καὶ ὁ τοῦτο
ἀνεσκαλμένως, ἔφεδρος ὄν. Λυ.
πότερον ὦ Ἑρμότιμε, ἐπαινέσω A
σε ἢ συμβέσεως, ἢ θέλεις αὐ-
τείπω τοῦτό γε μοι δοκοῦντα,
ὁποῖα αὖ ἦ. Ερμο. νὴ Δία,
διαπορῶ μέντοι ὅ, τι αὖ εὔ-
λογον αὐτειπεῖν ἔχοις πρὸς τὸ B
τοιοῦτον. Λυ. σὺ μὲν γὰρ ὡς
ἑξῆς πάντως γεγραμμένων
γραμμάτων, εἰρηκας, οἷον,
πρῶτον τὸ. α. δεύτερον δὲ C
τὸ. β. καὶ κατὰ τὰὐτὰ τάξιν
ἄχρις αὖ ἐς ἓν αὐτῶν τελευτή-
σῃ ὁ ἀριθμὸς τῶν ἀθλητῶν.
καὶ δίδωμί σοι ὀλυμπιάσιν
οὕτω γίγνεσθαι. τί δαί, εἰ
ἐξελόντες ἀτάκτως πέντε D
γράμματα, ὧν ἀπάντων τὸ.
χ. καὶ τὸ. σ. καὶ τὸ. ζ.
καὶ τὸ. κ. καὶ τὸ. θ. τὰ μὲν
ἄλλα τέτταρα, δίκαιόν
ἐστι τῶν κλήρων τῶν ὀκτὼ
γράφεσθαι. τὸ δὲ. ζ. μόνον
ἐπὶ τοῦ ἐνὸς τοῦ δὴ καὶ δι-
λῶν ἔμελλεν ἡμῖν ἔτι ἔφεδρον. E
τί ποιήσεις πρῶτον εὑρὼν τὸ.
ζ; τῷ, διαγνώσῃ ἔφεδρον
ὄντα ἔτι ἔχοντα αὐτὸ, ἵν᾽ μὴ
ἐπὶ πάντας ἐλθὼν εὕρῃς ἀδὲν
εἶχες ὥσπερ νῦν τῇ τάξει

Constat igitur solam deinceps superesse literam *epsilon*. eúmque ephedrum esse à quo extracta fuerit. *Lucian.* Vtrum te Hermotime, ob singularem ingenij industriam laudem: an vis, quæ mihi obijcienda videntur, opponam? *Hermot.* Volo per Iouem, namque animi pendeo, nescius quid probabile habeas his opponendum. *Luci.* Etenim tu, vt literæ ex ordine omnino pinguntur, dixisti, veluti primum *alpha*: secúdum *beta*. & pro suo ordine cætera, donec in ipsorum vnum desinat numerus athletarum. Sic in Olympijs fieri tibi concedo. Quid autem si electis nullo ordine quinque literis ex omnibus videlicet *chi*. & *sigma*. & *zeta*. *ro*. *cappa*. & *theta*. nam quatuor alias sortibus octo duplices inscribimus: solã autẽ *zeta*. nono, quæ nobis ephedrum erat indicatura. Quid facies quũ *zeta*. primã inueneris quomodo dignosces ephedrum esse eum qui ipsã habuerit, nisi omniũ perquisitione facta nihil consonum ipsi repereris? Non enim vti nunc ex eorum ordine conijcere posses.

αὐτῷ συμφωνοῦ; οὐ γὰρ
αὐτῶν τεκμαίρεσθαι.

Ερμο. δύσαπόκριτον τοῦτο ἐρωτᾷς. Λυ. ἰδοὺ δὴ καὶ ἑτέρως τὸ αὐτὸ σκόπησον. τί γὰρ εἰ μὴ γράμματα γράφοιμεν ἐπὶ τῶν κλήρων, ἀλλὰ πινακίδια, καὶ χαρακτῆρας, οἷα πολλὰ Αἰγύπτιοι γράφουσιν ἀντὶ γραμμάτων, κυνοκεφάλους τινὰς ὄντας, καὶ λεοντοκεφάλους ἀνθρώπους; ἢ ἐκεῖνα μὲν ἐάσομεν, ἑπόμενον ἀλλοκοτίᾳ δόξῃ; φέρε δὲ τὰ μονοειδῆ καὶ ἁπλᾶ ἐπιγράψωμεν, ὡς οἷόν τε ἐλάττοσιν ἀνθρώποις ἐπὶ δυοῖν κλήροιν, δύο ἵπποις ἐπὶ δυοῖν, καὶ ἀλεκτρυόνας δύο, καὶ κύνας δύο. τῷ δὲ ἐνάτῳ, λέων ἔστω τὸ ἐπίσημον. ἵν' τοίνυν τῷ λεοντοφόρῳ τούτῳ κλήρῳ ἐν ἀρχῇ ἐντύχῃς, πόθεν ἔξεις εἰπεῖν ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ τὸν ἔφεδρον ποιῶν, ἵν' μὴ περιθορύβησις ἅπαντας ὁπόταν, εἴ τις καὶ ἄλλος λέοντα ἔχει; Ερμο. ἀλλ' ἔχω σ', τί σοι ἀποκρίνωμαι ὦ Λυκῖνε. Λυ. εἰκότως. οὐδὲ γὰρ εὐπρόσωπον ἐστίν. ὥστε ἵν' ἐθέλωμεν ἢ τὸν ἔχοντα ἢ ἰσχὺν φιάλην εὑρεῖν, ἢ τὸν ἔφεδρον, ἢ τὸν ἀρίστην ἡνιοχήσοντα ἡμῖν, εἰς τὴν πόλιν ἐκείνην τὴν Κόρινθον, μεθ', καὶ ἑξετάσομεν ἄχρις ἐπὶ πᾶσαν ἀναγκαίως ἀφιξόμεθα, καὶ ἀποδύοντες,

Hermot. Hoc interrogas cui respondere difficile est. Luc. En id ipsum alia ratione cõsidera. Quid si non literas sortibus inscriberemus, sed signa, & characteres aliquos qualia multa literarum vice pingunt Ægyptij, caninis nimirum, aut leoninis capitibus homines? an verò missa faciemus illa, siquidem sunt aliena? Age verò vniformia & simplicia illa inscribamus, quantum fieri potest homines duabus in sortibus exprimendo, duos equos in duabus, & gallos duos, & canes duos. Nonæ verò leonis imago insculpta sit. Proinde si in leoniferam hanc sortem initio incideris: vnde dicere possis hanc esse quæ ephedrum constituit, nisi omnes scrutando circunspicias, numquis alius leonem habeat? Hermot. Nihil habeo Luciane, quod tibi respondeam. Lucian. Non iniuria. Nihil enim est speciosi. Quare si velimus inuenire vel eum qui sacrã phialam habet, vel ephedrum, aut ducem qui nos optimè in vrbem illam Corinthum ducat, ad omnes necessariò accedemus, summáque diligentia tentando, & exuendo,

& circun-

ἐξ περιδεωρῶντες. μόλις γὰρ
αὖ ἔτω τἀληθὲς ἐκμαθοιμεν.
ἢ εἰ τις μέλλει σύμβουλός
μοι ἀξιόπιστος ἔσεσθαι φιλοσοφίας
πέρι, ἰδοῦ τινα φιλοσοφητέον, A
ἕτος αὖ εἴη μόνος ὁ τὰ παρὰ
πάντων αὐτῷ λεγόμενα εἰδώς.
οἱ δ' ἄλλοι, ἀτελεῖς. καὶ ὃς αὖ
πιστεύσαιμι αὐτοῖς, ἔστ' ἂν καὶ
μικρὸν ἀπείρητοι ὦσι. τάχα γὰρ B
ἂν ἡ ἀρίστη ἐκείνη εἴη. οὐ γὰρ
δὴ εἴ τις παραστησάμενος καλὸν
ἄνθρωπον, λέγοι τοῦτον εἶναι
κάλλιστον ἀνθρώπων ἁπάντων,
πιστεύσαιμι αὐτῷ, ἰδὼν μὴ εἰ- C
δόσιμι ὅτι πάντας ἀνθρώπους
ἑώρακεν. ἴσως μὲν γὰρ καὶ ἕτος
καλός. εἰδὲ πάντων κάλλιστος,
ἂν αὖ ἔχοι εἰδέναι, μὴ ἰδὼν
ἅπαντας. ἡμεῖς δ', ἂν αὐτὸ
μόνον καλῶ, ἀλλὰ τοῦ καλλί- D
στου δεόμεθα. καὶ διὰ μὲν τοῦτο
ἔυρωμεν, οὐδὲν ἡμῖν πλέον πε-
ραιώσασθαι ἥξομεθα. οὐ γὰρ ἀγα-
πήσομεν ὁπόῳ δήποτε καλῷ
ἐντυχόντες, ἀλλ' ἐκεῖνο τὸ ἀ-
κρότατον ζητοῦμεν κάλλος, ὅσπερ E
ἀνάγκη ἓν εἶναι. Ερμο. ἀληθῆ.
Λυ. τί οὖν ἔχεις μοι πρὸς
ταῦτα εἰπεῖν, ἀπάσης ὁδοῦ πεπει-
ραμένου ἐν φιλοσοφίᾳ, καὶ ὃς
τά τε παρὰ Πυθαγόρου, καὶ
Πλάτωνος, καὶ Ἀριστοτέλους,

& circunſpiciendo explora-
bimus. Etenim vix ita veri-
tatem diſcemus. Quòd ſi-
quis fide dignus mihi futu-
rus eſt ſuper Philoſophia
conſiliarius, qui conſulat
quam perſequi debeam, hic
eſto vnicus, qui quæ ab il-
lis dicuntur, omnia norit:
reliqui autem nullius mo-
menti. Nec ipſis crediderim
dum etiam vnius erunt ne-
ſcij, quæ omnium fortè ſit
optima. Neque enim ſiquis
adducto homine formoſo,
diceret hunc eſſe omnium
hominum formoſiſſimum,
ipſi crederem, niſi eum om-
nes homines vidiſſe ſcirem.
Forſitan enim etiam hic eſt
formoſus: ſed ſcire non po-
teſt ſit-ne omniũ formoſiſſi-
mus, cùm omnes non vide-
rit. At nos non formoſo
duntaxat, ſed formoſiſſimo
opus habemus, quem niſi
inuenerimus nobis nihilo
plus actum putabimus. Nõ
enim contenti erimus in
qualemcumque tandem for-
moſum inciderimus: ſed
ſummam illam formæ ele-
gantiam, quæ neceſſariò eſt
vna, quærimus. *Hermot.*
Vera ſunt hæc. *Lucian.* Quid
igitur, mihi-ne habes ali-
quê dicendum, qui omnem
in philoſophia viam ſit
expertus, & à Pythagora
à Platone, ab Ariſtotele,

καὶ Χρυσίππου, καὶ Ἐπικούρου, καὶ τῶν ἄλλων λεγόμενα εἰδῶς, τελευτῶν, μίαν εἵλετο ἐξ ἁπασῶν ὁδὸν, ἀληθῆ τε δοκιμάσας, καὶ πίστα μαθών, ὡς μόνη ἄγει εὐθὺ τὴν εὐδαιμονίας; εἰ γάρ τινα τοιοῦτον εὕροιμεν, πανσόμεθα πράγματα ἔχοντες. Ερμο. οὐ ῥᾴδιον ὦ Λυκῖνε τοιοῦτον ἀνδρα εὑρεῖν. Λυ. τί δὴ οὖν πρᾴξομεν ὦ Ερμότιμε; ἢ ἀν ἀπορευτέον οἶμαι, ἐπὶ μηδενὸς ἡγεμόνος τοιούτου ἐς γε τοπαρὸν εὐπορήσοντες. ἆρα τόδε πάντων κράτιστόν ἐστι, καὶ ἀσφαλέστατον, αὐτὸ ἕκαστον ἀξιάμενον, διὰ πάσης περαιρέσεως χωρῆσαι, καὶ ἐπισκέψασθαι ἀκριβῶς τὰ ὑπὸ πάντων λεγόμενα; Ερμο. ἔοικεν ἀπό γε τούτων. πάλιν ἐκεῖνο μὴ ἐναντίον ᾖ, ὃ μικρῷ πρόσθεν ἔλεγες, ὡς οὐ ῥᾴδιον ἐπιδραμεῖν ἑαυτῷ, καὶ περάσαντα πᾶσι τοῖς ὁδοῖσι, πάλιν ἀφικέσθαι αὐθις; πῶς γὰρ οἷόν τε πάσας ἐπελθεῖν τὰς ὁδοὺς ἐν τῇ πρόσθεν ὡς φῂς καταχθονομούσῃ; Λυ. ἐγώ σοι φράσω. τὸ τῆ Θησέως ἐκεῖνο μιμησόμεθα. καί πλέκον παρὰ τῆς μαχίμης Ἀριάδνης λαβόντες, εἰσιμεν ἐς τὸν Λαβύρινθον ἕκαστον, ὡς

à Chryſippo, ab Epicuro, aliiſque dicta ſciat: denique qui vnam viam ex omnibus elegerit, quam veram comprobarit, & experientia didicerit ſolam eſſe quæ ad fœlicitatem rectà ducit. Nam ſi quempiam huiuſmodi reperiſſemus, difficultatibus hærere deſineremus. Herm. Fiuſmodi virum inuenire Luciane, non eſt facile. Luc. Quid faciemus igitur Hermotime? Non abijciendus eſt animus, quia nullus in præſētia nobis ſuppetit dux huiuſmodi. Nunquid hoc omnium eſt optimum & tutiſſimum, vt quiſque ab initio exorſus, ſectam omnem percurrat, & quæ ab omnibus dicuntur, accuratè inſpiciat? Herm. Id ex te faciendum videtur: niſi quod paulò ante dicebas, repugnet, videlicet eum qui ſe mari tradiderit, & velum expanderit, non facilè denuo recurrere. Nam quî poterit omnes peragrare vias, qui in prima, vt dicis, detinebitur? Lucian. Exponam illud tibi. Illud Theſei commentum imitabimur, filóq; ab illa Ariadne tragica accepto, in quemuis labyrinthum ingrediemur, vt

ἔχειν ἀφεφγμένως μηρυόμενοι αὐτὸ, ἐξεῦναι. Ερμο. τίς οὖν οὖν ἡμῖν Ἀριάδνη ἡγήσεται αὖ; ἢ πόθεν τὸ λίνον ἐμπερήσομεν; Λυ. θάρρει ὦ ἑταῖρε. δοκῶ γάρ μοι εὑρηκέναι. οὗτος ἕλκωμεν, ἐξελθεῖν αὖ. Ερμο. τί οὖν τοῦτο ἐστι; Λυ. οὐκ ἐμὸν ἐρῶ, ἀλλά τινος τῶν σοφῶν, τὸ νῆφε, καὶ μέμνησο ἀπιστεῖν. διὸ γὰρ μὴ ῥᾳδίως πιστεύωμεν ἀκούοντες, ἀλλὰ δικαιικῶς αὐτὸ ποιῶμεν, ἀποληψόμενοι καὶ τῆς ἐξῆς λόγον, ἴσως εὐμαρῶς αὖ τοῦ λαβυρίνθου ἐκφύγοιμεν. Ερμ. ἐῦ λέγεις. καὶ τοῦτο ποιῶμεν. Λυ. εἶεν. ἐπὶ τίνα δὴ αὐτῶν πρῶτον ἐλθεῖν αὖ; ἢ τοῦτο μὲν οὐδὲν διοίσει; ἀρξάμενοι δ' ἀφ' ὁτουοῦν, οἷον, ἀπὸ Πυθαγόρου, διὰ τοῦ χρόνου, πόσῳ ἂν χρόνῳ οἰόμεθα ἐκμαθεῖν τὰ Πυθαγόρου ἅπαντα; καί μοι δοκεῖ καὶ τὰ ἔτη ἐκεῖνα τὰ τῆς σιωπῆς. σοὶ δ' οὖν τοῖς πέντε, ἐκανὰ τεσσαράκοντα οἴεσθαι. εἰ δὲ μή, ἀλλὰ πάντως γε εἴκοσι. Ερμο. θαυμάσιος. εἶτα ἐξῆς τῷ Πλάτωνι δεκτέον δοκεῖ τὸ σιωπᾶν ἑτέρᾳ. ἔτι μὲν καὶ Ἀριστοτέλει ἂν ἐλάττω. Λυ. οὐ γάρ. Ερμο. Χρυσίππῳ δὲ

illud deducentes, nullo negocio egredi possimus. Hermot. Quænam igitur nobis Ariadne fuerit? aut vnde filum comparabimus? Lucian. Bono sis animo, amice. Mihi enim inuenisse videor, cuius ductum sequuti, egrediamur. Hermot. Quidnam igitur illud est? Lucian. Non meum dicam, sed sapientum cuiusdam, nempe, *Sobrius esto, & memento diffidere.* Etenim si non facilè auditis credamus, sed more judicum, alijs quoque loquendi copiam fecerimus, facilè forsitan ex labyrinthis effugiemus. Hermot. Rectè dicis. Hoc faciamus. Lucian. Esto. Sed quem ipsorum primum adibimus? an verò nihil interest? Si à quolibet inceperimus, veluti à Pythagora, si ita contingat, quantum temporis collocandum putamus in perdiscēdis Pythagoræ placitis? Excipe mihi illos silentij annos. Opinor autem cum illis quinque triginta satis fore: sin minus, omnino quidem viginti. Hermot. Ponamus ita esse, Deinceps verò totidem alij Platoni sunt concedendi: nec pauciores etiam Aristotelis. Lucian. Nō certè. Herm. Chrysippo autem

γε ὐκ ἔτι ἐρήσομαί σε πόσα. εἶδα γὰρ παρὰ σοῦ ἀκούσας, ὅτι τεσσαράκοντα μόγις ἱκανά. Λυ. οὕτως. Ερμο. εἶτα ἑξῆς Επικούρῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις. ὡς ὀλίγοι πολλὰ ταῦτα πήδημα, ἐκεῖθεν μάθοις ἄν, ἢν ἐπιβουλεύσῃς ὅσοι ὀγδοηκοντούτεῖς εἰσὶ Στωϊκοὶ, ἢ Επικούρειοι, ἢ Πλατωνικοὶ, ὁμολογοῦντις μὴ πάντα εἰδέναι τὰ τ ἑαυτῶν αἱρέσεως ἕκαστος, ὡς μηδὲν ἐνδεῖν σοφίαν ἐς τὰ μαθήματα. εἰ δ μὴ, ἀλλὰ Χρύσιππός γε, καὶ Αριστοτέλης, καὶ Πλάτων φαῖεν ἄν. καὶ περὶ τούτων, ὁ Σωκράτης ἐθὲν φαυλότερος ἀυτῶν. ὃς ἐκεκράγει πρὸς ἅπαντας, ὡς οὐχ ὅπως μὴ πάντα, ἀλλὰ μηδ' ὅλως εἰδέναι τί. ἢ τοῦτο μόνον, ὅτι ἐκ οἶδε. λογισώμεθα οὖν δὴ ἀρχῆς. εἴκοσι τῷ Πυθαγόρᾳ ἐπιθεμεν. εἶτα Πλάτωνι τοσαῦθ' ἕτερα. εἶτα ἑξῆς τοῖς ἄλλοις. πόσα δ' ἂν ταῦτα συντιθέντα, ἐν κεφαλαίῳ γένοιτ' ἄν, εἰ δέκα μύριας θείμεν τὰς αἱρέσεις ἐν φιλοσοφίᾳ; Ερμο. ἀπὸ διακόσια ἄ Λυκῖνε. Λυ. βούλει οὖν ἀφαιρῶμεν τὸ τέταρτον, ὡς πεντεκαίδεκα ἔτη ἱκανὰ εἶναι, ἢ τὸ ἥμισυ ὅλον;

quot ſint tribuendi, te noũ interrogabo amplius. Scio enim ex te audiſſe, quadraginta vix ſufficere poſſe. *Lucian.* Ita ſanè. Deinde Epicuro, & alijs. Quòd autem non nimis multos pono, inde perdiſces, ſi animaduertas quot ſint octogenarij Stoici, vel Epicurei, vel Platonici, quorum quiſque fatetur ſibi nondum eſſe cognita ſuæ ſectæ omnia placita, adeò vt nihil ipſis ad præcepta deſit. Sin minus, Chryſippũ ſaltẽ & Ariſtoteles & Plato confiteantur, & antè hos Socrates, nihilo deterior ipſis, qui magna voce apud omnes profeſſus eſt non ſe non omnia, ſed prorſus nihil ſcire, niſi hoc ſolum quòd nihil ſciret. Denuo igitur ab initio ſupputemus, Pythagoræ viginti poſuimus, deinde Platoni totidem alios, atque alijs deinceps. Quot igitur eſſent anni iſti in ſummam collecti, ſi decem tantùm ſectas in philoſophia numeraremus? *Hermot.* Plures quàm ducenti Luciane. *Lucian.* Vis igitur quartam partem auferamus: ita vt ſufficiant anni quindecim, vel denique dimidium? *Hermot.* Videris ipſe quid ſit

Ερμο. αὐτὸς ἂν εἰδείης ἄμεινον.

ἐγὼ γὰρ ὁρῶ τοῦτο, ὅτι ὀλίγοι ἂν καὶ ἕτω διὰ πασῶν ἥξουσιν, ἐπὶ τῆς ἐυδοὺς ἀρξάμενοι. Λυ. τί οὖν πάθοι τις ὦ Ἑρμότιμε, εἰ τοιοῦτόν ἐστι τὸ πρᾶγμα; ἢ ἀναβλητέον ἐστὶν ἐνταῦθα ἤδη ὁμολογηθέντα, ὡς ἂν μὴ τις ἕλοιτο ἐπὶ πολλῶν τὸ βέλτιστον, μὴ οὐχὶ πειραθεὶς ἁπάντων. ὡς τόν γε ἄνευ πείρας αἱρούμενον, μαντείᾳ μᾶλλον, ἢ κρίσει τἀληθὲς ἀναζητοῦντα, οὐχ οὕτως ἐλέγομεν; Ερμο. ναί. Λυ. πᾶσα τοίνυν ἀνάγκη ἐπὶ τοσοῦτον βιῶναι ἡμᾶς, εἰ μέλλοιμεν εὖ τι αἱρήσεσθαι, ἁπάντων πειραθέντες, καὶ ἐλόμενοι, φιλοσοφήσειν. καὶ φιλοσοφήσαντες, εὐδαιμονήσειν. πρὶν δ' οὕτω ποιῆσαι, ἐν σκότῳ φασὶν ὀρχεῖσθαι ἄν, οἷς ἂν τύχωμεν προσπαίοντες, καὶ ὅ, τι ἂν πρῶτον ἐς τὰς χεῖρας ἔλθῃ, τοῦτ' εἶναι τὸ ζητούμενον ὑπολαμβάνοντες, διὰ τὸ μὴ εἰδέναι τἀληθές. εἰ δ' ἡμεῖς εὑρήσομεν ἄλλως κατά τινα ἀγαθὴν τύχην πειπεσόντες αὐτῷ, οὐχ ἕξομεν βεβαίως εἰδέναι, εἰ ἐκεῖνό ἐστιν ὃ ζητοῦμεν. πολλὰ γὰρ ἔστιν ὅμοια αὐτοῖς, λέγοντα ἕκαστον αὐτὸ εἶναι τἀληθέστατον. Ερμο. ὦ Λυκῖνε,

sati⁹. Ego equidē hoc video, fore vt pauci sectas omnes percurrant, tametsi ab ipso ortu incipiāt. *Luc.* Quid igitur faciat aliquis Hermotime si ita se res habet? an subuertenda sunt ea quæ iā cōfessi sumus, neminem videlicet electurum vnquam id quod ex multis est præstantissimum, nisi facto priùs omnium periculo: ita vt qui citra experientiam delectum non habuerit, diuinatione potiùs aut iudicio Veritatem perquirat. Annon hoc dicebamus? *Hermot.* Ita sanè. *Lucian.* Proinde summopere est necessarium vt ætatē tantum temporis agamus, si & bene delecturi sumus, omnium facto periculo, factóq; delectu philosophiam amplexuri, & philosophiā callentes, beati futuri. Sed priusquam id feciſſemus, in tenebris (quod aiunt) saltarem⁹ impingentes in quæcunque incideremus: & quod primū veniret in manus, id quod quæritur, esse putaremus, propter veritatis ignorationem. Quòd si etiam alicubi bona quadam fortuna in illud delapsi inuenerimus, certò scire non poterimus, sitne id quod quærimus. Sūt enim multa ipsis similia, quæ singula affirmāt se illud Veriſſimū esse *Her.* Neſcio, Luciane,

οὐκ οἶδ' ὅπως εὔλογα μοι δοκεῖς μοι λέγειν. ἀτὰρ, εἰρήσεται γὰρ πάλιν ἐς, ὦ μετείως αὐτὸς μὲ διεξιὼν αὐτὰ, καὶ ἀκριβολογούμενος οὐδὲν δέον. ἴσως γὰρ καὶ ἔοικα οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ ἔξελήλυθέναι τήμερον ἐκ τῆ οἰκίας. καὶ ἔξελθὼν, ἐντετυχηκέναι σοι. ὃς μὲ πλησίον ἤδη τῆ ἐλπίδος ὄντα, εἰς ἀπορείας φέρων ἐμβέβληκας, ἀδύνατον ἀποφαίνων τῆ ἀληθείας τὴν ἔυρεσιν, ἐτῶν γε τοσούτων δεομένην. Λυ. ἀλλ' ὦ ἑταῖρε, πολὺ δικαιότερον μέμφοιο ἂν τῷ ποιητῇ σου Μενεκράτει, καὶ τῇ μητρὶ, ὅ τίς ποτ' ἐκάλεσέ το, οὐ γὰρ οἶδα, ἢ καὶ πολὺ πρότερον τῆ φύσει ἡμῶν, ὅτι σε μὴ χρὴ τὸν Τιθωνὸν πολυετῆ, καὶ μακρόβιον ἔθεσαν, ἀλλὰ πεπερασμένον μὴ πλείω βιῶναι τὸ μέγιστον ἐτῶν ἑκατὸν, ἀγήρατον ὄντα. ἐγὼ δὲ μὴ σὺ σκεπτόμενος, εὗρον τὸ ἐν τῷ λόγου ἄποβαθύ. Ερμο. οὔκ. ἀλλ' ὑβριστὴς ἀεὶ σὺ, καὶ οὐκ οἶδ' ὅ, τι παθὼν, μισεῖς φιλοσοφίαν, καὶ ἐς τοὺς φιλοσοφοῦντας ἀποσκώπτεις. Λυ. ὦ Ερμότιμε, εἴτις μὴ ἡ ἀλήθεια ἐστὶν, ὑμεῖς ἂν ἄμεινον εἴποιτε οἱ σοφοὶ, σύ τε, καὶ ὁ διδάσκαλος.

quàm probabilia mihi videaris dicere, verùm vt verum dicam, non mediocriter me discrucias ista disserendo, nimiúmque argutè disquirendo, cùm nihil opus sit. Fortassè etiam inauspicatò videor hodie domo pedem extulisse, cùm egressus in te inciderim, qui me spei iam proximum, in desperationem iniecisti, Veritatis inuentionem impossibilem esse ostendens, vt quæ tot annos requirat. *Lucian.* Proinde multò iustiùs cum patre tuo Menecrate, & matre tua, quodcunque tandem illi nomen fuerit (neq; enim teneo) expostulares: vel etiam potiùs cum natura nostra, quòd te non vt Tithonum annosum & longæuum fecerint: sed homini vitam centum annorum quàm lõgissimam præfiniuerint. Cæterùm ego tecum considerando reperi, quod è dissertatione nostra consequutum est. *Hermot.* Minimè: sed tu semper es contumeliosus, atque haud scio quid faciat vt Philosophiam oderis, & philosophiæ studiosos cauilléris. *Lucian.* Quæ sit Veritas, Hermotime, vos qui sapientes estis, tu videlicet, & tuus præceptor, melius dicerctis. Ego verò σοφοὶ, σύ τε, καὶ ὁ διδάσκαλος.

ἐγὼ ὦ, τόγε τοσοῦτον οἶδα, ὡς οὐ πάνυ ἡδεῖά ὄψιν ἀυτὴ τοῖς ἀκούουσιν, ἀλλὰ παρευδοκιμεῖται ὑπὸ τῶ ψεύδους παρὰ πολύ. εὐπροσωπότερον γὰρ ἐκεῖνο. καὶ διὰ τοῦτο, ἥδιον. ἡ δὲ, ἅτε μηδὲν κίβδηλον ἑαυτῆ συνειδυῖα, μετ' παῤῥησίας διαλέγεται τοῖς ἀνθρώποις, καὶ διὰ τοῦτο ἄχθομαι ἀυτῆ. ἰδοὺ γέ τοι καὶ σὺ νυνὶ ἄχθη μοι, τάλαντὸς ἀξιεύοντι περὶ τούτων μετὰ σοῦ, καὶ δηλώσωντι, οἷον ἐρῶμι ἐγώ τε, καὶ σὺ, ὡς οὐ πάνυ ῥᾳδίων. ὥσπερ εἰ αὐδεαίντος ἐρῶν ἐπύγχανες, καὶ ὦε τεύξεσθαι, ὑπολαμβανων ἄθρωπον εἶναι, ἐγὼ ὦ, καπηδὼν ὡς λίθος, ἢ χαλκὸς εἴη, ἐμιμύσα περός σε ὑπ' ἐυνοίας, ὅπ ἀδυνάτων ἐρᾷς, καὶ τότε δύσνοων ἐμὲ εἶναι ὦε αὐ σαυτῷ, διότι σε οὐκ εἴων ἀπατᾶδαι, ἀλλόκοτα, καὶ αὐέλπιστα ἐλπίζοντα. Ερμο. ἀκοὴν τοῦτο ὦ Λυκῖνε φὴς, ὡς ἐ φιλοσοφητέον ἡμῖν, ἀλλὰ χρὴ ἀργίαι παραδιδόντας ἀυτοὺς, ἰδιώτας καταβιῶναι. Λυ. καὶ πῦ τοῦτο ἤκουσας ἐμῦ λέγοντος; ἐγὼ οὐχ ὡς οὐ φιλοσοφητέον φημὶ, ἀλλ' ἐπὶ τῷ φιλοσοφητέον, ἀδοὶ τε πολλαί εἰσιν ἐπὶ φιλοσοφίαν

hoc tantum scio, ipsam audientibus non valdè esse iucundam, sed à mēdacio plerumque obscurari: quod quia speciosius, ideo & iucundius est. Sed hæc, vt pote nullius impuritatis sibi conscia, magna libertate apud homines loquitur, eóque nomine molesta est. En etiā tu sanè es mihi infensus, qui tecum hisce de rebus Veritatem comperi, & explicaui qualia sint ea quæ ego & tu amamus, quàm non sint inuentu facilia. Veluti si statuam amares, eáque te potiturum putares, hominem esse existimans. Ego verò qui lapidem, aut æs esse perspexissem, pro mea in te beneuolentia tibi significarem, te rerum quibus potiri nequeas, amore capi, & tunc me tibi infensum putares, quòd te absurda nec sperāda sperantem decipi non siuissem. *Hermot.* Hoc igitur Luciane dicis: nobis non esse dādam operam philosophiæ, sed desidiæ addictis priuatā vitam exigendam. *Lucian.* Et vbi me hæc dicentem audisti? Non enim dico nō esse philosophiæ incumbendū: sed siquidem philosophiæ est incūbendū, multæq; sunt viæ quarum quæque affirmant se ad philosophiam

ἕκάστη, ἢ ἀρετὴν ἄγειν φάσκουσι. ἢ δ' ἀληθὴς ἐν αὐταῖς, ἄδηλος, ἀκριβῆ ποιήσασθαι τὴν διαίρεσιν. ἀδιώατον δέ γε ἡμῖν ἐφαίνετο, πολλῶν προτιθέντων, ἐλέσθαι τὸ ἄριστον, εἰ μὴ ἐπὶ πάντα ἴοι τις περιώμοσ. εἶτά πως μακρὰ ἡ πεῖρα ὤρθη. σὺ δ', πῶς ἀξιοῖς; αὖθις γὰρ ἐρήσομαι, ὅτῳ προσόντι ἂν ἐντύχῃς, τούτῳ ἔφη, καὶ συμφιλοσοφήσεις; κἀκεῖνος ἕρμαιον ποιήσεται σε; Ερμο. καὶ τί σοι ἀποκρινοίμην ἂν ἔτι; ὃς οὔτε αὐτόν τινα κρίνειν οἴονται εἶναι φησὶν, ὦ μὴ φοίνικος ἔτη δισὼν, πάντας ἐν κύκλῳ περιὼν, καὶ περιώμοσ, οὔτε τοῖς προπεπειραμένοις πιστεύειν ἀξιοῖς, οὔτε τοῖς πολλοῖς ἐπαινοῦσι, καὶ μαρτυροῦσι. Λυ. τίνας φὴς τοὺς πολλοὺς εἰδέναι, καὶ πεπειραμένους ἁπάντων; εἰ γάρ τις τοιοῦτος ὤν, ἱκανὸς ἔμοιγε καὶ εἷς, καὶ οὐκ ἔτι πολλῶν δεήσει. ὦ οὗτος οὐκ εἰδέναι λέγεις, οὐδέν τι τοῦ πλήθους αὐτῷ προσάξεταί με πιστεύειν, ἄχρις ἂν ἢ μηδὲν, ἢ ἓν εἰδότες, περὶ ἁπάντων ἀποφαίνωνται. Ερμο. μόνος γὰρ σὺ ταληθὲς κατεῖδες, οἱ δ' ἄλλοι, ἀγόητοι ἅπαντες, ὅσοι φιλοσοφοῦσι Λυ. κατα-

& virtutem ducere, nec perſpicuum eſt quænam ex ipſis vera ſit, accuratè faciendum eſſe delectum. Nã mihi videbar propoſitis multis, quod eſſet optimum eligere non poſſe, niſi omnium fieret periculum. Deinde longum viſum eſt experimentum. Tu verò quid ſẽtis. Rurſus enim te interrogabo, quem primũ nãciſceris, eum ne ſequeris, & cum eo philoſophiæ operam dabis? is verò te lucrum inſperatum putabit. *Hermo.* ecquid tibi reſpondeam ampliùs? qui neminem iudicare poſſe aſſeris, niſi phœnicis annos viuat, omnes in orbem pelluſtrando, & tentando: neque ijs qui priùs experti ſunt, nec collaudantibus, nec teſtimonio probantibus credere æquum cenſes. *Lucian.* Quoſnam dicis multos illos qui facto cunctorũ periculo probè norunt? Siquis enim eſt iſtiuſmodi, ſufficiat mihi etiam vnus, nec multis opus fuerit. Porrò ſi imperitos proferas, non me illorum multitudo adducet vt credam, donec aut nihil, aut vnum ſcirè de omnibus oſtendant. *Hermo.* Proinde tu ſolꝰ Veritatẽ perſpexiſti: aut cęteri quotquot philoſophãtur inepti ſũt. *Lucian.* Fallò

ψεύδη μου ὦ Ἑρμότιμε, λέγων, ὡς ἐγὼ προτίθημί σε ἐμαυτῶν τῶν ἄλλων, καὶ πάπαι ὅλως οὐ τοῖς εἰδόσι. καὶ ὑπομιμνήσεις ὧν ἔφην, οὐκ αὐτὸς εἰδέναι τἀληθὲς ὑπὸ τῶν ἄλλων διατεινόμενος, ἀλλὰ μὴ πάντων αὐτὸ ἀγνοεῖν ὁμολογῶν.

Ερμο. Ἀλλ' ὦ Λυκῖνε, τὸ μὲν ἐπὶ πάντας ἐλθεῖν χρῆναι, καὶ πειραθῆναι, ὥς φασι, καὶ τὸ μὴ ἂν ἄλλως ἐλέσθαι τὸ βέλτιον, ἢ οὕτως, ξύλογον ἴσως. τὸ δὲ τὴν πεῖραν ἑκάστῳ τοσαύτην ἔτη ἀποδιδόναι, παγγέλοιον, ὥσπερ οὐχ οἷόν τε ὂν ἀπ' ὀλίγων, καταμαθεῖν τὰ πάντα. ἐμοὶ δὲ καὶ πάνυ ῥᾴδιον εἶναι δοκεῖ τὸ τοιοῦτον, καὶ οὐ πολλῆς διατριβῆς δεόμενον. φασί γέ τοι τῶν πλαστῶν τινα, Φειδίαν οἶμαι, ὄνυχα μόνον λέοντος ἰδόντα, ἀπ' ἐκείνου ἀναλογιζόμενος ἡλίκος ἂν ὁ πᾶς λέων γένοιτο, κατ' ἀξίαν τοῦ ὄνυχος ἀναπλασθείς. καὶ σύ γ', ἢν τις σοι χεῖρα μόνην ἀνθρώπου δείξῃ, τὸ ἄλλο σῶμα κατακαλύψας, εἴσῃ οἶμαι αὐτίκα ὅτι ἀνθρώπου ἐστὶ τὸ κεκαλυμμένον, κἂν μὴ τὸ πᾶν σῶμα ἴδῃς. καὶ τοίνυν τὰ μὲν κεφαλαιώδη, ὧν ἅπαντες λέγουσι, ῥᾴδιον καταμαθεῖν ἐν ὀλίγῳ μείζω ἡμέρας.

me accusas Hermotime, quòd me ipsum alijs anteponam, & in eruditorum ordine collocem. Nec eorum meministi quæ dicebam, quando altiùs quàm alij veritatem me nescire contendebam, sed eam cum omnib⁹ ignorare confitebar. Hermot. Atquì Luciane, ad omnes accedendum esse, quæq; dicunt tentanda, neque alio quàm hoc modo eligendũ id quod est melius, rationi forsan est consentaneum. Sed tot annos vnicuique experimento impendendos, planè ridiculum, quasi verò non possint è paucis cuncta perdiscì. Mihi quidem cum planè facilis res ista videtur esse, tum non multa disquisitione op⁹ habere. Dicunt vtique statuarium quendam, puto Phidiam, leonis vngue tantùm conspecto, ex eo æstimasse quantus foret leo totus, ad rationem vnguis formatus. Tu verò siquis solam hominis manum tibi cõmonstret, obuelato corpore reliquo scies ilico hominem esse, id quod obuelatum est, quanuis totum corpus nõ videas. Itaq; sũma capita eorum quę dicũt omnes, exigua dicipartícula facile est perdiscere.

τὸ δ' ὑπάρκειβες τοῦτο, καὶ μακρᾶς τὰ ζητάσιως δεόμενον, καὶ πάνυ ἀναγκαῖον εἰς τὴν αἵρεσιν τῆ βελτίονος, ἀφ' ἑνὸς κεῖναι καὶ ἀπ' ἐκείνων. λυ. παπαὶ ὦ Ερμότιμε. ὡς ἰσχυρὰ ταῦτ' εἴρηκας, ἀπὸ τῶν μερῶν ἀξιῶν τὰ ὅλα εἰδέναι. καίτοι ἐγὼ τὰ ἐναντία ἀκούσας, μέμνημαι, ὡς ὁ μὲν τὸ ὅλον εἰδὼς, εἰδείη ἂν καὶ τὸ μέρος. ὁ δὲ μόνον τὸ μέρος, οὐκέτι καὶ τὸ ὅλον. οὕτω καί μοι τόδε ἀπόκεινον, ὁ Φειδίας ἂν ποτε ἰδὼν ὄνυχα λέοντος, ἔγνω ἂν ὅτι λέοντος ἐστὶν, εἰ μὴ ἑωράκει ποτὲ λέοντα ὅλον; ἢ σὺ ἀνθρώπου χεῖρα ἰδὼν, ἔχοις ἂν εἰπεῖν, ὅτι ἀνθρώπου ἐστὶ, μὴ πρότερον εἰδὼς, μηδ' ἑωρακὼς ἄνθρωπον; τί σιγᾷς; ἢ βούλει ἐγὼ ἀποκείνωμαι ὑπὲρ σοῦ τὰ γε ἀναγκαῖα, ὅτι οὐκ ἂν εἴχες; ὥστε κινδυνεύει ὁ Φειδίας ἀπράκτως ἀπελυθέναι, μάτην ἀναπλάσας τὸν λέοντα. εὖδηλον γὰρ πρὸς τὸν Διόνυσον ὦ παῖ λέγων. ἢ πῶς ταῦτ' ἐκείνοις ὅμοια; τῷ μὲν γὰρ Φειδίᾳ, καὶ σοὶ, οὐδὲν ἄλλο τὰ γνωρίζειν τὰ μέρη ἄπτον ἢ τὸ εἰδέναι τὸ ὅλον, ἀνθρωπον λέγω καὶ λέοντα. ἐν φιλοσοφίᾳ δ', οἷον τῇ Στωϊκῶν, πᾶς ἀ-

Sed hæc nimium accurata & longa perquisitio, non est admodum necessaria ad melioris electionem: sed ab ijs quæ dixi iudicium sumere licet. *Lucian.* Papæ Hermotime, quã fortia hæc sunt quæ dixisti, quum vis totum ex partibus nosse. Quanquam contraria audire memini, eum scilicet qui totum norit, partem etiam nosse, sed qui partem duntaxat norit, totum non nosse. Hoc etiam mihi respondе, num Phidias conspecto leonis vngue, leoninum esse cognouisset, ni leonem integrum aliquando vidisset? Vel tu, conspecta hominis manu, hominis esse dicere posses, cùm antea neque nosses, neque vidisses hominem? Cur taces? Numquid vis vt pro te ad rem pertinentia respõdeam, quia non posses? Itaque periculum est ne Phidias infecta re abeat, leone frustra formato. Nihil enim ô puer, ad rem dicis. Vel quomodo hæc illis similia sunt? Neque enim Phidiæ, tibique alia cognoscendarum partium causa fuit, quàm prior toti⁹ cognitio: hominis dico & leonis. In Philosophia etiã vt in Stoica, quo pacto

ἀπὸ τῶ μέρους καὶ τὰ λοιπὰ ἰδοις; ἢ πῶς ἂν ἀποφαίνοιο ὡς καλάς; οὐ γὰρ οἶδα τὸ ὅλον, οὗ μέρη ἐκεῖνά ἐστιν. ὁ δὲ φής, ὅτι τὰ κεφάλαια ῥᾴδιον ἐκθέσθαι ἁπάσης φιλοσοφίας, ἐν ὀλίγῳ μορίῳ ἡμέρας, οἷον, ἀρχὰς αὐτῶν, καὶ τέλη, καὶ τί θεοὺς οἴονται εἶναι, τί ψυχὴν, καὶ τίνες μὲν σώματα πάντα φασὶ, τίνες δὲ καὶ ἀσώματα εἶναι ἀξιοῦσι. καὶ ὅτι οἱ μὲν, ἡδονὴν, οἱ δὲ, τὸ καλὸν, ἀγαθὸν, καὶ εὐδαιμονίαν τίθενται. ἢ τὰ τοιαῦτα. οὐ πω σὲ ἀκούσαντας, ἀποφήνασθαι ῥᾴδιον, ἢ ἔργον ἁδέν. εἰδέναι δὲ ὅσις ὁ παλαιὸν λέγων ἐστὶν, ὅσα μὴ οὐχὶ μορίου ἐστὶν ἡμέρας, ἀλλὰ πολλῶν ἡμερῶν δέονται. ἢ τί γὰρ ἐκεῖνοι πάντες, ὧν αὐτῶν τούτων ἑκατοντάδας, καὶ χιλιάδας βιβλίων ἕκαστοι συγγεγράφασιν, ὡς πείσαιεν οἱμαι ἀληθῆ εἶναι τὰ ὀλίγα ἐκεῖνα, ἢ ἃ ἅπαξ ἐδόκει ῥᾴδια, καὶ εὐμαθῆ. νῶν δὲ μάντεως οἱμαι δεήσει σοι καὶ τοῦδε τοῦ τὴν αἵρεσιν τῶν κρειττόνων, εἰ μὴ ἀφέξῃ διατείλῃ, ὡς ἀκριβῶς ἐλέγξῃ αὐτὸς, ἅπαντα, καὶ ὅλον ἕκαστον κατανοήσας.

ex parte reliqua cognosce? aut quo pacto demonstrabis esse honesta? Nonenim nouisti totum cuius illæ partes sunt. Verùm quod dicis facile esse philosophiæ totius summa capita audire exigua diei particula, nimirum quæ sint rerum principia, qui fines, quid de Dijs sentiant, quid de anima: quinam omnia esse corporea dicant, quinam incorporea censeant: quódque alij quidem voluptatem, alij verò honestum, summum bonum ac fœlicitatem esse statuant: atque id genus alia: hæc quidem sic audita fuisse, demonstrare facile est, nulliúsque negotij: sed scire quis vera dicat, vide ne non vnius diei particulam requirat, sed multis diebus indigeat. Aut cur illi de his ipsis rebus centenos, millenósque libros singuli conscripserunt, nisi vt persuaderent, opinor, vera esse pauca illa, & quæ intellectu facilia tibi videntur. Nunc autem vate, vt puto, indiges hîc ad meliorum electionem faciendam, nisi recipias disquisitionem illam, vt quum omnia, & vnumquemque totum exploraueris, accuratè deligas. Hæc enim sic fuerit compendiosa, nec ἐπίπονος γὰρ αὕτη γένοιτ' ἄν.

ἀκ ἔχουσα περιπλοκάς, οὐδ' ἀναβολάς, εἰ μεταστελάμενος
τὸ μάντιν, ἀκούσας τῶν κεφαλαίων ἁπάντων, σφαγιάζοιο
ἐφ' ἑκάστοις. ἀπαλλάξει γάρ σε ὁ θεὸς μυρίων πραγμάτων, δείξας ἐν τῷ τὸ ἱερεῖον ἥπατι ἁπάντων σοι αἰρετέον. εἰ δ' βούλει, καὶ ἄλλό τι ἀπραγμονέστερον ὑποθήσομαί σοι, ὡς μὴ ἱερεῖα καταθύσῃς ταυτὶ, μηδὲ θυσιάζῃ τῷ μὴδὲ ἱερέα πνὰ τῶν μεγαλομίσθων παρακαλεῖν. ἀλλ' ἐς κάλπην ἐμβαλὼν γραμματεῖα, ἔχοντα τῶν φιλοσόφων ἑκάστου τοὔνομα, κέλευε παῖδά τ' ἀνήβων ἀμφιδαλῆ πνα, προσελθόντα πρὸς τὴν κάλπην, ἀνελέσθαι ὅ, τι ἂν πρῶτον ὑπὸ τὴν χεῖρα ἔλθῃ τ' γραμματείων, καὶ τοιοῦτον μηδ' τ' λαχόντα ἐκεῖνον, ὅστις ἂν ᾖ, φιλοσοφεῖ. Ερμο. ταυτὶ μέν, ὦ Λυκῖνε εὐμοιροκακὰ, καὶ ἃ μηδ' σέ. σὺ δ' εἰπέ μοι, ἤδη ποτὲ οἶνον ἐωρίω αὐτός; Λυ. καὶ μάλα πολλάκις. Ερμο. ἆρ' οὖν περινεῖς ἅπαντας ἐν κύκλῳ τοὺς ἐν τῇ πόλει καπήλους, ἀποζυόμενος, καὶ παραβάλλων, καὶ ἀντεξετάζων τοὺς οἴνους; Λυ. οὐδαμῶς. Ερμο. χρὴ

ambages, nec moram habebit, si accersito vate, auditisque summis omnium capitibus, ad singula victimas immolaris. Nam te Deus infinitis negocijs liberabit, in sacro hepate quænam sint eligenda tibi demonstrans. Quòd si velis, aliud etiam minoris negocij compēdium tibi subijciam, quod sequutus neque victimas offeras, neque aliquem ex sacerdotibus magna mercede conducendis asciscas. Sed conjectis in vrnam literulis, quæ vniuscuiusque philosophi nomen habeant, iube impuberem puerum cui parens vterque sit, vt ad vrnam accedens eam literam extrahat quæ prima sub manum venerit, atq; in posterum illius qui tibi sorte obtigerit, quicunque sit, philosophiam sectare. Hermot. Scurrilia ista non tui sunt ingenij Luciane. Tu verò dic mihi, ipse-ne aliquando vinum emisti? Lucian. Et persæpe quidem. Herm. Ergo-ne omnes vrbis caupones in orbem obibas gustando, comparando, & expendendo vina? Lucian. Nequaquam Hermot. Oportet enim, opinor vt in quod bonum & dignum incideris,

A

B

C

D

E

ὦ εἶμαί σοι τῷ πρώτῳ

χρησῷ καὶ ἀξίῳ ἐντυχόντι ἀποφέρεσθαι. Λυ. νὴ Δία. Ερμο. καὶ ἀπό γε τοῦ ὀλίγου ἐκείνου γεύματος, εἶχες ἂν εἰπεῖν ὁποῖος ἅπας ὁ οἶνος ἔστι; Λυ. εἶχον γὰρ. Ερμο. εἰ δ' ἐλέγες παρελθὼν τοῖς καπήλοις, ἐπιδὴ κοτυλίσκου πρίασθαι βούλομαι, δότε μοι ὦ οὗτοι ἐκπιεῖν ὅλον ἕκαστος ὑμῶν τὸ πῶμα, ὡς διαπειρασόμενος ἐπεξελθών, μάθοιμι ὅστις ἀμείνω τὸν οἶνον ἔχει, καὶ ὅθεν μοι ὠνητέον. εἰ ταῦτ' ἔλεγες, ἆρ' ἂν οἴει καταγελάσεσθαί σου αὐτούς; εἰ δὲ μὴ ὀπισθόχοος, τάχ' ἂν ἢ παρέχαι τὸ ὕδατος; Λυ. οἶμαι ἔγωγε. καὶ δικαιά γ' ἂν πάθοιμι. Ερμο. κατὰ ταυτὰ δὴ καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ. τί δεῖ ἐκπιεῖν τὸν πῶμα, δυναμένους ἀπὸ ὀλίγου τοῦ γεύματος εἰδέναι ὁποῖόν τὸ πᾶν ἔστιν; Λυ. ὡς ὀλισθηρὸς ὦ Ερμότιμε, καὶ διαδιδράσκεις ἐκ τῶν χειρῶν. πλὴν, ἀνὴρ ὤνησάς γε. οἰόμενος γὰρ ἐκπεφευγέναι, εἰς τὸν αὐτὸν κίνδυνον ἐμπέπτωκας. Ερμο. πῶς τοῦτ' ἔστιν; Λυ. ὅτι ἀνδρομολούμενον πρᾶγμα λαβὼν, καὶ πάζεις αὐτῷ τὰ ἀνομοιότατα

ex eo aufetas. *Lucian.* Ita per Iouem. *Hermot.* At ex illa degustati vini portiuncula cognoscere potuisti cuiusmodi sit totum. *Lucian.* Potui certè. *Hermot.* Sed si caupones adiens diceres, Quoniam vini sestarium emere volo, heus vos date mihi singuli ebibendum integrum dolium, vt exhausto toto, quorum quis optimum habeat vinum, & vnde mihi sit emendum. Si inquam hæc diceres, annon putas ipsos te derisuros? imò si magis turbares, fortè aquam etiam affusuros? *Lucian.* Id certè existimo, & pro meritis excipere. *Hermot.* Eodem modo se res habent in philosophia. Quid opus est dolium exhaurire, cùm ex degustata portiuncula, quale sit totum, nosse possimus? *Lucian.* Vt lubricus es, Hermotime, & è manibus elaberis. Attamen parum promouisti. Nam cùm effugisse te putaris, in eandem sagenam incidisti. *Hermot.* Quorsum hoc dicis? *Lucian.* Quoniam rem per se planam, omnibúsque cognitam, scilicet vinum cum rebus dissimillimis comparas, & de quibus vt pote obscuris

γνώσιμον ἅπασι, τὸν οἶνον, εἰ μὴ περὶ ὧν ἀμφισβητοῦσι

ἅπαντες ἀφανῶν ὄντων. ὥστε ἔγωγε οὐκ ἔχω ἐπεῖν καθότι σοι ὅμοιος φιλοσοφία καὶ οἶνος εἶναι. ἆρα κἂν τοῦτο μόνον, ὅτι καὶ φιλόσοφοι ἀποδίδονται τὰ μαθήματα, ὥσπερ οἱ κάπηλοι, κεκραμένοι γε οἱ πολλοὶ καὶ δολοῦντες, καὶ κακομιξοῦντες. οὕτως ἂν σκοποῖμεν ὦ, τι καὶ λέγεις. ἦ οἶνόν φης τὸν ἐν τῷ πίθῳ ὅλον αὐτὸν αὑτῷ ὅμοιον εἶναι. καὶ μὰ Δί' οὐδὲν ἄτοπον. ἀλλὰ καὶ εἴ τις γεύσαιτο ἀφυσήσας ὀλίγον ὅσον αὐτῆς, εἰσεῖναι αὐτίκα ὁποῖός ἅπας ὁ πίθος ἐστίν. ἀκόλουθον καὶ τοῦτο, καὶ οὐδὲν ἂν ἔγωγέ τι αὐτείποιμι. ὅρα δὲ καὶ τὸ μετὰ τοῦτο, φιλοσοφία, καὶ οἱ φιλοσοφοῦντες, ἆρον, ὁ διδάσκαλος ὁ σὸς, ἆρα ταῦτα περὶ ὑμᾶς λέγει ὁσημέραι, καὶ περὶ αὐτῶν, ἢ ἄλλα ἀλλοτε; πολλὰ γάρ ἐστι. περίπλουν ὦ ἑτοῖμε. ἢ καὶ ἂν εἰκὸς ἦν παρέμενε αὐτῷ καὶ ἡ Ὀδυσσέα περιιοῦσῶν, καὶ περιπλανώμενος, εἰ τὰ αὐτὰ ἐλέγετο, ἀεὶ ἀπῆγεν ἂν σοι καὶ ἅπαξ ἀκούσαντι; Ερμο. πῶς γὰρ οὔ; Λυ. πῶς οὖν οἷόν τέ σοι ἦν, ἀπὸ τοῦ πρώτου γεύματος αὐτά γε, ἀεὶ ἕτερα

omnes ambigunt. Itaque non possum dicere qua in re similia tibi sunt vinum, & philosophia, nisi in hac solùm, quòd philosophi præcepta tradunt, sicuti caupones, commiscendo, adulterando, & malè metiendo. Ad hũc autem modum quod dicis consideremus. Vinum quod est in dolio totum sibi simile esse dicis. Neque id per Iouem est absurdum. Verùm etiam siquis haustã vel minimam particulam gustauerit, cogniturum illico quale sit dolium integrum. Hoc quoque est consentaneum, neque huic contradixero. At vide posthac, philosophia, & philosophi, veluti præceptor tuus, num hæc quotidie dicit vobis, & de ijsdem verba facit, an verò aliàs alia proponit? multa enim sunt, vt patet, amice. Annon verò etiamnum, vt par est, apud ipsum, instar Vlyssis circumeundo, & oberrando perduras, si eadem loquitur, vel tibi satis est aliquid semel inaudiuisse? *Hermot.* Quidni? *Lucian.* Quinam igitur potuisti ex primo gustu omnia cognoscere? Nõ enim eadẽ, sed noua sẽper alia nouis addebantur.

εἰδέναι τὰ πάντα; οὐ γὰρ τὰ αὐτὰ ἀεὶ ἐπὶ καινοῖς ἐλέγετο,

οὐχ ὥσπερ ὁ οἶνος ἀεὶ ὁ αὐτὸς ἰών, ὥστε ὦ ἑταῖρε, ἰὼν μὴ ὅλον ἐκπίῃς τὸ πῶμα, καὶ ἄλλως, μεθύων περιήεις, ἀτεχνῶς γὰρ ἐν τῷ πυθμένι δοκεῖ μοι ὁ θεὸς καταχρύψαι τὸ φιλοσοφίας ἀγαθὸν ὑπὸ τὴν βύζαν αὐτῶν, δέησει οὖν ὅλον ἐξαντλῆσαι ἐς τέλος. ἢ οὔ ποτ' ἂν εὕροις τὸ νεκτάρεον ἐκεῖνο πῶμα, οὗ πάλαι δίψῶν μοι δοκεῖς. σὺ δ' οἴει τὸ τοιοῦτον αὐτὸ εἶναι, ὡς εἰ μόνον γεύσαιο αὐτοῦ, καὶ παραυτίκα μικρὸν ὅσον, αὐτίκα παίσοφον ἥμισυμνον, ὥσπερ φασὶν ἐν Δελφοῖς τὴν μάντιν, ἐπειδὰν πίῃ τοῦ ἱεροῦ νάματος, ἔνθεον ἐνθουσιᾶν, καὶ χρᾶν τοῖς παρουσιν. ἀλλ' οὐχ οὕτως ἔχειν ἔοικε. σὺ γοῦν ὥσπερ ἤμισυ τοῦ πίθου ἐκπεπωκὼς, ἐπάρχεσθαι ἔτι ἔλεγες. ὅρα τοίνυν μὴ τῷδε μᾶλλον φιλοσοφία ἔοικεν. ὁ μὲν γὰρ πίθος, ἔτι μύστου σοι, καὶ ὁ κάπηλος, ἐνέσω δὲ μὴ οἶνος, ἀλλὰ παραπερμία τις πυροῦ ὑπὸ ἄνω. καὶ μετὰ τοῦτο, κύαμοι. εἶτα, κριθαί. καὶ ὑπὸ τούτοις, φακοί. εἶτα, ἐρέβινθοι, καὶ ἄλλα ποικίλα ἄνωθεν. εἰ δὴ σὺ ὠνήσασθαι ἐθέλων τῶν σπερμάτων, καὶ ὃς ἀφελὼν τὸ πυροῦ,

Nec vti vinum, semper idem erat, adeò vt nisi vas totum exhauseris, nequicquã inebriatus obambulaueris. Nã planè in fundo sub ipsa fæce mihi visus est Deus Philosophiæ summum bonum abstrusisse. Itaque totum ad extremum exhaurire oportebit: alioqui nectaream illam potionem quam iamdiu sitire mihi videris, nusquã inuenias. Porrò tu putas huiusmodi esse philosophiã, vt si solùm degustaueris, ac de ea tantillum traxeris, protinus euadas omnibus sapientiæ numeris absolutus. Veluti de illa diuinatrice Delphica perhibent, quę simulatque sacra fluenta degustarat, illico afflata numine, consulentibus oraculum responsa dabat. Atqui rẽ nõ ita se habere verisimile est. Itaque tu cùm iam dimidium dolij bibisses, incipere adhuc perhibebas. Ergo vide ne huic potiùs similis sit philosophia. Nam dolium adhuc & caupo tibi maneat, atque insit non vinum, sed omnifaria seminum mixtio: triticum desuper, possea fabæ, deinde hordeum, & sub his, lentes, mox cicera, præterea varia alia semina. Iam si semina emere velis, & institor accepto tritico

οὐκοῦν λῶ, ἀνέδωκέ σοι δεῖγμα ἐς τὴν χεῖρα, ὡς ἴδοις, ἆρα οἷόν ἐστιν ἐξ ὁμοίων εἰπεῖν εἰς ἐκεῖνο ἀποβλέπων, εἰ καὶ οἱ ἐρέβινθοι καθαροὶ, καὶ οἱ φακοὶ εὐτακτεῖς, καὶ οἱ κύαμοι ὑ διάκενοι; Εικο. οὐδαμῶς. Λυ. οὐ τοίνυν οὐδὲ φιλοσοφίαν ἀφ' ἑνὸς, ὃν φήσει τις τοῦ τοιούτου, μάθοι ἂν ἅπασαν ὁποία ἐστίν. οὐ γὰρ ἔν τι λῶ, ὥσπερ ὁ οἶνος, ὥσθ' σὺ αὐτὴν ἀπεικάζεις, ἀξιῶν ὁμοίαν εἶναι τῷ γεύματι. τὸ δ', ἐπερρύη τι ὥφθη, οὐ παρέρρυη τὸ ἡμιτάστεως δεόμενον. οἶνον μὲν γὰρ φαῦλον φρίαζ, ἐν δυοῖν ὀβολοῖν ὁ κίνδυνος. αὐτὸν δέ τινα ἐν τῷ συμφυτῷ παραπολεῖδαι, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν ἀρχῇ ἔφηδα, οὐ μικρὸν εἶναι κακόν. ἄλλως τε, ὁ μὲν, ὅλον ἀξιῶν ἐκπεῖν τὸν πίδον, ὡς κοτύλην φρίαττο, ζημιῶται αὐτὸν κάπηλον, οὕτως ἀπόδαινα γευόμενος. φιλοσοφία δ', οὐδὲν αὐτοιοῦτο πάσχει, ἀλλὰ κἂν ὅτι πάμπολλα πίῃς, οὐδὲν ἐλάττων ὁ πίδος γίγνεται, οὐδὲ ζημιοῦται ὁ κάπηλος. ἐπιρρεῖ γὰρ κατὰ τὴν παρουσίαν τὸ παραλαμβανόμενον ἐς τὸ ἔμπαλιν, μὴ γὰρ τὸ ἐκβαλλόμενον οὐ

tibi ſpecimen inſpiciendum in manum indiderit: poſſene illud intuitus dicere, an cicer mundum, an lentes maceratu faciles, & fabę non inanes inſint? *Hermo.* Nequaquam. *Lucian.* Proinde neque Philoſopiam ab vno quod primum quis dixerit, vniuerſam cuiuſmodi ſit cognoſces. Non enim vnum quid eſt, ſicuti vinum, cum quo eam comparas, ſpecimini ſimilem eſſe ratus. Sed hæc aliud quiddam eſt, quod diſquiſitione non perfunctoria opus habet. Nam malum vinum emere, iacturam affert duorum obolorũ: ſed in fæce diſperire non exiguum eſt malum. Alioqui qui totum vas epotare voluerit, vt ſeſtarium emat, damno cauponem afficiet, tam inſolenter deguſtando. Sed philoſophię nihil tale accidit: verùm etſi quamplurimum biberis, vas tamen non imminuitur, neque cauponi damnum infertur. Nam iuxta prouerbium labor exhauſtus affluit, & contra quàm Danaidum dolio euenit. Illud enim non continet, quod infunditur, ſed protinus perfluit,

ἢ ὁ τῶν Δαναΐδων πίδος. ἐκεῖνος γὰρ οὐκ ἐμπίπλησιν, ἀλλὰ διέρρει εὐθύς.

hinc

ἀντεῦθεν ἦ, ἵνα ἀφέλῃς τι, πλεῖον τὸ λοιπὸν γίγνεται. ἐθέλω δέ σοι καὶ ἄλλο ὅμοιον εἰπεῖν φιλοσοφίας πρὶ γεύματος. ἢ μή με νομίσῃς βλασφημεῖν περὶ αὐτῆς, ἵνα εἴπω ὅτι A φαρμάκῳ ὀλεθρίῳ ἔοικεν, οἷον κωνείῳ, ἢ ἀκονίτῳ, ἢ ἄλλῳ τοιούτῳ. οὐδὲ γὰρ ταῦτα, ἐπίσαν θανατηφόρα ὄντα ἀποκτείνοι ἄν, εἴ τις ὀλίγον ὅσον B ἀκριβείαιον ἀπόξυσας αὐτῶν, ἄκρῳ τῷ ὄνυχι ἀπογεύσαιτο. ἀλλὰ ἵνα μὴ τοσοῦτον ὅσον λέγω, καὶ ὅπως, καὶ ξὺν οἷς, ἵν' αὖ ἀποθανοῖο παρασυγχώρησος. σὺ δὲ πρὶ ἑξήκοντα τὰ χάλιστον ἀρκεῖν, ὡς ἀποτελέσαι τὴν τοῦ ὅλου γνῶσιν. Ερμο. ἔστω ταῦτα ὡς βούλει Λυκῖνε. τί οὖν ἕκαστον ἔτη χρὴ βιῶναι, καὶ τοσαῦθ' ὑπομεῖναι πράγματα; ἢ καὶ αὖ ἄλλως φιλοσοφήσαιμεν; Λυ. οὐ γὰρ ὦ Ερμότιμε. ἀλλὰ δεινὸν οὐδὲν, εἰπὲ ἀλη- E θῆ ἔλεγες ἐν ἀρχῇ, ὡς ὁ μὲν βίος, βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη, μακρά. ἐγὼ δὲ οἶδ' ὅ, τι παθὼν ἀγανακτῶ, εἰ μὴ ἀνθημερὸν ἡμῖν πρὶν δῦναι ἥλιον, Κρύσιππος, ἢ Πλάτων, ἢ Πυθαγόρας γένοιτο, συνέλαβόντες ἐς σοφίαν, ἣν ὑπὲρ

hinc verò siquid absturleris, plura tamen reliqueris. Cæterùm aliud quiddam simile de Philosophiæ gustu tibi volo dicere: ac ne putes me in eius infamiam loqui si dixero similem esse exitiali pharmaco, veluti cicutæ, vel aconito, vel id genus alij. Neque enim ista quanquam sunt lethalia, mortem inferant, siquis tantillum ex ij abrasum summo vngue degustauerit. Sed nisi quantum quomodo, & cum quibus oportet sūpseris, mori possis. Tu verò vel minimum, ad perficiendam totius cognitionem sufficere voleba- Hermot. Ista, Luciane, sint prout vis. Quorsum igitur centum annos viuere, & tot negocia sustinere oportet, annon aliter philosopha- D possemus? Lucian. Nequaquam, Hermotime. Neque id graue est: si verum est quod initio dicebas, vitam esse breuem, artem verò longam. At nescio quî nunc fiat vt stomacheris, si non hodie antequam sol occidat Chrisippus, aut Plato, aut Pythagoras euadas. Hermot. Tu me obsides Luciane, & augustum adigis, nihil me mali passus: præ inuid-

Ερμο. περιέρχῃ με ὦ Λυκῖνε, ἐμοῦ δεινὸν πάθοντος. τοῦτο φθο-

δηλαδὴ, ὅπ ἐγὼ μὲν, προὔκοπτον ἐν τοῖς μαθήμασι, σὺ δ' ὑπερώρασας ἑαυτὸ, τηλικοῦτος ὤν. Λυ. οἶδ' ἂν ὃ λέγοις; ἐμοὶ μὲν, ὥσπερ κορυβαντιῶντι, μὴ προσέχε τὸν νοῦν, ἀλλ' ἔα λῆρεῖν. σὺ δ' ὡς ἔχεις, προχώρει ἐς τὸ πρόσθεν τὸ ὁδὸν, καὶ πέραινε κατὰ τὰ ἀρχὰς σοι διεδογμάτισε περὶ τούτων. Ερμο. ἀλλ' ὦ ἐᾷς σὺ βίαιος ὢν αἱρεῖσθαί τι, ἵνα μὴ πειρασθῶ ἀπαιτῶν. Λυ. καὶ μὲν εὖ εἰδέναι χρὴ, ὡς ὦ ἄν ποτε ἄλλο ἐπιμι. βίαιον δὲ λέγων ἐμὲ, αἰτίαν ἔσχες μοι κατ' ὀλίγον ποιοῦντι αἰτιᾶσθαι αὐτὸν, ἐς ἂν μὴ ἕτερός σοι λόγος συμμαχήσας, ἀφέληται τὴν βίαν, πολὺ ἀγριώτερον. ἰδοὺ γάρτοι καὶ τάδε πολλῷ βιαιότερα φαίη ἄν σοι ὁ λόγος. σὺ δ' ἐκεῖνον παρεὶς, ἐμὲ ἔσως αἰτιᾷ. Ερμο. τὰ ποῖα; θαυμάζω γὰρ εἴ τι ἄῤῥητον καταλέλειπται αὐτῷ. Λυ. οὐχ ἱκανὸν εἶναι φησι τὸ πάντα ἰδεῖν, καὶ διεξελθεῖν δι' αὐτῶν, ὡς ἔχειν ἤδη ἐλέσθαι τὸ βέλτιστον, ἀλλ' ἔτι τὸ μείζονι ἐνδεῖν. Ερμο. τίνος τούτου; Λυ. κριτικῆς τινος ὦ θαυμάσιε, καὶ ἀκριβοῦς, καὶ ὀξείας,

nimirum, quoniam ego non nihil in præceptis profeci, tuque te ipsum, ætate tam grandis, negligis. *Lucian.* Scis igitur quid facias? Mihi quidem tanquam insanienti mentem ne aduertas, sed delirare sinas: tu verò, vt iam te habes, in via progredere, & quæ ab initio de his decreuisti perage. *Hermot.* At tu in me es adeò violentus, vt nihil eligere sinas, nisi cuncta tentarim. *Lucian.* Atqui me nunquam aliud dicturum, probè scias oportet. Quúmque violentum me appellas, videris mihi insontem, iuxta Poëtam, incusare, nisi dum altera pro te faciens oratio, quod iam illatum est, auferat à violentia. En tibi etiam violentiora multò proponeret oratio. Sed illa fortè omissa me incusabis. *Hermot.* Qualianam? miror enim si aliquid indictum reliquerit. *Lucian.* Dicit non sufficere omnia vidisse, eáque percurrisse, vt quod est optimum eligere possis: sed re maxima adhuc opus esse. *Hermot.* Quanam illa? *Lucian.* Iudicij quodam acumine, ô admirãde, & examinandi arte, & mẽte solerti, &

παρασκευῆς, καὶ ἐξ ὀξείας,

καὶ διανοίας ἀκριβοῦς, καὶ ἀδιαφόρου, οἵαν χρὴ εἶναι τὸν περὶ τηλικούτων διαιτήσοντα. ἢ μάτην ἂν ἅπαντα ἑωραμένα εἴη. ἀποδοτέον οὖν φησι καὶ τῷ τοιούτῳ χρόνον τε ὀλίγον, καὶ σκοπούμενον ἅπαντα, εἰς μέσον αἱρεῖσθαι διαμέλλοντα, καὶ βεβαιούμενον, πολλάκις σκοποποιοῦντα, μήτε ἡλικίαν τοῦ λέγοντος ἐκάστου, μήτε σχῆμα, ἢ δόξαν ἐπὶ σοφίᾳ αἰδέσιμον, ἀλλὰ κρίνοντα τοὺς Ἀρεοπαγίτας αὐτὸ ποιοῦντα. οἱ δὲ νυκτὶ καὶ σκότῳ διακρίνουσι, ὡς μὴ ἐς τοὺς λέγοντας, ἀλλ' ἐς τὰ λεγόμενα ἀποβλέποντες. καὶ τότ' ἤδη ἔξεστί σοι βεβαίως ἐλομένῳ φιλοσοφεῖν.

Ερμο. μὴ φθόνει βίον φῆς. ἐν γὰρ τούτων, οὐδενὸς ἀνθρώπων βίος ἱκανὸς ἔσται ἂν ὡς ἐπὶ πλείστων ἐλθεῖν, καὶ ἱκανῶν ἀκριβῶς ἐπιδεῖν. καὶ ἐπιδόντα, κεῖναι. καὶ κείνασι, ἐλέσθαι. καὶ ἑλόμενον, φιλοσοφῆσαι. μόνως καὶ δή ἔστιν εὐρεθῆναι φῆς τἀληθές, ἄλλως δ' οὔ. Λυπεῖ γάρ σοι εἰπεῖν ὦ Ερμότιμε, ὅτι οὐδὲ τοῦτό πω ἱκανόν, ἔτι μοι δοκοῦμεν ἐλαθέναι ἡμᾶς αὐτούς, οἰόμενοι μή τι εὑρηκέναι βέβαιον. εὑρόντες δ' οὐδὲν, ὥσπερ οἱ ἁλιεῖς

acri atque incorrupto ingenio, quale illud esse debet quod de rebus tantis est iudicaturum: aut nequicquam omnia visa fuerint. Ac tali non exiguum tempus tribuendum affirmat: omnibúsque in medio positis eligendum eum qui differt, & cunctatur, sæpe contemplando, quíq; non cuiuscumque dicentis ætatem, non habitum, non sapientiæ opinionem reuerenter habet, sed Areopagitarum more facit: qui noctu & in tenebris iudicant, ne dicentes, sed quæ dicuntur, respiciant. Et tunc licebit tibi philosophari quum certò elegeris. *Hermot.* Post vitam dicis. Ex his enim sequitur nullius hominis vitam satis longam esse posse, vt omnia perlustret, & accuratè singula perspiciat, perspecta que iudicet, iudicata eligat delectúque habito philosophetur. Hac enim sola ratione, non alia verum inueniri posse asseris. *Luci.* Piget me tibi dicere Hermotime, neq; hoc sufficere verùm adhuc videmur nos met ipsos fallere, quum quippiam inuenisse putamur attamen nihil inuenimus quemadmodum piscatores

qui hæc omnia sustinuerit, qui cum morbo tam graui luctatus sit, qui malum malorum omnium expugnatu difficillimum vicerit, huic vt iterum abdicet, permittetis, vtque leges in benemeritum interpretetur suo arbitratu, concedetis, atque eum cum ipsa natura bellum gerere sinetis? Ego naturæ obsequens, Iudices, mihi ipsi patrem, licèt in me fuerit iniurius, seruo & custodio. Quòd si filium benemeritum, leges, vt ait, secutus, perdit, & à familia alienat: hic nimirum erit liberorum osor, ego pius in patrem. Ego naturam amplector: ille naturæ documenta temnit, & iura violat. O patrem iniustè odio prosequentem! O filium iniustiùs amantem! Nam mihi ipsi vitio verto, patre compellente, quòd exosus ego, cùm non debeam, amo, & plus quàm par est amo. Atqui natura comparatum est, vt patres liberos ament magis, quàm liberi parentes. Verùm hic studio tum leges contemnit, quæ filios nihil cõmeritos familiæ seruant: tum naturã, quæ parentes ad

πόθον ἢ μεγίονι μᾶλλον πολὺν, οὐχ ὅπως μείζους ἀρχὰς εὐνοίας ἔχων πρὸς ἐμὲ, μείζονα τὰ δίκαιά μοι τῆς εὐνοίας ἐπιφέρει, καὶ ὅπερ δίδωσιν. ἢ τόγε ἔλαττον, ἐμὲ μιμεῖται, καὶ ζηλοῖ τὸ φίλτρον; ἀλλ' οἶμαι σὺ συμφορᾶς. πρὸς δὲ καὶ μισεῖ φιλοῦντα, καὶ ἀγαπῶντα ἐλαύνει, καὶ εὐεργετοῦντα ἀδικεῖ, καὶ ἀσπαζόμενον ἀποκηρύπτει, καὶ τὸν φιλόπαιδας νόμους, ὡς μισόπαιδας κατ' ἐμοῦ μετατρέπεται. ὦ μάχης, ἵνα ἐσόμεις πάτηρ τοῖς νόμοις καὶ ἡ φύσεως. ἀλλ' ἔστι ταῦτα ἀλλ' ἔστιν ὡς δίκαιος. καλῶς ἐρμήνευσας ὦ πάτερ, καλῶς κεκρίκατε τοὺς νόμους. ἀ πολεμεῖ φύσις καὶ νόμος ἐν τῇ εὐνοίαις. ἀκολουθοῦσιν ἀλλήλοις ἐνταῦθα, καὶ συναγωνίζονται τῇ λύσει τῶν ἀδικημάτων. ὑβρίζεις δ' εὐεργέτην. ἀδικεῖς γὰρ φύσιν. τί καὶ τοὺς νόμους συναδικεῖς τῇ φύσει; οὓς καλοὺς, καὶ δικαίους, καὶ φιλόπαιδας εἶναι δίλοντας, οὐ συγχωρεῖς, καθ' ἑνὸς παιδὸς ὡς πρὸς πολλῶν κινῶν πολλάκις, καὶ ἡσυχάζειν ἐᾷ ἐὸν ἐν ταῖς τιμωρίαις τὸν ἐν ταῖς τῶν παίδων πρὸς τοὺς πατέρας εὐνοίαις

vehemens naturæ desiderium trahit. Non solũ enim cùm maiora beneuolentiæ erga me habeat principia, maiorem, vti debebat, beneuolentiam nõ affert & addit; aut quod minus est, me saltem imitatur, meúmque amorem æmulatur. Sed ô calamitatem! quin insuper odit amantem, amantem expellit, benemeritum lædit, complectentem abdicat, legésque liberis fauentes, ceu liberis infensas, in me torquere conatur. O bellum, quod contra naturam legibus moues pater. Non sunt ista, non sunt, inquam, vt tu vis. Leges bene cõditas malè interpretaris pater. Non pugnat natura cum lege, in his quæ ad beneuolentiam pertinent. Hîc inter se consentiunt, sibíque inuicem auxiliantur ad delendas iniurias. Contumelia benemeritum afficis, naturã offendis. Cur legibus quoque simul cum natura facis iniuriam? Quæ cùm honestæ, iustæ, & liberorum amantes esse cupiant, esse non pateris, quum eas aduersus vnum filium, tãquã aduersus multos moues: nec quiescere finis in supplicijs, quæ velint in beneuolentia liberorum erga parentes conquiescere: quanuis ἡσυχάζειν ἐθέλοντας. καίτοιγε

ἐπὶ τοῖς μηδὲν ἁμαρτηκόσι, μὴ
δὲ κειμήλιους. καὶ μὴν οἵγε νόμοι
καὶ ἀχαριστίας δικάζεσθαι
δίδοασι καὶ τὴν τοῦ εὐ-
εργέτας μὴ ἀντευποιοῦντων. A
ὁ δὲ τοσοῦτο τοῦ μὴ ἀμείβεσθαι, ὡς
ἐπ' αὐτοῖς οἷς εὖ πέπονθε κο-
λάζειν ἀξιοῖν, σκέψασθε εἴ πινα
ὑπερβολὴν ἀδικίας ἀπολείπει-
πον. ὡς μὲ οὖν οὔτε ἀποκη-
ρύττειν ἔτι τούτῳ ἔξεστιν, ἅπαξ B
ἤδη τὴν πατρικὴν ἐξουσίαν
ἀποκληρώσαντι, καὶ χρησαμένῳ
τοῖς νόμοις, οὔτε ἄλλως δί-
καιον εὐεργέτην ἐκ τῶν πολι-
τῶν γεγονότα ἀποδιδόναι, C
καὶ τὴν οἰκίαν, παρεστῶσαν,
ἱκανῶς οἶμαι διδάσκειν. νῦν
δὴ καὶ ἐπ' αὐτὴν τὴν αἰτίαν
ἐλθωμεν τῆς ἀποκηρύξεως, καὶ
τὸ ἔγκλημα ἐξετάσωμεν ὁποῖόν
ἐστιν. ἀνάγκη δὲ αὖθις ἐπὶ D
τὸν νομοθέτην ἀναδραμεῖν τῶν
νομοθέτου. ἵνα γάρ σοι τοῦτο
παρὰ ὀλίγον δῶμεν, τὸ ἐξεῖναι
ὁσάκις ἂν ἐθέλῃς ἀποκηρύτ-
τειν, καὶ κατὰ τὸ εὐεργέτην E
μηδενὶ τὴν ἐξουσίαν ταύτην
συγχωρήσωμεν, οὐχ ἁπλῶς
οὕτως, οὐδὲ ἐπὶ πάσαις αἰτίαις
ἀποκηρύξεις, οὐδὲ τοῦθ' ὁ νο-
μοθέτης φησίν, ἐάν τύχῃ ὁ
κατὰ τῆς αἰτησαμένου, ἀποκηρυττέτω. καὶ ἀπόχρη δηλαδὴ μόνον,

non latæ sint in eos qui nihil peccarint. At sanè leges ingratitudinis actionem concedunt in eos, qui benemeritis non retulerint gratiam. At eum qui uon modò gratiam non refert, sed pro beneficijs acceptis pœnam inferre vult, considerate num quicquam facere possit iniquius. Itaque non licere huic denuò abdicare, qui paternam potestatem semel expleuerit, ac lege sit vsus: præterea non esse æquum, eum qui tanta contulerit beneficia expellere, & familia exigere, satis opinor demonstratum. Nunc autem ad ipsam abdicationis causam veniamus, & crimen cuiusmodi sit, expendamus. At rursus ad legislatoris mẽtem recurramus, necesse est. Etenim vt istud tibi demus ad breue tempus, licere quotiescunque velis abdicare, vtque præterea potestatem istam tibi largiamur aduersus benemeritũ: haud tamen simpliciter, opinor, neque quibuslibet de causis abdicabis. Neque hoc dicit legis conditor. Quicquid vtcunque criminatus fuerit pater, abdicato: & satis esse voluisse tantùm, &

καὶ μεμάθαται. τί γὰρ ἂν ἔδει δικαστηρίου; ἀλλ' ὑμᾶς ποιεῖ τοῦτο ὦ ἄνδρες δικασταὶ σκοπεῖν, εἴτ' ὀπὶ μεγάλοις καὶ δικαίοις ὁ πατὴρ ὀργίζεται, εἴτε καὶ μή. οὐκοῦν τοῦτο πρῶτον ἐξετάσατε. ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τῆς μανίας ἐνδύς. τὰ μὲν δὴ παρόντα τῆς σωφρονίσεως τοῦ πατρὸς, λύσις ἐστὶν τῆς ἀποκηρύξεως, καὶ σωτηρ καὶ εὐεργέτης, καὶ πάντα ἐστὶν ἐγώ. καὶ οὐδὲν οἶμαι τούτοις ἔγκλημα παρεσεῖναι ἐδυνάτο. τὰ μὲν ταῦτα ἦν, τί τῶν πάντων αἴτια; τίνα ὄψιμαίαν; τίνα ἐπιμέλειαν ὑὸς παρῆκα; ποτὲ ἀποκοίτους ἐνόμισεν; τίνας πότους ἀναίρησ, τίνας κώμους ἐγκλείς; τίς ἀσωτεία; τίς πορνοβοσκὸς ὕβρεισεν; τίς ἥρπασεν; οὐδὲ εἷς. καὶ μὴν ταῦτ' ἔστιν, ἐφ' οἷς μάλισα ὁ νόμος ἀποκηρύττειν ἐρίπσιν. ἀλλὰ νοσεῖν ἤρξατο ἡ μήτηρ; τί ἦν ἐμοὶ τοῦτ' ἐγκλείς. καὶ νόσος δίκην ἀπαιτεῖς; ἃ φησιν. ἀλλὰ τί; ὅτι ὄψιμαίαν παρεσκεύασεν ὁ νόμος, ἃ θέλεις καὶ διὰ τοῦτ' ἂν ἄξιος εἴης ἀποκηρύξεως, ἀπιθῶν τῷ πατρί. ἐγὼ δ' τὸ μὲν οἷα παρεσκεύασεν ἀμφω, ἀκούειν οὐ δυνάμενος, ἀπιθεῖν δοκῶ, παρὸς ὀλίγον ἐσόμενος.

quæstum esse. Nam si id esset, quid opus erat foro? Verùm vos istud expendere iubet, judices, num gravibus, ac iustis de causis iracatur pater, nec ne. Hoc igitur iam considerate. Exordiar autem ab ijs quæ protinus insaniam huius sunt secuta. Primùm omnium quod fecit sanæ menti redditus, abdicationem rescidit: ego seruator, beneficus, breuiter omnia eram. In his, ni fallor, nihil criminis esse poterat. Deinde quid est omnium quod accusat? Quod obsequium? quam curam filio dignam prætermisi? quando foris cubui? quas intempestiuas potationes, quas comessationes obijcis? quæ propinatio? quis leno pulsatus est? quis accusauit? Nemo profectò. Atqui hæc sunt ob quæ præcipuè lex permittit abdicare. At cœpit ægrotare nouerca. Quid istud mihi vertis crimini? & morbi pœnam à me reposcis? Non reposco, inquit. Sed quid? Quod eam curare iussus, recusas, ob hoc dignus fueris qui abdiceris, quippe immorigerus patri. Ast ego cuiusmodi sint ista quę iubet, in quibus cùm obsequi nequeam, videar immorigerus, paulisper differā.

πρότερον δ' ἁπλῶς ἐκεῖνό φημι, ὃς οὐ πάντα προστάξειν οὔτε τοῦτῳ δώσων ὁ νόμος, οὔτ' ἐμοὶ τὸ πείθεσθαι πᾶσι πάντως αἰσχρὸν. εἰ δ' ἦν τῶν τοιούτων προσταγμάτων, τὰ μὲν, αὐτίθωμαί φησι, κ' δ' ὀργῆς, κὴ πημονίας ἄξια, ἐὰν νοσῇς αὐτὸς, ἐγὼ μελῶ. ἐὰν τῶν κατ' οἶκον ἐπιμελεῖσθαι, ἐγὼ μὴ ὀλιγωρῶ. ἐὰν τὰ κατ' ἀγρὸν ἐπισκοπεῖν προστάξῃς, ἐγὼ μὴ ὀκνῶ. πάντα ταῦτα, καὶ τὰ τοιαῦτα ἐυλόγοις ἔχει τὰς προφάσεις, κὴ ταῖς μέμψεις παρεκτός. τὰ δ' ἄλλα, ἐφ' ἡμῖν ἔστι τοῖς παισὶν, ὅπως τ' τύχωσιν, κὴ τῆς τούτων χρήσεως. κὴ μάλιστα, οἱ μηδὲν αὐτὸς ὁ πατὴρ ἐδίκοιτο, ἐπίτροπ αὖ τῳ γράφειν πατὴρ προστάξῃ, ταῦτα μὲ τύχην γράφε, ταυτὶ μὴ, καὶ τῷ μουσικῷ, πλῶσαι μὲ ἢ ἁρμονίαν κροῦσαι, πλῶσαι μὴ. κὴ τῷ χαλκεύοντι, τοιαῦτα μοὶ χάλκευε, τοιαῦτα μὴ, ἆρα ἀπόχρη τὸ ἀποκηρύττοντα, ὅτι μὴ κ' τὰ ἐκείνῳ δικοῦντα ὁ παῖς χρῆται τῇ τέχνῃ; οὐδὲ εἷς οἶμαι. τὸ δὲ τῆς ἰατρικῆς, ὅσῳ σεμνότερόν ἐστι, κὴ τῷ βίῳ χρησιμώτερον, τοσούτῳ κὴ ἐλευθεριώτερον εἶναι προσήκει τοῖς χειμένοις, καὶ πρὸς

Sed illud priùs simpliciter dico: neque legem huic concedere vt quiduis imperet, neque me cogere vt in omnibus omnino paream. Huiusmodi sunt mandata quædam, vt si non paruerîs, pœnæ non sis obnoxius: quædam id genus, vt nisi obtemperaris, iram & supplicium mereare: veluti si ægrotes, ego verò non curem: si quid rerum domesticarum sit curandum, & ego negligam: si rei rusticæ inspectionem demandes: & ego recusé. Hæc omnia, idque genusalia, probabiles paternæ querelæ prætextus afferunt. Porrò cætera liberorum sunt arbitrij, quæ ad artes, earúmque vsum pertinent: maximè si nulla in re patri fiat iniuria. Iam sicui pictori præcipiat pater: hæc pinge fili, non illa. Rursum musico, Harmoniam hanc pulsa, non illam: tum fabro ærario: ista cude, non illa: num quisquam illum patietur abdicare filium, eo quòd non ex ipsius arbitrio artem exerceat? Nemo opinor. Atqui medendi ars quanto est honoratior, vitæque conducibilior, tanto conuenit esse liberiores qui eam exercent: ac iustum

προνομίαν ἔχειν ἢ τέχνῃ δίκαιον τῇ ἐξουσίᾳ ἢ χρήσεως. ἀναγκάζεσθαι δ' μηδὲν, μηδὲ προσάπτεσθαι, πρᾶγμα ἱερὸν, καὶ θεῶν παίδευμα, καὶ ἀνθρώπων σοφῶν ἐπιτήδευμα. μήδ' ὑπὸ δουλείαν ἥκειν νόμου, μήδ' ὑπὸ φόβον, καὶ πυρείαν δικαστηρίου, μήδ' ὑπὸ ψῆφον, καὶ πατρὸς ἀπειλὴν, καὶ ὀργὴν ἰδιωτικήν. ὥστε καὶ εἰ τοῦτο σοι σαφῶς οὕτως, καὶ διαῤῥήδην ἔλεγον, οὐ βούλομαι, οὐδὲ προσήκειν δυνάμενος, ἀλλ' ἐμαυτῷ μόνῳ ἢ τέχνῃ οἶδα, καὶ τῷ πατρὶ, τοῖς δ' ἄλλοις ἅπασιν ἰδιώτης εἶναι βούλομαι, τίς τυραννος οὕτω ζάλεπος, ὡς ἀναγκάσαι ἂν ἄκοντα χρῆσθαι τῇ τέχνῃ; τὰ γὰρ τοιαῦτα, ἱκετείαις, καὶ δίκῃ, καὶ νόμοις, καὶ ὀργαῖς, καὶ δικαστηρίοις ἀνάγειν εἴωμεν προσήκει. πείθειν τὸν ἰατρὸν χρὴ, ἀ κελεύειν. βούλεσθαι, ἀ φοβεῖσθαι. ἐπὶ τοῖς δὲ προσπίπτειν ἀναγκῆς. ἐκόντα δὲ ἐρχόμενον, ἥδιστα, πατρικῆς δ' ἀνάγκης ἄμοιρος. ἀτελὴς ἡ τέχνη, ὅπουγε τοῖς ἰατροῖς καὶ δημοσίᾳ αἱ πόλεις τιμὰς, καὶ προεδρίας, καὶ ἀτελείας, καὶ προνομίας δίδωσι. ταῦτα

est vt ars in exercendi facultate aliquod priuilegium habeat; nec cogatur, nec imperio subijciatur, res sacra, Deorum doctrina, sapientum hominum studium: nec seruituti legis submittatur, neque timori, pœnisque tribunalium, neque suffragijs, neque patris minis, neque indocti hominis iræ sit obnoxia. Proinde si tibi palam & apertè ita respondissem, Nolo curare cùm possim, sed mihi soli artem didici: ac patri, cæterísque omnibus imperitus esse volo: quis est tyrannus vsque adeò ferox, vt arte vti nolentem cogat? Nam huiusmodi officia, supplicationibus & precibus, non legibus, ira, iudicijs elicere conuenit. Oportet medico persuadere non iubere, vt velit, non vt metuat, non est ad curationem trahendus sed vltro ac lubens accedat oportet, immunis à compulsione patris. Immunis est ars ipsa, quandoquidem etiam ciuitates publicitus honores, præeminentias, immunitates, priuilegia medicis tribuunt. Hæc igitur in genere poteram artis no-

μὲν οὖν ἁπλῶς αὐ εἶχον εἰπεῖν

ὑπὲρ τ' τέχνης, εἰ καὶ σοῦ διδαξαμένου με, καὶ πολλὰ ἀναλώσαντος, καὶ ἀπολλαττομένου, ὡς μάθοιμι παρὰ σοῦ μίαν ὅμως θεραπείαν, ταύτην δυνατὸν οὖσαν, αὐτέλεγχον. νυνὶ δὲ καὶ κεῖνο ἐννόησον, ὡς παντάπασιν ἔγγαμον ποιεῖς, ἂν ἐὰν με χρῆσθαι μετ' ἐλευθερίας ἐμῇ κτήματι. ταύτην ἐγὼ τὴν τέχνην οὐκ υἱὸς ὢν σὸς ἐξεμαθον, οὐδὲ τῷ σῷ νόμῳ ὑπεκείμην. καὶ ὅμως αὐτὴν μεμάθηκά σοι. καὶ παρόντος αὐτῆς ἀπολέλαυκας, οὐδὲν παρὰ σοῦ παρὸς τὸ μαθεῖν ἔχων. τίνα διδάσκαλον ἐμισθώσω; τίνα φαρμάκων παρασκευήν; οὐδὲ λιθοτομῶν. ἀλλὰ πενόμενος ἐγώ, καὶ τῶν ἀναγκαίων ἀπορούμενος, καὶ ὑπὸ τῶν διδασκάλων ἐλεούμενος, ἐπαιδευόμην. καί μοι τοιαῦτα παρὰ τῶν πατρὸς λῦσαι παρὸς τὸ μαθεῖν ἐφόδια, λύπη, καὶ ἐρημία, καὶ ἀπορία, μῖσος οἰκείων, καὶ ἀποστροφὴ συγγενῶν. αὐτὶ τούτων πάντων χρῆσθαί μου τῇ τέχνῃ ἀξιοῖς, καὶ διακοπὴν εἶναι θέλεις τοῦ ὅτι οὐ δεδιακόπην πατρικισμῶν. ἀγάπα εἴ τι σε καὶ θέρτερον ἐκεῖνο ὠφέλησε, μὴ δὲ μίαν

mine reſpondere, etiam ſi tu me illam docuiſſes, multum ſtudij, multum pecuniarum impendiſſes, vt diſcerem, & vnam hanc curationem, quam præſtare poſſem, tamen recuſaſſem. Nunc verò cogita quàm iniquam rem agas, qui me, mihi à me ipſo partis vti, non finas. Hanc ego artem perdidici, cùm neque tuus eſſem filius, neq; tuis legibus obnoxius. Atque hanc tamen tibi didici: huius fructum primus percepiſti, etſi nihil ad eam diſcendam ſuppeditaueris. Quem præceptorem mercede conduxiſti? quem pharmacorum apparatum comparaſti? Nullum omnino. Verùm inops ego, rerúmq; neceſſariarũ indigens, à præceptoribus mei miſertis ſum edoctus. Nam abs te patre mihi ad diſcendum dabatur huiuſmodi viaticũ, moleſtia, ſolitudo, egeſtas, familiarium odium, cognatorum auerſatio: pro quibus vti arte mea poſtulas, víſque earum rerum eſſe dominus, quas mihi paraui cum dominus non eſſes. Contentus eſto ſiquid antehac vltro, nullo prouocatus officio, bene de te ſum meritus: cùm nullo nomine vllam gratiam abs te reposcere poſſem. μὴ δὲ τοῦ μὴ χάριν ἀπαιτεῖν

δωσάμενος, οὐ δὴ δεῖ τῶν ἐμῶν ἐπιτίμων τῷ ἐμοὶ ἀναγκαῖον ἐς τὸ λοιπὸν μοι χρήσθαι, οὐδὲ τὸ ἑκόντα ἐνεργετῆσαι, ἀφορμὴν τοῦ ἄκοντα κελεύεσθαι κατασχεῖν. οὐδ' ἔθος ὑπάρξαι τοῦτο, τὸ ἅπαξ τινὰ ἰασάμενον, πάντας ἐς ἀεὶ θεραπεύειν, ὁπόσους ἂν ὁ θεραπευθεὶς θέλῃ, ἐπεὶ δεσπότας ἂν οὕτω καθ' ἡμῶν εἰκῇ τοὺς θεραπευομένους κεχειροτονηκότες, καὶ μισθὸν τὸ δουλεύειν αὐτοῖς, καὶ τὸ πάντα κελεύοντι ὑπηρετεῖν προσδιδόντες. οὔ τί φῄσετ' ἂν ἀδικώτερον; διότι σε νοσήσαντα χαλεπῶς οὕτως ἀνέστησα, διὰ τοῦτο νομίζεις ἐξεῖναί σοι καταχρῆσθαί μου τῇ τέχνῃ; ταῦτα μὲν οὖν οὐκ ἔχων ἂν λέγειν, εἰ καὶ δύναταί μοι οὕτως προσιτάττειν. ἐγὼ δὲ μὴ πᾶσιν ἅπασι, μηδὲ πρὸς ἀναγκαῖον ὑπήκουον. νῦν δὲ ἤδη πέφανται καὶ οἷά ἐστιν αὐτοῦ τὰ ὑπτάγματα. ἐπεὶ δὲ ἐμὲ ἄκοντα φησὶ μεμηνότα, μεμηνέ δὲ καὶ ἡ γυνή, ἡ τὰ ὅμοια πάσχει, τοῦτο δὲ οἴεται, καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ὁμοίως ἀπέγνωσται, δύναται δὲ σὺ πάντα ὡς ἔδειξας, ἰῶ καὶ ταύτην, καὶ ἀπαλλαγὴ ἤδη τ' νόσου. τοῦτο δὲ οὕτως μὴ ἁπλῶς ἀκούσῃς, πολὺ ἔλλογον αὖ δόξει

Cæterùm non conuenit sanè vt meum beneficium mihi in posterum necessitatem pariat, vt quod volens benefeci, occasionem præbeat, vt postea nolenti præcipias: vtque in consuetudinem veratur, vt qui semel aliquem sanauerit, semper deinde curet omnes quos voluerit is qui sanatus est. Etenim quos curassemus, eos nobis dominos creassemus: & nosmet ipsos ipsis tradidissemus, pro mercede seruitutem accepturi, & ad omnia quæ iusserint, obtemperaturi. Qua re quid esse potest iniquius? Quoniam te grauiter laborantem restituri, ob id existimas tibi ius esse abutendi mea arte? Hæc ego dicere possem, etsi quæ præstare possem, ea mihi imperaret, nec omnibus omnino, vel inuitus obtemperassem. At nunc etiam perpendite, cuiusmodi sint huius mandata. Quandoquidem, inquit, me insaniente sanasti, atq; vxor etiam insanit, similique affectu laborat, sic enim opinatur, eodemq; modo à ceteris medicis est destituta, tuq; vt re cõprobasti, potes omnia, sanato hãc quoque, & morbo libera. Quòd siquis ita simpliciter audiat, vehementer æquum videatur,

καὶ μάλιστα ἰδιώτῃ, καὶ ἀπείρῳ ἰατρικῆς. εἰ δέ μου ἀκούσεται ὑμῖν τὰ τέχνης διαλεγομένου, μάθοιτ' ἂν ὡς οὔτε πάντα ἡμῖν δυνατά ἐστιν, οὔθ' αἱ τῶν σωμάτων φύσεις παραπλήσιοι, οὔτ' ἴασις ἡ αὐτὴ, οὔτε φάρμακα τὰ αὐτὰ, ἐπὶ πάντων ἰσχυρά. καὶ τόθ' ἕτερα δῆλον, ὡς πάμπολυ τῶν νῦν βούλεσθαί τι, τὸ μὴ δικαίως διαφέρει. ἀλλὰ χρὴ δέ μου τὰ περὶ τούτων φιλοσοφοῦντος, καὶ μὴ ἀπειρόκαλον, μηδ' ἀλαζονικὸν, μηδ' ἀλλότειον, ἢ ἀχρεῖον ἡγήσασθαι τὸν περὶ τῶν τοιούτων λόγον. ἔφητε μὲν δὴ σωμάτων φύσεις, καὶ κράσεις οὐχ αἱ αὐταὶ, κἂν ὅτι μάλιστα ὦσι τῶν ὁμοίων πεπεῖσθαι ὁμολογῶ, ἀλλὰ τὰ μέν, τῶν δὲ τὰ δ', τῶν δὲ μᾶλλον ἢ ἧττον μετέχει. καὶ λέγω τοῦτο ἔτι περὶ τῶν ἀνδρείων, ὡς οὐδὲ ταῦτα πᾶσιν ἴσα, ἢ ὅμοια, οὔτε τῇ κράσει, οὔτε τῇ συστάσει, διάφορα δὲ καὶ μεγέθει, καὶ εἴδει, αἰσχύνῃ καὶ τὰ νοσήματα ἐγγίνεσθαι αὐτοῖς. καὶ τὰ μέν, ἰώματα εἶναι, καὶ φορὰς τὴν θεραπείαν ἀναπεπαμένα. τὰ δὲ, τέλειον ἀπεγνωσμένα, καὶ ῥᾳδίως ἁλισκόμενα, καὶ παντάπασιν ὑπὸ

præsertim illiterato, artísque medicæ imperito. Sin autem me auſcultetis pro arte reſpondentem, intelligetis nos neque omnia poſſe, neq; cõſimiles morborũ naturas, nec eandem medendi rationem, nec eadem remedia in omnibus efficacia. Ac tũ palam fiet, quantum interſit, nollis quippiam, an non poſſis. Vos interim patienter attendite mihi de rebus hiſce philoſophanti, & exiſtimate nec inelegãtem, nec extra cauſam, nec alienam à re, nec intempeſtiuam fore de his diſputationem. Primùm ſanæ naturæ corporum ac temperamenta, nequaquam ſunt eadem, tametſi maximè in cõfeſſo eſt ijſdem ex elementis conſtare. Verùm alia de his, alia de illis magis aut minùs participant: idque de virorum corporibus etiã dico, quæ neque omnibus æqualia, ſimiliáue cum temperamento, tum conſtitutione: vnde neceſſariò conſequitur, vt morbi quoque tum magnitudine, tum ſpecie differentes his accidant: vtque alia ſanatu ſint facilia, atque ad curationẽ ſponte propenſa, alia rurſum prorſus deſperata, vt quæ facilè corripiantur, & vi à morbis expugnentur. τὰ νοσήματα λαμβανόμενα.

τὸ τοίνυν οἴεσθαι πάντα πυρετὸν, ἢ πᾶσαν φθίσιν, ἢ φρενιτικὴν μανίαν, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν οὖσαν τῷ ἥκιστα ὁμοίαν ὅτι πάντως εἶναι σώματος, οὐ σωφρονοῦντος, οὐδὲ λελογισμένου, οὐδὲ τὰ τοιαῦτα ἐξηκριβωκότος ἐστὶν ἀνδρὸς, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ἐν μὲ τῷδε, ῥᾴδιον ἰᾶσθαι. ἐν δὲ τῷδε, ὡς ἔπος εἰπεῖν, σπανίως οἶμαι καὶ πυρὸν, εἰ τὸν αὐτὸν ἐς διαφόρους χώρας ἐμβάλῃς, ἄλλως μὲν ἐν τῇ πεδινῇ, καὶ βαθείᾳ, καὶ πετριζομένῃ, καὶ ἐυπλύτῳ, καὶ ἐυηλίῳ, καὶ ἐυνέμῳ καὶ ἀκειρασμένῃ ἀναφύεται, ἐυθαλὴς οἶμαι, καὶ εὔχυλος, καὶ πολύχους καρπός. ἄλλως δ' ἐν ὄρει, καὶ ἀπολίθῳ γεώδει. ἄλλως δ' ἐν ὑγρῷ. ἄλλως δ' ἐν ἀπωρείᾳ. καὶ ὅλως, διαφόρως κατ' ἐκάστους τόπους, οὕτω δὴ καὶ τὰ νοσήματα παρὰ τοὺς ἀπολελειμμένους τόπους. ἢ εὔφορα, ἢ εὔχυλα, ἢ ἐλάττω γίγνεται. τοῦτο τοίνυν ἀφεὶς ὁ πατὴρ, καὶ ὅλον ἀνεξέτασον καταλιπὼν, ἀξιοῖ πᾶσαν μανίαν τὴν ἐν ἅπαντι σώματι, ὁμοίαν εἶναι. καὶ τὴν θεραπείαν ἴσην. πρὸς δὲ τούτοις τοσούτοις οὖσι. ὅτι τὰ γυναικεῖα σώματα πάμπολυ τῶν ἀνδρείων διαφέρει

Proinde siquis existimet quālibet febrim, aut quamlibet tabem, aut peripneumoniam, aut insaniam quolibet in corpore vnam, atque eandem esse generè, nec inter prudentes, nec inter doctos, nec inter eos qui his rebus exquirendis laborarunt est reponendus. Quin idem malum in hoc corpore facilè sanabitur, in illo minimè. Quemadmodum opinor, si generis eiusdem triticum in diuersos agros immittas: aliter in plano solo, profundo, irriguo, aprico, ventis salubribus exposito, exculto proueniet, eritque fructus vber, lætus, copiosus. Rursum aliter in monte, & petricosa terra, aliter in opaca, aliter in monti subiecta: denique variè pro varia loci natura. Itidem & morbi pro ratione corporū in quæ inciderint, aut maiores, & vberiores, aut minores eueniunt. Verùm his omissis pater, nec omnino discussa re, vult quamuis insaniam quouis in corpore consimilem esse, similémque desiderare curationem. Præter hęc quæ tam multa sunt, facilè cognoueris, muliebria corpora lōgè à virilib⁹ differe, vel ad morbi corruptionem,

πρὸς τὴ νόσου διαφθορὴν. καὶ

πρὸς διαφθορὰς ἐλπίδα, ἢ ἀπόγνωσιν, ῥᾴδιον καταμαθεῖν. τὰ μὲν γὰρ τῶν ἀνδρῶν εὐπαγῆ, καὶ ἔντονα, πόνοις, καὶ κινήσεσι, καὶ ὑπαίθριῳ διαίτῃ γεγυμνασμένα. τὰ δ', ἔκλυτα, καὶ ἀσυμπαγῆ ἐν σκιᾷ τρυφήματα, καὶ λευκὰ αἵματος ἔνδεια, καὶ διαρρὼς ἀποεία, καὶ ὑγρὸν περιττὸν ὑπόρροια. εὐαλωτότερα τοίνυν τῶν ἀνδρείων, καὶ τοῖς νόσοις ἐκκείμενα, καὶ τῶν ἰασιν ἀπειθούντων, καὶ μάλιστα πρὸς μανίας εὐχερέστερα. ἅτε γὰρ πολὺ τὸ ὀργίλον, καὶ κῦφον, καὶ ὀξυκίνητον ἔχουσα, ὀλίγῳ δ' ἂν τοῦ σώματος αὐτῆς δυνάμει, ῥᾳδίως ἐς τὸ πάθος τοῦτο καταολισθαίνουσιν· οὐ δίκαιον τοίνυν παρὰ τῶν ἰατρῶν τὴν ὁμοίαν ἐπ' ἀμφοῖν διαφορὰν ἀπαιτεῖν, εἰδότας ὡς πολὺ τοῦ μέσου, βίῳ παντὶ, καὶ φρονήσεσιν ὅλαις, καὶ πᾶσιν ἐπιτηδεύμασιν, ἐξ ἀρχῆς εὐδοκιμούντων. ὅταν τοίνυν λέγῃς, ὅτι μέμηνε. προσίθει ὅτι καὶ γυνὴ οὖσα. μέμηνε. καὶ μὴ σύγχει ταῦτα πάντα τῇ τῆς μανίας ὑπαγωγῇ ὀνόμασι. ἐπὶ καὶ τῷ αὐτῷ δοκοῦσι. ἀλλὰ φρονείτω ὥσπερ ἔθος, καὶ ὁ τῇ φύσει. τὸ

vel ad ſanandi ſpem, aut deſperationem. Siquidem virilia bene compacta ſunt, neruoſa: laboribus, agitationibus, vita ſubdiali exercitata. Contrà fœmina, flaccida, malè compacta, in vmbra alitæ, candida ob ſanguinis inopiam, caloris penuriam & humoris ſuperuacanei copiã. Quare faciliùs corripiuntur quàm virilia, vt pote morbis expoſita, nec curationem ferentia, præcipuè verò ad inſaniam procliuiora. Nam cùm multum habeant iracundiæ, & leuitatis, faciléque commoueantur: porrò corporis exiguæ ſint vires, facilè in hoc malum prolabuntur. Proinde non conuenit in vtrisque eãdem à medicis medẽdi rationem requirere: cùm intelligatis hæc ab illis longiſſimo diſtare interuallo, iam ab ipſo ortu ptotinus diſcreta, tum tora vitæ ratione, tum actionibus omnibus, tum quibuſlibet ſtudijs. Quare quũ dicis, Inſania laborat, adde hoc quoque, laborat mulier. Neque confundas hæc omnia, ad vnam eandémque referens inſaniæ appellationem. Verùm ijs diſcretis, quemadmodum & natura diſcreuit, quid in quoque præſtari poſſit, conſidera. δυνατὸν ἐφ' ἑκάστου σκοπεῖ.

Nam

καὶ γὰρ ἡμεῖς, ὅσα γε ἐν ἀρχῇ τῶν λόγων εἶπον μέμνημαι, τοῦτο σκοπεῖν ἐπιχειροῦμεν, φύσιν σώματος τοῦ νοσοῦντος, καὶ κρᾶσιν. καὶ τίνος πλείονος μετέχει, καὶ εἰ θερμοτέρου, ἢ ψυχροτέρου, ἢ ἀκμάζοντος, ἢ παρηβηκότος. καὶ μέγα, ἢ μικρόν. καὶ πυκνὸν, ἢ ὀλιγοπαγές. καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα. καὶ ὅλως ἂν τις αὐτὰ θεωρήσειε, πάνυ ἀξιόπιστος ἂν εἴη, ἀπομνώσκων τί, ἢ ἐπιτηρούμενος. ἐπεὶ καὶ τὰ μανίας αὖτης μυρία εἴδη ἐστὶ, καὶ παμπόλλους ἔχει τὰς αἰτίας, καὶ οὐδὲν τὰς ἀφροσυνοείας αὐτὰς ὁμοίας. οὐ γὰρ ταὐτὰ παροινεῖν, καὶ παραπαίειν, καὶ λυπᾶν, καὶ μεμηνέναι, ἀλλὰ ταῦτα πάντα τῷ μᾶλλον ἢ ἧττον ἔχειν τῇ νόσῳ, ὀνόματά ἐστιν. αἰτίαι τε, τοῖς μὲν ἀνδράσιν, ἄλλαι. ταῖς δὲ γυναιξὶν, ἕτεραι. καὶ τῶν ἀνδρῶν αὖτων, τοῖς μὲν νέοις, ἄλλαι. τοῖς δὲ γεγηρακόσι, διάφοροι. οἷον, νέοις μὲν, πλῆθος ὠς τὸ πολὺ μᾶλλον ἔνεστι, διαβολὴ ἀκμαίος, καὶ ἐρωμένου πολλάκις κατ' οἰκείων ἐμπεσοῦσα, τὸ μὲν ἀφρόνως, διετάραξεν, εἶτα, κατ' ὀλίγον ἐς μανίαν περιέβαλε. γυναικῶν δὲ πολλὰ καθημένας, καὶ ῥᾳδίως ἐς

Nam nos, quod initio dixisse memini, primum illud spectamus, ægroti corporis naturam, & temperamentum, & cuius qualitatis mage sit particeps, calidius an frigidius, vigens an ætate deficiens, magnum an pusillum, pingue an macilentum: & id genus omnia. Quæ siquis penitus expenderit, is demum erit idoneus cui, vel desperanti vel promittenti, fides habeatur. Quandoquidem & insaniæ species innumeræ sunt, & causæ complures, dissimilésque appellationes. Neque enim idem desipere ac delirare, rabiosum & insanum esse: verùm hæc omnia nomina significant, magis minusue morbo teneri. Porrò causæ aliæ sunt viris, aliæ fœminis. Rursum viris ipsis aliæ iuuenibus, aliæ senibus: puta iuuenibus plerumque repletio: senibus autem importuna calumnia, impotens ira quæ in domesticos sæpenumero incidit: ac initio perturbat animum: deinde paulatim in insaniam conuertit. Porrò mulierum corpora multæ res infestant, & facilè in

τὴν νόσον ἐπάγεται. μάλιστα
γ μῖσος κατά τινος πλὴ, ἢ
φθόνος ἐπ' ἐλθρῷ συντυχοῦσι, ἢ
λύπη τις, ἢ ὀργὴ κατ' ὀλίγον.
ταῦτα ὑποτυφόμενα, ἢ μα- A
κρῷ χρόνῳ σβεννύμενα, μανίαν
ἀποτίκτει. τοιαῦτά σοι ὦ πάτερ,
καὶ ἡ γυνὴ πέπονθε, ἢ ἴσως τι
τελεύτηκεν αὐτὴν ἔναγχος.
οὐδὲν γὰρ ἐκείνη ἐμίσει, πλὴν B
ἔχεται γε, καὶ οὐκ ἂν ἐκ τῶν παρόντων ὑπ' ἰατρῶν θεραπευθῆναι δύναιτο, ὡς εἴγε ἄλλος
τις ὑποχοῖτο, εἰ τις ἀπαλλάξειε, μισεῖ τότε ὡς ἀδικοῦντα
ἐμέ. καὶ μὴν κἀκεῖνο ὦ πάτερ,
οὐκ ἂν ὀκνήσαιμι εἰπεῖν, ὅτι εἰ
καὶ μὴ τελέως ἔτως ἀπήγωσο,
ἀλλά τις ἔτι σωτηρίας ἐλ-
πὶς ὑπεφαίνετο, οὐκ ἂν οὐδὲ D
οὕτω ῥᾳδίως προσηγάμην,
οὐδ' ἂν παρεσχόμην φάρμακον
ἐγχέαι ἐτόλμησα, δεδιὼς τὴν
τύχην, ἢ τὴν παρὰ τῶν πολ-
λῶν δυσφημίαν. ὁρᾷς ὡς οἴον-
ται πάντες εἶναί τι μῖσος πρὸς E
τοὺς φθονουμένους πάσης μη-
χανῆς, κἂν ὦσι χρηστοί, καί τι
κοινὸν μανίαν ταύτην γυ-
ναικείαν αὐταῖς μεμηνέναι; τά-
χα ἔν τις ὑπωπεύσειεν, ἄλλως
χωρήσαντος τοῦ κακοῦ, καὶ τῶν
φαρμάκων οὐ δυναζόντων,

morbum adducunt: præsertim siquem vehementer oderint, aut inimico fœlicitatem inuideant: siquid molestum sit, aut ficui succenseant: hæc succensa, longóque tempore alita, insaniam efficiunt. Huiusmodi quippiam pater, vxori tuæ accidit: & fortè nuper aliquid ipsi mœrorem intulit: nihil enim illa oderat. At morbo tenetur: nec his malis vllius medici cura eripi possit. Quod siquis alius se facturum promittat, siquis eam liberarit, tunc me oderis licet, velut iniurium. Atqui etiam illud ô pater, non verebor dicere: etiamsi non prorsus esset, vt est, desperandum, sed adhuc aliqua salutis spes ostenderetur, nec sic quidem facilè manum admouerem, neque potionem ministrare statim auderem, videlicet veritus fortunam, ac multorum hominum obtrectationem. Vides, vt omnes arbitrantur, priuignos inuisos esse nouercis omnibus, etiamsi probæ fuerint, eáque hanc ceu communem quandam mulierum insaniam insanire. Quare facilè suspicaretur aliquis, si malum hoc secus euenisset, nec profuissent remedia, perfidam ac dolosam fuisse κακοῦσθαι, ἢ διαφθεῖραι τὸν ἀν-

ρεπίαν γεγονέναι. καὶ τὰ μὲν τῆς γυναικὸς οὐ πάντες, οὕτως ἔχει. καὶ παύσει σε τετηρηκὼς λέγων. οὐ ποτε ῥᾷον ἕξει, κἂν μυριάκις πίηται φαρμάκου. διὰ τοῦτ' ἐπιχειρεῖν οὐκ ἄξιον, εἰ μὴ σοὶ μόνῳ τὸ ἀποτυχεῖν μεγαλοψυχίας καὶ καταπτύσεως καὶ κακοδοξίας περιβαλεῖν θελεις. ἔασον ὑπὸ τῶν ὁμοτέχνων φθονεῖσθαι. ἐὰν δέ με ἀποκηρύξῃς πάλιν, ἐγὼ μὲν καίτοι πάντων ἔρημος γιγνόμενος, οὐδὲν κακὸν σοῦ δεινὸν εὔξομαι. τί δ' ἄν, ὅταν μὴ γένηται, αὖθις ἡ νόσος ἐπανέλθοι, φιλεῖ γάρ πως τὰ τοιαῦτα ἐρεθιζόμενα, πάλιν δ' ἐρωμένη, τί με πράξαι δέησει; θεραπεύσω μὲν εὖ ἴσθι καὶ τότε, καὶ οὐ ποτε λείψω τὴν τάξιν, ἣν τοῦ παίδας ἔταξεν ἡ φύσις, οὐδὲ τῶ γήρους τὸ ἐπ' ἐμαυτῷ ἀπλήσομαι. εἶτ' ἂν σωφρονήσῃς, αὖθις ἀναλαμβάνειν ποτὲ πιστεύσαι με δεῖ; ὁρᾶς ἤδη, καὶ ταῦτα πιών, ὅταν σὲ ἡ νόσον, καὶ ὑπομιμνήσκεις τὸ πάθος. χθὲς, καὶ πρῴην, ἐν τηλικούτων κακῶν ἀσφαλείᾳ, διατείνῃ, καὶ βοᾷς. καὶ τὸ μέγιστον, ὀργίζῃ, καὶ πρὸς μῖσος βέπῃ, καὶ τοὺς νόμους ἀνακαλεῖς. οἵμοι πάτερ, τοιαῦτ' ἦν σου καὶ τὰ πάλαι μανίας τὰ προοίμια.

curationem. Atque vxoris tuæ, pater, ita sese res habet, quódque prorsus exploratum habeo tibi dico: nunquam meliùs est habitura, & si millies pharmacum biberit. Ideóque curationem aggredi æquum non est, nisi in hoc solùm me vrges, vt frustrer, méque infamia vis operire. Patere vt mihi eiusdem artis professores inuideant. Quod si me rursum abdicatis, ego quidē quanuis rebus omnibus destituar, tamen tibi graue nihil imprecabor. Sed quid si, quod auertat deus, redeat morbus, solent enim huiusmodi mala irritata recurrere, quid erit mihi faciendum: Curaturum me, probè scias, tum quoque, nec vnquam officio defuturum, quod liberis natura præscribit: nec generis, quoad in me fuerit, obliuiscar. Deinde si resipueris, num mihi credendum fore vt me denuo recipias vnquam? Vides iam, vt ista quum facis, morbū accersis, & affectum reditus commonefacis. Heri ac nudiustertius tātis elapsus malis, contendis, vociferaris: quódque grauissimum est, iraſceris: ad odium te cōuertis, legésque reuocas. Hei mihi pater, istiusmodi fuerant superioris insaniæ tuæ proœmia.

ΦΑΛΑΡΙΣ ΠΡΩΤΟΣ. PHALARIS PRIMVS.

ARGVMENTVM.

Phalaris Agrigentinorum tyrannus fuit: cui faber quidam Perillus sive Perilaus, taurum aereum obtulit, ita factum, vt in eum homines damnati conijcerentur, succenso igne torrerentur, atque inter cruciandum, dum vociferarentur, mugitus boum ederent. Hunc taurum fingitur hic Delphos mittere, vt ibi in templo inter cætera donaria, deo consecraretur. Et quia apud omnes pro crudelissimo atque immanissimo idem habebatur, & ob id metuebat, ne donum hoc Delphi, vt ab impio & nefario profectum, reijcerent, Oratione hac contra famam hanc de se sparsam, per Legatos sese defendit. Oratio generis iudicialis est, status qualitatis. Nam & tyrannidem occupasse, & nocentes quosdam punijsse, se fatetur, sed id iure ac necessitate quadam factum ostendit. Exordium à voto incipit. Narratione consilia & causas susceptæ tyrannidis, & quo modo eandem gesserit: postremò etiam qua necessitate, ad supplicia sumenda, & custodiam corporum comparandam, coactus fuerit, exponit, quæ & ipsa confirmandi vicem habent. Post hæc autem Confirmatio sequitur, qua se à crimine crudelitatis defendit, Argumentis à simili, à legibus & causis, à signis & comparatione sumptis. Eleuando interim etiam tyranni nomen & inuidiam ab exemplis, & exaggerando necessitatem puniendi, ob multitudinem periculorum in dies in hoc genere succrescentium. Peracta causa, ad commendationem muneris transit, quam à causis & honestate dedicationis trahit. Peroratio à persona Legatorum fit, qua asseuratione dictorum, & ipsorum obtestatione perficitur.

Πεμψεν ἡμᾶς ὦ Δελφοὶ ἡ μήτηρ ὁ Φάλαρις, ἄξοντας τῷ θεῷ τὸν ταῦρον τοῦτον, καὶ ὑμῖν διαλεξομένους τὰ εἰκότα περὶ τῆς

Misit nos, ô Delphi, princeps noster Phalaris, Deo taurum hanc adducturos, & vobis vera cùm de se

ἐμοῦ ἐκείνῳ, καὶ ὑμῖν τῷ αὐτῷ δόγματος. ὧν μὴν οὗ ἕνεκα ἥκομεν, ταῦτά ἐστιν. ἃ δέομαι περὶς ὑμᾶς ἐπίσταλαι, Ἐγώ φησιν ὦ Δελφοὶ, καὶ παρὰ πᾶσι μὲν τοῖς Ἕλλησι, τοιοῦτος ὑπολαμβάνεσθαι, ὁποῖός εἰμι, ἀλλὰ μὴ ὁποῖον ἡ παρὰ τῶν μισούντων, καὶ φθονούντων φήμη ταῖς τῶν ἀγνοούντων ἀκοαῖς παρεδίδωκεν, αὐτὶ τῶν πάντων ἀλλαξάμενος ἄν. μάλιστα δ' παρ' ὑμῖν ὅσῳ ἱερεῖ τε ἐστε, καὶ παρέδρει τῷ Πυθίου, καὶ μονονοὺ συνοικοι, καὶ ὁμωροφίοι τῷ Θεῷ. ἡγοῦμαι γὰρ, εἰ ὑμῖν ἀπολογησάμενος, καὶ πίστασιν μάτην ὠμὸς ὑπειληφθαι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι δι' ὑμῶν ἀπολελογημένος ἔσεσθαι. καλῶ δ', ὃν ἐφῶ τὸν Θεὸν αὐτὸ μάρτυρα, ὃν οὐκ ἔνι ὅπου παρελογίσασθαι, καὶ ψευδεῖ λόγῳ παρεγαγεῖν. ἀνθρώποις μὲν γὰρ, ἴσως λάθα πατῆσαι ῥάδιον. Θεὸν δ', καὶ μάλιστα τοῦτον, φαλαθεῖν ἀδύνατον. ἐγὼ γὰρ οὐ τῶν ἀφανῶν ὢν Ακραγαντῖνος ὢν, ἀλλ' εἰ καί τις ἄλλος εὖ γεγονὼς, καὶ σαφεῖς ἐλευθερίως, καὶ παιδείᾳ πεπιστευκὼς, ἀεὶ διατέλουν, τῇ μὲν πόλει δημοτικὴν ἐμαυτὸν παρέχων,

A ipso, tum de donario dicturos. Itaque hæc sunt quorum gratia huc venimus. Cæterùm hæc vobis exponenda mandauit. Ego, inquit, ô Delphi, talem mei existimationem esse apud Græcos omnes, qualis sum, at non qualem me odio prosequentium, aut inuidorum fama mendax apud ignotos

B traduxit, omni lucro permutarim. In primis verò apud vos, quatenus sacri estis & Pythij assessores, ac tantùm non Dei familiares, & contubernales. Etenim exi-

C stimo si me vobis purgauero falsóque in crudelitatis suspicionem veniisse persuasero, fore vt & apud alios omnes hæc mea defensio per vos valeat. Porrò eorum quæ dicam, Deum ipsum testem

D appello, quem nemo fallere, nemo falso sermone decipere possit. Etenim forsitan hominibus facilè imponas sed Deum, maximè verò istum, latere nequeas. Ego equidem non

E ex obscuris Agrigentinis, verùm si quisquam alius, ex illustri loco natus, liberéque educatus, & ingenuis artibus imbutus, semper vrbi me popularem præbui, & in administranda repub. collegis τοῖς δ' συμπολιτευομένοις,

ἐπεικῆ, καὶ μέτριον. βίαιον δ', ἢ ὠμὸν, ἢ ὑβριστικὸν, ἢ αὐθέκαστον, οὐδὲν οὐδὲν ἐπικάλει μου τῷ πρεσβύτερῳ ἐκείνῳ βίῳ. ἐπειδὴ δ' ἐώρων τοὺς τοιούτους μοι πολιτευομένους ἐπιβουλεύοντας, καὶ δὴ ἅπαντος τρόπου ἀνελεῖν με ζητοῦντας, διέγνω δ' ἡμῶν τοῦ μὲν πόλις, μίαν ταύτην ἀποφυγὴν καὶ ἀσφάλειαν ἔνεσκον τὴν αὐτὴν ἅμα, καὶ τῇ πόλει σωτηρίαν, εἰ ἐπιθέμενος τῇ ἀρχῇ, ἐκείνους μὲν ἀπεστέλλαιμι, καὶ παύσαιμι ἐπιβουλεύοντας, τὴν πόλιν δ' σωφρονεῖν καταναγκάσαιμι. καὶ ἦσαν γὰρ ὀλίγοι ταῦτ' ἐπαινοῦντες ἀνδρες μέτριοι, καὶ φιλοπόλιδες, οἳ καὶ τὴν γνώμην ἤδεσαν τὴν ἐμὴν, καὶ τὸ ἐπιχειρήσειν τὴν ἀναγκαίαν. τούτοις συναγωνισταῖς χρησάμενος, ῥᾳδίως ἐκράτησα τῆς ἐπιχειρήσεως. τοιοῦτος δ' ἦν, οἷ μὲν, οἱ ἐπὶ ἐπικράτειαν, ἐμὴ ἐπήκουον. ἐγὼ δ' ἦρχον. ἡ πόλις δ' ἀπαρρησίαστος ἦν. φραγὰς δ', ἢ ἐλάσεις, ἢ δημεύσεις, οὐδὲ κατ' ἐπιβουλευόντων ἐφαλόμην. καίτοι ἀναγκαῖον τὰ τοιαῦτα τολμᾶν ἐν ἀρχῇ τῆς δυναστείας μάλιστα. φιλανθρωπία γὰρ καὶ πρᾳότης, καὶ τὸ ἰσόμοιρον, καὶ τὸ ἰσότιμον,

æquum & moderatum præſtiti. Violentiæ autem, aut ſæuitiæ, aut contumeliæ, aut ſeueritatis, nemo me prioribus illis vitæ annis incuſauit. Verùm cùm perſpicerem eos qui à me diffidebant in adminiſtrãda repub. inſidias mihi moliri, omnibúſque modis mei interficiendi occaſionem captare: cúmque tunc inter ſe ciues diffiderẽt, vnicum illud effugium, ſecuritatémque reperi, mihi, ciuitatíque ſalutem, ſi occupato principatu, illos coërcerem & inſidiatores cõpeſcerem, ciuitatémque ad moderationem adigerem. Erãtque non pauci viri & modeſti, & reip. amantes qui hæc comprobarent, cum mentem meam atque inſtituti neceſſitatem noſſent. Horum opera vſus, facilè cœpti compos factum ſum. Exinde illi non amplius turbas excitabant, ſed obtemperabant, ego autẽ imperium obtinebã: ipſáque vrbs loquendi libertate priuata erat. Cæterùm cædes, expulſiones, proſcriptiones, ne in inſidiatoresquidem exercui: quanquam hæc ad principatus in primis tuitionem audere eſt neceſſe. Etenim humanitate, clementia, manſuetudine, & honoris æqualitate καὶ τῷ ἡμίῳ, καὶ ἰσοτιμίας,

διευμαθόντων ἐγὼ ἤλπιζον εἰς τὸ πείθεσθαι προσήξεσθαι τούτοις. εὐθὺς γοῦν τοῖς μὲν ἐχθροῖς ἐκπεπαυμένοις, καὶ διαλλαγεῖσι, καὶ συμβούλοις, καὶ συνεστίοις ἐχρώμην τοῖς πλείστοις αὐτῶν. τὴν δὲ πόλιν αὐτὴν ὁρῶν ὀλιγωρίᾳ τῶν προεστώτων διαφθαρησομένην, καὶ πολλῶν κλεπτόντων, μᾶλλον δὲ ἁρπαζόντων τὰ κοινὰ, ὕδατων τε ἐπιῤῥοίαις αὐξηκυίαν, καὶ οἰκοδομημάτων αὐξήσεσιν ἐκόσμησα, καὶ τειχῶν περιβολὴν ἐνέτεινα, καὶ τὰς προσόδους, ὅσαι ἦσαν κοιναὶ τῇ τῶν ἐφεστώτων ἐπιμελείᾳ, ἐφ' ἡδίονι ἐποίησα, καὶ τὴν νομοθεσίαν ἐπεμελούμην, καὶ τὰ μεγίστων προσιόντων, καὶ τὰ δῆμον ἐν θέαις καὶ διανομαῖς, καὶ παννυχίσι, καὶ δημοθοινίαις, δῆλον. ὕβρεις δὲ παρθένων, ἢ ἐφήβων διαφθοραὶ, ἢ γυναικῶν ἀπαγωγαὶ, ἢ δορυφόρων ἐπιπόμψεις, ἢ διατοπική τις ἀπειλὴ, ἀποτρέπαιά μοι καὶ ἀκῦσαι λῷ. ἤδη δὲ καὶ περὶ τὸ ἀφεῖναι τὴν ἀρχὴν, καὶ καταθέσθαι τὴν διωμοσίαν ἐσκοπούμην, ὅπως μόνον ἀσφαλῶς παύσαιτο ἄν τις ἐνοῶν. ἐπὶ τοῦτο ἄρχειν αὐτὸ, καὶ πάντα περᾶσθαι, ἐπαχθὲς ἤδη,

mirum in modum sperabam me illos ad præstandam obedientiam pertracturum. Statim igitur data fide cum inimicis in gratiam redij, & eorum plerisque consultoribus, & conuictoribus vsus sum. Et cùm vrbem ipsam incuria magistratuum labefactatam, multi expilarent, imò diriperent publicum ærarium, aquæ ductibus recreaui, & ædificiorum extructionibus exornaui, mœnibúsque muniui, & prouentus quotquot magistratuum cura communes erant, facilè auxi: iuuentutis curam gessi, senum commodis prospexi. Populum verò spectaculis largitionibus, solennitatibus, epulisque publicis continui. Virginum autem stupra, adolescentum corruptelæ, coniugum abductiones, satellitum immissiones, minæ heriles, meis etiam auribus abominanda erant. Iam verò de imperio dimittendo, & principatu deponendo apud me consilium inibam, cogitans qua in ratione vitæ tutò conquiescerem. Siquidem principem agere, omniáque administrare, prouinciam graue, inuidiosam, ac laboriosã

καὶ σὺ φθόνῳ καμπτεὸν ἐδ-

κει μοι εἶναι. τὸ δ' ὅπως μηκέτι τοιαύτης τινὸς θεραπείας δεήσεται ἡ πόλις, τοῦτ' ἐζήτουν ἔτι κἀγὼ μόνος ὁ ἀρχαῖος, περὶ ταῦτα εἰχον. οἶδε, ἤδη τε συνίστατο ἐπ' ἐμὲ, καὶ περὶ τοῦ τρόπου ἡ ἐπιβουλὴ, καὶ ἀποστάσεως ἐποποιοῦντο, καὶ συνωμοσίας συνεκρότουν, καὶ ὅπλα ἤθροιζον, καὶ χρήματα ἐπορίζοντο, καὶ τῶν ἀσυλητῶν ἐπεκαλοῦντο, καὶ εἰς τὴν Ἑλλάδα πρὸς Λακεδαιμονίους, καὶ Ἀθηναίους ἐπρεσβεύοντο. ἃ ἐμοὶ μὲν δὴ περὶ ἐμοῦ αὐτοῦ, εἰ ληφθείην, ἐδέδοκτο, ἤδη αὐτοῖς, καὶ ὅπως με αὐτοχειρία διαφθαροῦσι πείσουσι. καὶ εἰ κολάσεις ἐπιόσας, δημοσίᾳ σφαλούμενοι, ἤκουον. τὰ μὲν δὴ μηδὲν παθεῖν τοιοῦτον, οἱ θεοὶ αὐτοὶ, φραξάμενοι τὴν ἐπιβουλήν. καὶ μάλιστά γε ὁ Πύθιος, ἀνείρατό τε πρόδηλος, καὶ τοὺς μέλλοντας ἔκαστα ἐπέπεμπεν. ἐγὼ δ' ἐνταῦθα ἤδη ὑμᾶς ὦ Δελφοὶ, ὅτι τὰ αὐτὰ δέοις νῦν τῷ λογισμῷ ἡμιωμένους, ἀξιῶ περὶ τούτου πρᾶκτέον μοι συμβουλεῦσαι, ὅτε ἀφυλάκτως ὀλίγου δεῖν ληφθείς, ἐζήτουν πῶς σωθεί-

esse existimabam. Hoc verò etiam quærebam quo pacto huiusmodi administratione ciuitas non amplius opus haberet: & ineptus ego de his ambigebam. Atque hi iamiu me consp[i]rabant, déque insidiarum & defectionis modo deliberabant, & coniurationes adornabãt, arma colligebant, pecunias parabant, & vicinorum opem implorabant, & legatos in Græciam ad Lacedæmonios & Athenienses mittebant. Nam quæ illi de me, si caperer decreuerant, & vt ad mortem mea manu mihi cõsciscendam adacturi essent, minabantur, & quæ supplicia comminiscerentur, publicè torquentes, efferebant. Sed Dijs acceptum refero, quòd detectis insidijs, nihil huiusmodi passus sim: in primis verò Apollini Pythio, quî insomnia mihi præmonstrauit, & rerum singularum monitores misit. Proinde tunc ô Delphi, cùm in eodem metu, cogitatione versati sitis, puto vos mihi de rebus tum agendis consilium dedisse, quum incautè propemodum captus, vrgentibus in malis salutem quærebam. Itaque mente Agrigentum

παρ' ἐμὲ ἀποδημήσαντες, καὶ ἰδόντες τὰς παρασκευὰς αὐτῶν, καὶ τὰς ἀπειλὰς ἀκούσαντες, εἴπατε τί δεῖ πιεῖν, φιλανθρωπίᾳ χρήσασθαι πρὸς αὐτοὺς ἔτι, καὶ φείσασθαι, καὶ αὖ χεῖν, ὅσον αὐτίκα μελλήσοντα πείσεσθαι τὰ ὕστατα. μᾶλλον δ' γνωμικὸν ἦν ὑπέχειν τε σφαγὴν, καὶ τὰ φίλτατα ἐν ὀφθαλμοῖς ὁρᾶν ἀπολλύμενα. ἢ τὰ μὲ τοιαῦτα πάνυ ἡλιθίου τινὸς εἶναι, γυναικὸς δὲ, καὶ ἀνδρώδη διανοηθέντα, καὶ χολὴν ἔμφυτον, καὶ ἀδικημάτων ἀνδρὸς ἀναλαβόντα, μεταθεῖν ἐκείνους. ἐμαυτῷ δ' ἐν τῶν ἐνόντων, τὸ ἐς τὸ ἔπειτα ἀσφάλειαν παρασχεῖν. ταῦτ' οἶδ' ὅτι συμβουλεύσατε ἄν. τί οὖν ἐγὼ μὴ τοῦτ' ἐποίησα; μεταξειλάμβανος τοὺς αἰτίους, καὶ λόγου μεταδοὺς αὐτοῖς, καὶ τὸν ἐλέγχους παραγαγὼν, καὶ σαφῶς ἐξελέγξας ἅπασι, ἐπεὶ μηδ' αὐτοὶ ἔτι ἤρνησαν, ἠμυόμην ἀναγκῇ τὸ πλέον. οὐχ ὅτι ἐπεβεβουλεύμην, ἀλλ' ὅτι μὴ ἐάσειν ὧν αὐτῶν ἐν ἐκείνῃ τῇ παρασκευῇ εἶναι, ἵν' ἐξ ἀρχῆς ἐνεστησάμην. καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου, φυλάττων μὲ ἐμαυτὸν, διατελῶ. ἐκείνων δ' τὸν ἀεὶ

admè ſuſcepta breui peregrinatione, viſiſque apparatibus, & auditis illorum minis, quid facto opus eſſet dixiſtis. Scilicet an humanitate amplius erga illos vti, ignoſcere, & mox extrema paſſurus, perferre: ac potiùs nudam cædem ſuſtinere, réſque chariſſimas ob oculos pereúntes cernere, quàm ſtolidi cuiuſpiam hæc eſſe reputando, & quæ generoſum ac virilem animum decent cogitando, & prudentis ac offenſi viri iram ſuſpiciendo, illos vlciſci, mihíque ex ijs quæ ſuppetunt, ſecuritatem in poſterum parare deberem. Hoc ſat ſcio, conſilium mihi dediſtis. Quid igitur poſtea feci? Accerſitis reis, datáque illis dicendi copia, productis argumentis, & ſingulis accuratè exploratis, poſteaquam non ampliùs inficiari poterant, de ipſis ſupplicium ſumpſi, indignatus non tam quòd mihi poſuiſſét inſidias, quàm quòd non ſiuiſſent eo in propoſito permanere, quod ab initio proſequendum mihi conſtituerã. Ab eóq; tẽpore ſemper cuſtodia ſatellitum me munio, & eos qui mihi moliuntur inſidias, punio.

ἐπιβουλευόντας μοι κολάζω.

οὐθ' οἱ ἄνθρωποι ἐμὲ τὸ ὠμότητος αἰτιῶνται, ἀλλ' ὅτι λογιζόμενος παρὰ ποτέρου ἡμῶν ἦν ἡ ἀρχὴ συμβαίνοντες δὲ τὰ μέσα, καὶ ἐφ' οἷς ἐκολάζοντο, τὰς τιμωρίας αὐτὰς ἠτιῶντο, καὶ τὰς δοκούσας ἐν αὐταῖς ὠμότητας. ὅμοιον δὲ εἴ τις παρ' ὑμῖν ἱερόσυλόν τινα ἰδὼν ἀπὸ τῆς πέτρας ῥιπτούμενον, ἃ μὲν ἐτόλμησε, μὴ λογίζοιτο, ὡς νύκτωρ εἰς τὸ ἱερὸν παρῆλθε, καὶ κατέσπασε τὰ ἀναθήματα, καὶ τῆ ξοάνου ἥψατο, καταγελᾶν δὲ ὑμῶν πολλὴν τὴν ἀλογίστητα, ὅτι Ἕλληνές τε, καὶ ἱεροὶ εἶναι λέγοντες, ὑπομείναντες ἄνθρωπον Ἕλληνα τὴν ἱερὰν. καὶ γὰρ οὐ πάνυ πόρρω τῆς πόλεως εἶναι λέγεται ἡ πέτρα κολάσει τοιαύτη περιβαλεῖν. δοκῶ δ' οἶμαι αὐτοί τε γελάσεσθε, καὶ τοῦτο λέγη τις καθ' ὑμῶν, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἐπανίσονται ὑμῖν τῷ κρίνειν τὸ ἀσεβούντων ὠμότητα. τὸ δὲ ὅλον, οἱ δῆμοι τὸ ἀληθὲς ζητοῦντες ὁπόθεν τίς ὁ τοῦ πράγματος ἐφεστὼς ὄζει, εἴτε δίκαιος, εἴτε ἄδικος, αὐτὸ ἁπλῶς τὸ τῆς τυραννίδος ὄνομα μεμίσηκε, καὶ τὸν τύραννον. καὶ γὰρ Αἰακὸς,

Tum homines crudelitatis me accusant, non reputantes amplius ab vtro nostrûm huius mali ortum sit principium. Sublatis autem ijs quæ sunt in propatulo, & causis ob quas puniuntur, ipsa supplicia criminantur, & eas quæ videntur inesse crudelitates. Perinde ac siquis viso apud vos sacrilego, qui ex saxo præcipitaretur, facinus eius non expenderet, vt in templum noctu est ingressus, & donaria abstulit, & in statuam manus iniecit: sed vos magnæ crudelitatis accusaret, quod cùm Græci & sancti esse perhibeamini, Græcum hominem prope templum (nam non procul ab vrbe saxum esse ferunt) huiusmodi supplicio subijcere sustinueritis. At vos, opinor, ridebitis, siquis hæc in vos dicat: ac cæteri omnes, vestram in impios crudelitatem probabunt. In summa, populi qui non perpendunt, qualis ille sit qui rerum administrationi est præfectus, iustus-ne an iniustus, simpliciter ipsum tyrannidis nomen oderunt: ipsum tyrannum, quanuis sit Æacus, vel Minos, vel Rhadamanthus,

ἢ Μίνως, ἢ Ῥαδάμανθυς ἢ,

ὁμοίως ἅπαντας ἀνελεῖν
σπεύδουσι, τοὺς μὲ πονηροὺς
αὐτῶν, πρὸ ὀφθαλμῶν τιθέ-
μενοι, τοὺς δὲ χρηστοὺς, τῇ κοι-
νωνίᾳ τῆ πρὸς ἐκείνους, τῷ ὁ-
μοίῳ μίσει συμπεριλαμβάνον-
τες. ἔγωγ' οὖν ἀκούω καὶ παρ'
ὑμῖν τοῖς Ἕλλησι πολλοὺς γε-
νέσθαι τυράννους σοφοὺς ὑπὸ
φαύλῳ ὀνόματι δυσκώπτῳ, χρη-
στὸν καὶ ἤμερον ἦθος ὑποδεδει-
γμένους. ὧν ἐνίων, καὶ λόγοις
εἶναι βραχέσι ἐν τῷ ἱερῷ ὑμῶν
ἀποκειμένους, ἀγάλματα, καὶ
ἀναθήματα τῷ Πυθίῳ. ὁρᾶτε
δὲ καὶ τοὺς νομοθέτας τῷ κο-
λαστικῷ εἴδει τὸ πλέον νέμον-
τας, ὡς τῶν γε ἄλλων οὐδὲν
ὄφελος, εἰ μὴ φόβος προσείη,
καὶ ἐλπὶς τοῦ κολάσεως. ἡμῖν δὲ
τοῦτο πολλῷ ἀναγκαιότερον
τοῖς τυράννοις, ὅσῳ πρὸς
ἀνάγκην ζῶμεν. καὶ μι-
σοῦσί τε ἅμα, καὶ ἐπιβουλεύ-
σειν ἀνθρώποις σώφροσιν, ὅπου
μηδὲ τῶν μοιχολυκείων ὄφε-
λός τι ἡμῖν γίγνεται, ἀλλὰ τῷ
πρεῖ τὸ ὕδρας μῦθ' τὸ πρᾶ-
γμ' ἔοικεν. ὅσῳ γὰρ ἂν ἀκκόπω-
μεν, τοσῷδε πλείους ἡμῖν ἀνα-
φύονται τοῦ κολάζειν ἀφορμαί.
φέρειν δ' ἀνάγκη, καὶ τὸ ἀνα-
φυόμενον ἀκκόπτειν αἰεὶ, καὶ

modis pariter omnibus è
medio tollere approperant,
quum malos illorum sibi ob
oculos ponunt, bonos verò
communem ob appellatio-
nem eodem odio comple-
ctuntur. Cæterùm audio
apud vos quoque in Græcia
multos fuisse tyrannos sa-
pientes, qui sub hoc vitioso,
vt videtur, nomine, benignos
& mansuetos se præbuerunt,
quorum nonnullorum ora-
tiones breues vestro in tem-
plo repositæ sunt, vt or-
namenta ac donaria sint
Pythio. Respicite autem
etiam legumlatores qui
multum speciei pœnarum
tribuunt, quasi cæterarum
rerum nulla sit vtilitas, nisi
metus adsit & pœnæ expe-
ctatio. Quod nobis tyrannis
longè magis est necessarium,
quo magis per vim præsu-
mus, & cum osoribus ac in-
sidiatoribus versamur, quan-
doquidem terricula nullius
sunt emolumenti, sed res
nostra fabulæ de hydra si-
milis est. Quanto enim plu-
res præciderimus, tanto plu-
res puniendi occasiones no-
bis suppullulant. At ferre ne-
cesse est, sempérque renatum
caput præcidere, & Iolai
exemplo per Iouem inurere,

ὑπικμένειν νὴ Δία κῆ τὴ Ἰόλεων,

οἱ μέλλοιμεν ὑπικρατήσειν. ἅπαξ γὰρ εἰς τὰ τοιαῦτα ἐμπεσεῖν ἀναγκασθέντα, ὁμοίαν χρὴ τὴν ὑποδύσιν καὶ αὐτὸν εἶναι. ἢ φειδόμενον τοῦ πλησίον, ἀπολωλέναι. ὅλως δὲ, τίνα οἴεσθε οὕτως ἄγριον, ἢ ἀνήμερον ἄνθρωπον εἶναι, ὡς ἡδέως μαστιγούντα. καὶ οἰμωγὰς ἀκούοντα, καὶ σφαγὰς ὁρῶντα, εἰ μὴ ἔχοι τινὰ μεγάλην τοῦ κολάζειν αἰτίαν; ποσάκις γοῦν ἐδάκρυσα μαστιγουμένων ἄλλων, ποσάκις δὲ ὠρυγὴν, καὶ ὀδύρεσθαι τὴν ἐμαυτοῦ τύχην ἀναγκάζομαι, μείζω κολασιν αὐτὸς, καὶ χαλεπωτέραν ὑπομένων; Λυδὸς γὰρ φύσει μὲ ἀγαθῶ, διὰ δ' αἰχμάλωτος πικρῶ, πολὺ τοῦ κολάζειν χαλεπώτερον. εἰ δὲ δεῖ μὴ παῤῥησίας εἰπεῖν, ἐγὼ μὲν εἱρεσίς μοι προτεθείη, αὐτὸς βούλομαι, κολάζειν τινὰς ἀδίκως, ἢ αὐτὸς ἀποθνῄσκειν, ὥ ἵστε, ὡς οὐδὲν μελλήσας, ἑλοίμην ἂν τεθνάναι μᾶλλον, ἢ μηδὲν ἀδικοῦντας κολάζειν. εἰ δέ τις φαίη, βούλει ὦ Φάλαρι, αὐτὸς τεθνάναι ἀδίκως, ἢ δικαίως κολάζειν τοὺς ὑπηκόους, τοῦτο βουλοίμην ἄν. οὕτως γὰρ ὑμᾶς ὦ Δελφοὶ, συμβούλοις καλῶ, πότερον, ἄμεινον εἶναι ἀδίκως ἀπο-

si victoriã cõsequi cupimus. Eum enim qui semel in hæc incidere coactus fuerit, similem esse materiæ oportet, aut propinquis parcentem, perire. In summa quem hominem adeò sæuum & inclemẽtem esse putatis, vt flagris cedere, eiulatus audire, & cædes videre delectetur, nisi magnã infligendæ pœnæ causam haberet? Quoties igitur flecti dum flagris alij cædebantur? Quoties verò meam ipsius fortunã lugere ac deplorare cogor, ego qui grauius supplicium ac diuturnius sustineo? Etenim viro natura bono, verũ ex necessitate sæuo, multò durius est de alijs sumere, quàm de se sumi supplicium. Quòd si mea sententia liberè est dicenda, ego equidem si mihi daretur optio, vtrum aliquos iniustè punire mallem, an potiùs ipse mori: probè sciatis, me propriam mortem nihil cunctando electurum esse potiùs, quàm vt insontes supplicio afficiam. Dixerit etiã aliquis, mauis Phalari, ipse iniustè mori, quàm insidiatores iustè punire: mallem certè. Rursus enim vos, ô Delphi, in consilium voco: vtrum satius sit, iniustè mori,

δικεῖν, ἢ ἀδίκως σώζειν τὸν ἐπιβεβουλευκότα. οὐδεὶς οὕτως οἶμαι ἀνόητός ἐστιν, ὃς οὐκ ἂν προτιμήσειε ζῆν μᾶλλον, ἢ σώζων τὸν ἐχθρὸς, ἀπολωλέναι. καίτοι πόσους ἐγὼ καὶ τῶν ἐπιχειρησάντων μοι, καὶ φανερῶς ἐλεγμένων, ὅμως ἔσωσα; οἷον Ἀχαρδον τουτονὶ, καὶ Τιμοκράτην, καὶ Λεωγόραν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, παλαιᾶς συνηθείας τε πρὸς αὐτοὺς μεμνημένος. ὅταν οὖν βουληθῆτε τοὺμὸν εἰδέναι, τὸν εἰσφοιτῶντας εἰς Ἀκράγαντα ξένους ἐρωτήσατε ὁποῖός ἐγὼ περὶ αὐτοὺς εἰμι, καὶ εἰ φιλανθρώπως προσφέρομαι τοῖς καταίρουσιν. ὅς γε καὶ σκοποὺς ὑπὲρ τῶν λιμένων ἔχω, καὶ πυλωρούς, ἵνες, καὶ ὅταν καταπλεύσωσιν, ὡς κατ' ἀξίαν τιμῶν, ἀποπέμπωμι αὐτούς. ἔνιοι οὖν καὶ ἀξιοπιστότατοι φοιτῶσι παρ' ἐμὲ, οἱ σοφώτατοι τῶν Ἑλλήνων, καὶ οὐ φεύγουσι τὴν συνουσίαν τὴν ἐμήν. ὥσπερ ἀμέλει καὶ πρόσφατός ὁ σοφὸς Πυθαγόρας ἦλθεν εἰς ἡμᾶς, ἄλλα μὲν ὑπὲρ ἐμοῦ ἀκηκοώς. ἐπεὶ δ' ἐπειράθη, ἀπῆλθεν ἐπαινῶν με τὴν δικαιοσύνης, καὶ ἐλεῶν τὴν ἀναλγησίας ὠμότητος. εἶτα οἴεσθε τοὺς τῶν ἀθηναίων

an verò iniustè seruare eum qui sit insidiatus. Nemo, me iudice, adeò vecors est, qui non malit viuere, quàm inimicos seruando, perire. Quanquam quot ego ex ijs qui me aggressi sunt, & convicti palam, seruaui? Quorum de numero est Achanthus iste, & Timocrates, & Leogoras eius frater: veteris quæ mihi cum illis intercessit consuetudinis recordatus. Cæterùm quum me nosse volueritis, ex hospitibus qui Agrigentum frequentant quærite qualis sim erga ipsos, & num eò appellentibus. humanum me præbeam. Qui exploratores in littoribus habeo qui scisciteutur, quinam sint & vnde nauigarint, vt illos merito honore exceptos dimittam. Nonnulli quoque ad me consultò veniunt, Græcorum sapientissimi, neque meam conuersationem fugiunt. Quemadmodum nuper sapiens ille Pythagoras ad nos venit, cùm longè alia de me inaudiuisset: qui posteaquã mei periculum fecisset, discessit me iustitiæ nomine collaudans, & misereſcens quòd crudelitatem coactus exercerem. Postremò putatis ne eũ qui erga peregrinos

φιλανθρωπότατος ἀδίκως τοῖς οἰκείοις προσφέρεσθαι, εἰ μή τι διαφερόντως ἠδικήθη; ταῦτα μὲν οὖν ὑπὲρ ἐμαυτοῦ ἀπολελόγημαι ὑμῖν, ἀληθῆ, καὶ δίκαια, καὶ ἐπαίνου μᾶλλον ὡς ἐμαυτὸν πείθω, ἢ μίσους ἄξια. ὑπὲρ δὲ τοῦ ἀναθήματος, καιρὸς ὑμᾶς ἀκεῖνα ὅθεν, καὶ ὅπως τὸν ταῦρον τοῦτον ἐκτησάμην, ὡς ἐκδοὺς αὐτὸς τῷ ἀνδριαντοποιῷ. μὴ γὰρ ἄτοπα μανείην, ὡς τοιούτων ἐπιθυμῶν κτημάτων. ἀλλὰ Περίλαος ὁ τῆς ἡμιδαπὸς, χαλκεὺς μὲν ἀγαθὸς, πονηρὸς δὲ ἄνθρωπος. οὗτος πάμπολυ τὴν ἐμὴν γνώμην διημαρτηκὼς, ἤθετο χαριεῖσθαί μοι, εἰ χαυλιόν τινα κόλασιν ἐπιγνόσειεν, ὡς δὴ ἅπαντος κολάζειν ἐπιθυμοῦντι. καὶ δὴ κατασκευάσας τὸν βοῦν, ἦκε μοι κομίζων, κάλλιστον ἰδεῖν, καὶ πρὸς τὸ ἀκριβέστατον εἰκασμένον. κἀπίστευσα γὰρ αὐτῷ, ἢ μυκηθμοῦ ἴδιον μόνον πρὸς τὸ καὶ ἔμψυχον εἶναι δοκεῖν. ἰδὼν δὲ, ἀνέκραγον εὐθὺς, ἄξιον τὸ κτῆμα τοῦ Πυθίου. πομπεύσω ὁ ταῦρος τῷ Διῒ. ὁ δὲ Περίλαος παρὼν, τί δ' εἰ μάθοις ἔφη τὴν σοφίαν τὴν ἐν αὐτῷ, καὶ τὴν

animo est tam humano, tantam in proprios ciues iniustitiam exercere, nisi præter modum iniuria afficiatur? Hæc sunt meæ apud vos defensionis argumenta, vera, & iusta, laude potiùs, vt mihi persuadeo, quàm odio digna. Quod ad hoc donarium attinet, iam tempus est vt audiatis, vnde & qua ratione taurum hunc compàraui, non elocata statuarij opera. Neque enim tam sum demens, vt huiusmodi possessiones oprem. Sed Perilaus nostras, artifex quidem egregius, homo verò improbus, cùm à mea sententia longè aberrasset, existimauit se rem mihi gratam facturum, si nouum aliquod supplicij genus excogitasset, quasi modis omnibus supplicium de reis sumere cuperem. Is bouem fabricatum mihi attulit, visu pulcherrimum, & ad veri bouis imaginem accuratissimè expressum. Tantùm illi motus, & mugitus deerant, quo minùs viuus esse putaretur. Illo viso statim exclamaui, dignum Pythio munus: mittendus ad Deum hic taurus. Tum Perilaus astans, quid si, inquit, nosses qua sit arte compositus, & quem in

A B C D E

σοφίαν τὴν ἐν αὐτῷ, καὶ τὴν

χρείαν, ἵν' παρέχεται; καὶ ἀνοίξας ἅμα τὸν ταῦρον κατὰ τὰ νῶτα, ἵν' πυκάζειν κολάζειν ἐθέλῃς, ἐμβιβάσας εἰς τὸ μηχάνημα τοῦτο, καταχλείσας, προστιθέναι μὲν τοὺς αὐλοὺς τοῖσδε πρὸς τοὺς μυκτῆρας τοῦ βοός, πῦρ δ' ὑποκαίειν κελεύειν. καὶ ὁ μὲν, οἰμώξεται, καὶ βοήσεται, ἀλλοκότοις ταῖς ὠδῖσιν ἐχόμενος, ἡ βοὴ δ', διὰ τῶν αὐλῶν μέλη σοι ἀποτελέσει, οἷα λιγυρώτατα, καὶ ἐπαυλήσει θρηνώδη, καὶ μυκήσεται γοερώτατον, ὡς τὸ μέν, κολάζεσθαι, σὲ δὲ, τέρπεσθαι μεταξὺ καταυλούμενον. ἐγὼ δ' ὡς τοῦτ' ἤκουσα, ἐμυσαχθέμην τὴν κακομηχανίαν τοῦ ἀνδρός, καὶ τὸ σπήλαιον ἐμίσησα τοῦ κατασκευάσματος, καὶ οἰκείαν αὐτῷ τιμωρίαν ἐπέθηκα. καὶ ἄγε δὴ ἔφλα ὦ Περίλαε, εἰ μὴ κενὴ ἄλλως ὑπόσχεσις ταῦτά ἐστι, δεῖξον ἡμῖν αὐτὸς εἰσελθὼν, τὴν ἀλήθειαν τῆς τέχνης, καὶ μίμησαι τοὺς βοῶντας, ἵν' εἰδῶμέν σε καὶ ἃ φῂς μέλη, διὰ τῶν αὐλῶν φθέγγεται. πείθεται μὲν τούτοις ὁ Περίλαος. ἐγὼ δ', ἐπεὶ ἔνδον ἦν, καταχλείσας αὐτὸν, πῦρ βαλὼν εἶπον τὸν ἄξιον μισθὸν ἦν ὁ δολόπαλος τῆς μουσικῆς

Τῷ δ' ἑτέρῳ, ἐπειδὴ καὶ τοῦτο ἤκηκόει, ὡς ἐρομένου τὸ πέμψαντος, εἴτε μοι πλεῦσαι ἐπ' Ἰταλίαν, εἴτε πεζοπορῆσαι λῷον, ἀπεκρίνατο ὅδεν πρὸς τ' Ὅμηρον,

Aliàs rursum cùm nec adesset quispiam, nec omnino tale quid esset, citra carmen elocutus est. Redito vnde veniſti. Nam qui te misit, à vicino Diocle hodie est interemptus, cùm Magnus, Celer, & Bubalus latrones adueniſſent, qui comprehẽsi iam detinentur in vinculis. Nunc etiam accipe pauca quædam quæ mihi ipſe respõdit. Cùm scisciterer essetne caluus Alexander: & libellos accuratè & palam obsignassem: responsum nocturnũ subscribitur, Sarbardalachi Malach Attis alterat. Rursum cùm diuersis libellis eandem rogationem proposuissem, Cuias poëta Homerus, id que modo atque alio nomine, alterum eundem subscripsit, à puero meo deceptus, qui interrogatus quorsum veniſset, remedium, inquit, petam aduersus lateris dolorem.

Cytmide te iubeo, & Latona rore perungi.

Alteri verò, quoniam à me missum consultorem audiuerat scisciſcantem, vtrum mihi in Italiam naui, an pedibus contendere satius esset, respondit, nihil quidem quod ad Homerũ attineret.

Μη σύ γε πλωίμοις πεζὸν ἢ καθ' οἶμον ὄδευε.

Carpe viam pedibus, rate ne sulcaveris undas.

Πολλὰ γὰρ τοιαῦτα καὶ αὐτὸς ἐπεμηχανησάμην αὐτῷ, οἷον καὶ ἐκεῖνο μίαν ἐρώτησιν ἐπερωτήσας, ἐπιχαλκᾶ τῷ βιβλίῳ κατὰ τὸ ἔθος, τῶν δίκην χρησμοὶ ὀκτὼ, ψευσαμένου τι ὄνομα, καὶ τὰς ὀκτὼ δραχμὰς, καὶ τὸ γιγνόμενον ἔπι τούτοις πέμψας. ὁδὶ, πιστεύσας τῇ ἀποπομπῇ τοῦ μισθοῦ, καὶ τῇ ἐπιχαφῇ τοῦ βιβλίου, περὶ μίαν ἐρώτησιν, ὧν αὐτὸς, πότε ἁλώσεται ὁ γραμματεὺς Αλέξανδρος, ὀκτώ μοι χρησμοὺς ἔπεμψεν, οὔτε γῆς φασιν, οὔτε οὐρανοῦ ἀπορρήτους, ἀνοήτους δὲ, καὶ δυσνοήτους ἅπαντας. ἄλλως τε ὑστερεῖν αἰδούμενος, καὶ ὅτι Ρουτιλιανὸν ἐγὼ ἀπέτρεπον τοῦ γάμου, καὶ τοῦ παιᾶ περισπεύδειν ἐς τὸ χρησμεῖα ἐλπίσιν, ἐμίσει μὲ τὸ εἰκὸς, καὶ ἐχθιστον ἡγεῖτο. καί ποτε ὅτι ἐμοὶ ἐγκλήμα τῷ Ρουτιλιανῷ, ἔφη,

Νυκτιπλανοῖς ὀάρεσι χαίρει, κοίτοις τε δυσζύγοις.

Καὶ ὅλως, ἐχθιστος εἰκότως ἦν ἐγώ. καὶ πρὶν εἰσελθόντα με ἐς τὴν πόλιν πυθέσθαι, καὶ ἔμαθεν ὡς ἐκεῖνος εἴην ὁ Λουκιανὸς,

Multa id genus aduersus ipsum sum machinatus, quale & illud, quum proposita vnica interrogatione, pro more inscripsi libro, cuiusdam rogationes octo, nomen aliquod ementitus, missis octo drachmis, quódque ad eas præterea accedit. Sed hic persuasus missa mercede, & libri inscriptione, ad rogationem vnam, quæ hæc erat quando deprehendendus esset impostor Alexander, octo misit oracula, quæ neque cœlum, quod aiunt, neque terram attingerent, verùm insulsa, & difficilia intellectu omnia essent. Quod cùm postea persensisset, præterea me Rutillianum à matrimonio dehortari conatum esse, & suasisse ne suas spes in diuinatione prorsus reponeret: odio me prosequebatur, vt par erat, sibique acerrimum hostem iudicabat. Et Rutilliano de me aliquando percontanti, respondit.

Nocti magis gaudet scortis, parcéque cubili.

In summa, iure me inuisissimũ habebat. Proinde cũ me in oppidũ aduenisse sensisset, illúmq; Lucianũ esse cogno-

ἐπηγόμην ὄν καὶ στρατιώτας δύο, λογχοφόρον, καὶ κοντοφόρον παρὰ τοῦ ἡγουμένου τῆς Καππαδοκίας, φίλου τότε ὄντος λαβὼν, ὡς με παραπέμψειαν μέχρι τῆς θαλάττης, αὐτίκα μεταστέλλεται δεξιῶς πάνυ, καὶ μετὰ πολλῆς φιλοφροσύνης. ἐλθὼν οὖν ἐγὼ, καταλαμβάνω πολλοὺς περὶ αὐτόν. συνεπηγόμην δὲ καὶ τοὺς στρατιώτας τύχη τινὶ ἀγαθῇ. καὶ ὁ μὲν, περιστειλέ μοι κύσαι τὴν δεξιάν, ὥσπερ εἰώθει τοῖς πολλοῖς. ἐγὼ δὲ περιφυὲς ὡς φιλήσων, δήγματι χρησῷ πάνυ μικρῷ δεῖν χωλὸν αὐτῷ ἐποίησα τὴν χεῖρα. οἱ μὲν οὖν παρόντες, ἔσχειν με, καὶ παίειν ἐπειρῶντο, ὡς ἱεροσύλον. καὶ πρότερον ἔτι ἀγανακτήσαντες ὅτι Ἀλέξανδρον αὐτὸν, ἀλλὰ μὴ περφήτην περσεῖπον. ὁ δὲ, πάνυ γλυκέως χαρτερήσας, κατέπαυέ τε αὐτοὺς, καὶ ὑπεχώρει πᾶσαν, μᾶλλον ἀποφανεῖν, καὶ δείξειν τὴν Γλύκωνος ἀρετὴν, ὅτι καὶ τοὺς πάνυ βαχχωμένους, φίλους ἀπεργάζεται. καὶ μετασημάμενος ἅπαντας, ἐδίκαιολογεῖτο πρός με, λέγων πάνυ μὲ ἡδέως καὶ τὰ ὑπ' ἐμοῦ Ρουτιλλανῷ συμβουλευόμενα

uisset (adduxeram autem milites duos, alterum lancea, alterum conto armatũ, quos à Cappadociæ præside mihi tum amico acceperam, quò me ad mare vsque deducerent) accersit ilico, comiter admodum, magnáque cum humanitate. Ego cùm adueniſſem, complures apud illum reperio. Porrò mecum etiam milites, quod bene vertit, adduxeram. Tum ille manum mihi porrigit osculandam, vt vulgo conſueuerat. Ego admotus, tanquam oſculum daturus, acri morſu corripio, ita vt parum abfuerit, quin mancam illi manum reddiderim. Itaque qui aderant, ſtrangulare me, & cædere conati ſunt, vt ſacrilegum: priùs etiam indignati, quòd Alexandrum illum, non autem prophetam, compellaſſem. Sed id oppidò quàm generoſè ferens, compeſcebat ipſos, méque placidum facilè redditurum pollicebatur, virtutémque Glyconis oſtenſurum, qui ſæuiſſimorum etiam hominum amicitiam ſibi conciliat. Moxque ablegatis omnibus, mecũ expoſtulauit, aſſerẽs ſe ſcire quæ Rutilliano ſuaſiſſem:

καὶ τί παθὼν, ταῦτά με εἰργάσω, δυναίμην ἂν ἐμοῦ ἐπὶ μέγα προαχθῆναι παρ' αὐτῷ. κἀγὼ ἄσμενος ἤδη ἐδεχόμην τὴν φιλοφροσύνην ταύτην, ὁρῶν οἱ κινδύνου καθειστήκειν. καὶ μετ' ὀλίγον προῆλθον φίλος ἡγούμενος. καὶ τοῦτο οὐ μικρὸν θαῦμα τοῖς ὁρῶσιν ἔδοξεν, οὕτω μοι ῥᾳδίας ἡμοιβὰς μεταβολῆς. εἶτα δή μου ἐπιπλεῖν προαιρουμένου, ξένια, καὶ δῶρα πολλὰ πέμψας, μόνος ὢν σὺν τῷ Ξενοφῶντι ἔτυχον ὑπολυμαίνων, τὸν πατέρα, καὶ τοὺς ἐμοὺς ἐς Ἀμαστριν προύπεμπομένους, ὑπισχνεῖτο καὶ πλοῖον αὐτοῖς παρέξειν, καὶ ἐρέτας τοὺς ἀπάξοντας. κἀγὼ μὲν ᾤμην ἀπλοῦν τι εἶναι, καὶ δεξιόν. ἐπεὶ δὲ κατὰ μέσον τὸν πόντον ἐγενόμεθα, δακρύοντα ὁρῶν τὸν κυβερνήτην, καὶ τοῖς ναύταις τι ἀπολέγοντα, καὶ ἀγανὰς εἶχεν περὶ τῶν μελλόντων τὰς ἐλπίδας. ἐγὼ δὲ αὐτοῖς ἐπεκελευόμην τὸν Ἀλέξανδρον, ἀφαμώμενος, ῥίψαι ἡμᾶς εἰς τὴν θάλασσαν. ὅπερ εἰ ἐγένετο ῥᾳδίως αὐτῷ ἐπετελέσατο τὰ πρὸς ἐμέ. ἀλλὰ δακρύων ἐκεῖνος, ἔπεισε καὶ τοὺς συναύτας

ecquid me læsisset vt ista in se facerem, cùm sua opera possem apud illum magnas ad res promoueri. Quam equidem humanitatem accipiebam libenter, perspiciens quo in periculo constitutus essem: & paulo pòst factus illi amicus prodiui. Neque ijs qui videbant, res ea parum stupenda videbatur, quòd tam facilè fuissem cõmutatus. Postea cùm naui discedere statuissem, missis xenijs, donisque multis, solus autem cum Xenophonte eram, patre cũ reliquis meis in Amastrim præmisso, pollicetur & nauim præbiturum esse, & remiges qui nos aueherent. Quod quidem animo simplici, atque officioſè fieri censebam. Sed vbi iam in medio mari essemus, viderémque lachrymantem gubernatorem, & nautis nescio quid contradicentem, non bene de rerum mearum euentu sperare cœpi. Erat autem ipsis ab Alexandro mandatum, vt in altum prouecti, nos in mare præcipites darent. Quod si factum fuisset, facilè quod mecum gerebat bellum confeciſſet. Sed is qui lachrymabatur, connautas flexit, nequid in nos grauius patrarent.

καὶ πρὸς ἐμὲ ἔφη, ἔτη ἑξήκοντα ὡς ὁρᾷς ἀνεπιλήπτον βίον, καὶ ὅσιον πεπεβιωκὼς, ὃν ἂν βουλοίμην ἐν τούτῳ τῇ ἡλικίᾳ καὶ γυναῖκα, καὶ τέκνα ἔχων, μάταια φόνῳ τὰς χεῖρας, δηλῶν ἐφ' ὅτῳ ἡμᾶς ἀνείληφε, καὶ τὰ ὑπὲρ τῆς Ἀλεξάνδρου πρεσβείας. καταθέμενος δ' ἡμᾶς ἐν Αἰγιαλοῖς, ὧν καὶ ὁ καλὸς Ὅμηρος μέμνηται, ὀπίσω ἀπήλαυνεν. ἔνθα ἐγὼ παραπλέοντας εὑρὼν Βοσπορανούς τινας πρέσβεις, παρ' Εὐπάτορος τοῦ βασιλέως εἰς τὴν Βιθυνίαν ἀπόντας ἐπὶ κομιδῇ τῆς ἐπιτεθουσιωτάξεως, καὶ διηγησάμενος αὐτοῖς τὰ πεισάντα ἡμᾶς κίνδυνον, καὶ δεξιῶς αὐτῶν τυχών, ἀναληφθεὶς ἐς τὸ πλοῖον, διασώζομαι ἐς τὴν Ἀμαστριν, παρὰ τοσοῦτον ἐλθὼν ἀποθανεῖν. τοὺντεῦθεν καὶ αὐτὸς ἐπικορυσσόμην αὐτῷ, καὶ πάντα κάλων κίνουν, ἀμυνάσθαι βουλόμενος, καὶ πρὸ τῆς ὀπιβουλῆς ἤδη μισῶν αὐτὸν, καὶ ἔχθιστον ἡγούμενος διὰ τὴν τοῦ τρόπου μιαρίαν, καὶ πρὸς τὴν καταγωγείαν ὡρμημένον, πολλοὺς συναγωνιστὰς ἔχων, καὶ μάλιστα τοὺς ἀπὸ Τιμοκράτους

Et sic me est alloquutus. Annos natus, vt vides, sexaginta, cùm anteactam vitam inculpatè, & piè exegerim, nolim in ætate tam grandi, præsertim cùm vxorem & liberos habeam, homicidio manus inquinare: indicans videlicet, cuius rei gratia nos suscepisset, quæque sibi mandasset Alexander. Expositis autem nobis in Ægialos, quorum etiam egregius Homerus meminit, iter relegit. Ibi fortè nactus præternauigantes legatos quosdã Bosporanos, Eupatoris regis nomine in Bithyniam proficiscentes, vt tributum annuum deportarent, periculum quod me circunsteterat narraui: tum sese commodos & faciles præbuerunt: quorum in nauim receptus, incolumis in Amastrim perueni, postquam parum abfuisset quin perijssem. Exinde aduersus eum arma sumebam, omnémque mouebam finem, quò hominem vlciscerer, quem iam ante structas insidias oderam, próque summo hoste ducebam, propter morũ impietatẽ. Iãque ad accusationẽ intẽderã animum, non paucis mecum facientibus, & maximè qui erant ex Timocratis Heracleotæ scola philosophi.

τῆς Ἡρακλεώτου φιλοσόφους.

ἀνὴρ ὁ τότε ἡγούμενος Βιθυνίας, καὶ τὸ πόντου, αὐτὸς ἐπέσχε, μονονουχὶ ἱκετεύων, καὶ ἀντιβολῶν παύσασθαι. διὰ γὰρ τὴν πρὸς Ρουτιλλιανὸν A
ξυνοικίαν, μὴ ἂν δύνασθαι ἐγὼ εἰ φανερῶς λάβοι ἀδικοῦντα, κολάσαι αὐτόν. οὕτω μὲ ἀνεκόπτετο τῆς ὀργῆς, καὶ ἀνεπαύετο, ἐπὶ ἐνδεεστέροις ὀφθαλμοῖς, ἢ οὕτω δικαίου διακειμένου. ἐκεῖνο δὲ πῶς οὐ μεγα ἐν τοῖς ἄλλοις τὸ τόλμημα τοῦ Αλεξάνδρου, τὸ αἰτῆσαι παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος μετωνομασθῆναι τὸ Αβωνου τεῖχος, καὶ Ιωνόπολιν κληθῆναι, καὶ νόμισμα χαλκοῦν ἐγκεχαραγμένον, τῇ μὲν, τὸ Γλυκωνος. τῇ δὲτερα δὲ, Αλεξάνδρου, σχήματά τε τοῦ παππου Ασκληπιοῦ, καὶ τὸν ἄρσενα ἐκεῖνον τοῦ παζομπτορος τοῦ Περσέως ἔχοντος; σφετερισάμενον δὲ διὰ χρησμοῦ περὶ ἑαυτοῦ, ὅτι ζήσεται ἐνιαυτοὺς αὐτῷ ὅτι πεντήκοντα. καὶ ἑκατὸν, εἶτα κεφαυτῷ βλήθεται, ἀποθανεῖν, οἰκτίρω τέλει, οὐδὲ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονὼς, ἀποθανεῖν, ὡς Ποδαλειρίου υἱὸς διαπεσὼν ἐπὶ πολὺ μέχρι τοῦ βουβῶνος, καὶ σκωλήκων ζέσας, ὅτε δὴ

Verùm qui tum Bithyniæ Pontóq; præſidebat nos cohibuit, pene ſupplicans & obſecrans vt deſiſteremus. etenim ob neceſſitudinẽ quę ſibi cum Rutilliano intercederet, nequaquam poſſe ſupplicio afficere, nec ſi manifeſto in crimine deprehẽdiſſet. Atque ita quidem ab iracundia deſtiti, méque repreſſi, rẽ æquam, apud judicem hoc modo affectum, aggredi non auſus. Sed quid? annõ & hoc inter alia facinus audax Alexandri: à principe Romanõ poſtulare, vt Aboni murus, commutato vocabulo Ionopolis appellaretur, vtque numiſma nouum figuaretur, altera quidem ex parte, Glyconis imagine, altera verò Alexandri, qui inſignia aui Æſculapij, & Perſei, vnde maternum genus ducebat, falcem teneret? Cæterùm cũ edito oraculo de ſe prædixiſſet, fatis decretum eſſe vi annos centum & quinquaginta viueret, dehinc fulmine ictus moreretur: interitu maximè miſerando, nondum ſeptuaginta natus annos, interijt, videlicet (vti conueniebat Podalirij filio) pede ad inguen vſque putrefacto, & vermibus ſcatens. Quo tempore etiam deprehenſum eſt, quòd eſſet caluus, καὶ ἐφερεν φαλακρὸς ὤν,

παρέχων τοῖς ἰατροῖς ἐπιφέρειν
αὐτῷ τὴν κεφαλὴν διὰ τὴν
ἀδηλίαν, ὃ οὐκ ἂν ποιῆσαι ἐδύ-
ναντο, μὴ οὐχὶ τὸ φενακικὸν ἀφη-
ρημένοις. τοιοῦτο τέλος τῆς Ἀλε- A
ξανδρείας τραγῳδίας. καὶ αὕτη
τοῦ παντὸς δράματος ἡ κατα-
στροφὴ ἐγένετο, ὡς εἰκάζειν προ-
νοίας τινὸς τὸ τοιοῦτο; εἰ δὲ μὴ, τῇ
τύχῃ συνίεσαν. ἔδει δὴ καὶ τὸν B
ἐπιτάφιον αὐτῷ ἄξιον γενέσθαι
τοῦ βίου, καὶ ἀγῶνα πρὸ συνήχ-
θαι ἐπὶ τῷ κτήσειον τῶν συ-
νωμοτῶν, καὶ γοήτων, ὅσοι
χορυφαῖοι ἦσαν, ἀνελθόντων C
ἐπὶ διαιτητὴν τὸν Ρουπιλλια-
νόν; τίνα χρὴ προκρίνῃ αὐ-
τῶν, καὶ διαδέξασθαι τὸ
μαντεῖον, καὶ στεφανωθῆναι τῷ
ἱεροφαντικῷ, προφητικῷ στέ- D
μματι. ἦν δὲ ἐν αὐτοῖς καὶ Παῖ-
τος ἰατρὸς τὴν τέχνην πολιό-
της ὤν, οὔτε ἰατρῷ πρέποντα,
ἔτε πολιῷ ἀνδρὶ ταῦτα ποιῶν.
ὁπηνίκα ὁ ἀγωνοθέτης Ρουπιλλια-
νὸς, ἀστεφανώτους αὐτοὺς ἀπέ- E
πεμψεν αὐτῷ, τὴν προφη-
τείαν φυλάττων μὴ τὴν ἐντεῦ-
θεν ἀπαλλαγήν. ταῦτα σοὶ φι-
λότης, ὀλίγα ἐκ πολλῶν δείγ-
ματος ἕνεκα γράψαι ἠξίωσα, καὶ
σοὶ μὲν χαριζόμενος, αὐδρὶ δὲ
ἑταίρῳ, καὶ φίλῳ, καὶ ὃν ἐγὼ

cùm medicis caput humectandum præberet, ad mitigandum cruciatum: quod haudquaquam, nisi detracto galericulo, facere potuissent. Hunc habuit exitum Alexandri tragœdia, atque hæc fuit totius fabulæ catastrophe: vt videri possit prouidentia quadam res esse gesta, quanquam casu sic euenit. Restabat illud, vt & epitaphium vita acta dignum illi fieret: nec non certamen aliquod statueretur, vt qui oraculo coniurarant, & quotquot insignes impostores erant, sese ad Rutillianum arbitrum conferrent, à quo pronunciaretur quis esset præferendus ad successionem oraculi suscipiendam, quis sacerdotali, propheticáque corona redimiendus. Inter hos erat Pætus, professione medicus, iam canus, qui ista nec medico, nec homini cano decora faciebat. At certaminis arbiter Rutillianus, eos demisit incoronatos, ipsi sibi diuinationem seruans, postquam hinc demigrasset. Hæc amice, ex multis pauca, exempli gratia scribenda putaui, vt tibi gratificarer, viro familiari & amico, & quem ego

πάντων μάλιστα θαυμάσας ἔχω, ὅτι τε σοφίᾳ, καὶ τῷ περὶ ἀλήθειαν ἔρωτι, καὶ τρόπου ἐπιεικείᾳ, καὶ γαλήνῃ βίου, καὶ δεξιότητι πρὸς τοὺς συνόντας. τὸ πλέον δ', ὅπερ καὶ σοὶ ἥδιον, Ἐπικούρῳ τιμωρῶν, αὐδεὶς ὡς ἀληθῶς ἱερῷ, καὶ θεσπεσίῳ τὴν φύσιν, καὶ μόνῳ μετ' ἀληθείας τὰ καλὰ ἠγωνικότι, καὶ παραδεδωκότι, καὶ ἐλευθερώτῃ τῶν ὁμιλησάντων αὐτῷ ἡγοῦμαι. οἶμαι δ' ὅτι καὶ τοῖς ἐντυχοῦσι, χρήσιμόν τι ἕξειν δόξει γράφων. τὰ μὲν διεξελέγχουσα, τὰ δ', ἐν ταῖς τῶν εὖ φρονούντων γνώμαις βεβαιώσα.

omnium maximè ſuſpicio, & propter ſapientiam, veritatiſque ſtudium, morúmque manſuetudinem & moderationem, atque ob vitæ tranquillitatem, & erga familiares humanitatem tuam. Tum etiam, quòd tibi fuerit iucundius, vt Epicurum vlciſcerer, virum verè ſacrum, ingenióque diuino, quique ſolus quæ verè ſunt honeſta nouerit, & tradiderit, liberóſque reddiderit eos, qui ſecum haberent conſuetudinem. Denique arbitror fore vt ijs qui legerint, nonnihil vtilitatis afferre hic libellus videatur: dum quædam redarguit: quædam in mentibus eorum qui bene ſentiunt, ſtabilit.

ΠΕΡΙ ΟΡΧΗΣΕΩΣ. DE SALTATIONE.

ARGVMENTVM.

Defendit hac Oratione ſaltandi artem Lucianus, contra Cratonem quendam, à quo ſtudium eius rei reprehendebatur, vt effeminatum ac molle, ac viro, præſertim philoſopho indignum. Colligit eiſdem honeſtatem ac dignitatem artis, Primùm ab antiquitate, multis ac variis exemplis oſtendens, quantum in vſu ſaltandi ſtudium veteribus fuerit, & quantopere eo omnes prope gentes iam inde ab initio delectata ſint, quibus item laudibus eam artem cum poeta tum alij quidam celebrarint. Confutata interim tragœdia, Comœdiaque præſtantia, quarum certamina atque actiones Crato ſaltationibus antepoſuerat. Deinde & præſtantiam artis à difficultate commendat, docens multarum ac variarum rerum peritum,

multisque tum ingenij tum corporis dotibus saltatorem praditum esse oportere. Inter quæ & effectum ac vim artis prosequitur, docens non oblectare tantùm eam, verùm & corporis agilitatem quandã excitare atque vtilem inde comparari, robúrque & vires augeri. Deinde & animi quandam sapientiam ac mores hominum formari. Idque exemplis tum philosophorum, tum barbarorum quorundam amplificat. Postremò & vitia saltatorum aliquot recenset, & præcipuè quantum noceat, vt aliàs, ita vel in primis in hac arte Cacozelia seu nimia affectatio, exemplis docet, qua res & ipsa ad difficultatem artis confirmandam pertinet. Exordium ab occasione sumitur. A quo mox Cratonis reprehensio sequitur, qui studium huius rei in Luciano reprehendit, à persona qualitate & modo rei, addita etiam amplificatione quadam à collatione, quam antequam ad rem accedit, Lucianus, ab ina qualitate vsitata, ipsúmque Cratonem indignè & absurdè facere ostendit, quia rem nec visam, nec cognitam, temerè reprehendat. Atque ita ad argumentum, illo auscultandi operam pollicente, descendit.

ΑΥΚΙΝΟΣ.

Πὴ τοίνυν ὦ Κράτων, δεινήν τινα ταύτην κατηγορίαν ἐν πολλῇ οἴμοι παρεσκευασμένος κατηγόρηκας, A ὀρχήσεών τε, καὶ αὐτῆς ὀρχηστικῆς, καὶ θεσσάτι ἡμῶνγε τ' χαιρόντων τῇ τοιαύτῃ θέᾳ, ὡς σὺ φαύλῳ, καὶ γυναικείῳ πράγματι μεγάλῳ σπουδὴν ποιουμένων, ἄκουσον ὅσον τοῦ B ὀρθοῦ διημάρτηκας, καὶ ὡς λέληθας σαυτὸν τοῦ μέγιστον τ' ἐν τῷ βίῳ ἀγαθῶν κατηγορῶν.

LVCIANVS.

Vandoquidem tu Crato, iam olim opinor acerba accusatione adornata, criminatus es saltationes, ipsámque saltãdi artem, insuper & nos qui huiusmodi spectaculo gaudemus, ac si in re friuola & muliebri multum operæ ponamus, audi obsecro, quantum à recto aberraris, & vt per imprudentiam rem omnium in vita humana optimam accusaris.

καὶ συγγνώμη σοι, οἱ ἐξαρχῆς
βίῳ ἀνχμηρῷ συζῶν, καὶ μόναν
τὸ σκληρὸν, ἀγαθὴν ἡγούμενος,
ὡς ἀπειρίας αὐτῶν, καταγνω-
είας ἄξια εἶναι νενόμικας.
Κεφ. ΑΡΗΣ δ' ἦτις ὢν ὦ λῶστε,
καὶ ταῦτα, παιδείᾳ σώφρο-
φος, καὶ φιλοσοφίᾳ τὰ μέτρια
ὁμιλήκως, ἀφθόνως ὦ Λυκῖνε
σὺ ὁρῶν τὰ ζηλότυπα σπουδάζειν,
καὶ τοῖς παλαιοῖς συνεῖναι,
καθῆσται καταυλούμενος, θη-
λυδρίαν ἀβρότητα ὀρῶν, ἐδῆσι
μαλακῶς, καὶ ἁσμασιν ἀκο-
λάστοις ἐναβρυνόμενον, καὶ μι-
μούμενος ἐρωτικὰ γυναῖα τὴ
πάλαι, τὰς μαχλοτάτας Φαί-
δρας, καὶ Παρθενόπας, καὶ
Ῥοδόπας τινάς, καὶ ταῦτα
πάντα ἅμα κρόμασι, καὶ τερ-
πόμασι, καὶ ποδῶν κρότῳ
καταγέλασα ὡς ἀληθῶς φρά-
σματα, καὶ ἥκιστα ἐλευθέρῳ ἁρ-
μόττοντα, καὶ οἷα σοὶ πρέποντα, ὥστε
ἔγωγε ἐνθυμοῦμαι ὡς ἐπὶ τοι-
αύτῃ θέᾳ σχολάζοις, οὐκ ἠδέσθη
σοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐπῄσθη,
τὸν Πλάτωνος, καὶ Χρυσίππου,
καὶ Ἀριστοτέλους ἐκλελοιπότα,
καθῆσθαι τὰ ὅμοια πεπονθὼς
τοῖς τὰ ὦτα πέρᾳ κνωμένοις.
καὶ ταῦτα, μυρίων ἄλλων
ἔτι ἀκουσμάτων, καὶ

Sed danda tibi venia, ſi aſperæ vitæ ab initio addictus, & ſolam auſteritatem optimam ratus, eas præ imperitia dignas accuſatione cenſuiſti.
Cæ. Cùm vir fies, ô optime, A
idque liberalibus diſciplinis innutritus, & in philoſophiæ ſtudijs mediocriter verſatus, remiſſo rerum ô Luciane, optimarum exercitio, & priſcorum commercio, ſedes tibiæ modulis aurem præbens, & hominem B
effœminatum ſpectans, mollibus veſtibus, & laſciuis cantilenis ſibi placentem, tum priſci ſæculi mulierculas amatorias imitantem nempe libidinoſiſſimas Phædras, & Parthenopas, & Rhodopas. Et hæc omnia cũ C
citharæ pulſationibus, eiúſque procacibus frequentamentis, & pedum ſtrepitu, reuera ridicula, nec ingenuum hominem, & qualis tu es, decentia. Quare quum ego certior ſum factus te huiuſmodi ſpectaculo vacare, non ſolùm me D
tui puduit, ſed etiam acerbè tuli quòd tu Platonis, & Chryſippi, & Ariſtotelis oblitus, ſedes eodem modo affectus quo quibus aures pẽna leniter fricãtur. Maximè vero cũ alia ſint innumera grauia & ſeria quæ audiri,

θεαμάτων τοιούτων, εἰ τούτων τὸ δίοιτο τῶν κυκλικῶν αὐλητῶν, καὶ τῶν κιθαρᾳ τὰ ἥννομα πεφθεγμένων. καὶ μάλιστα τὴν σεμνὴν βαρυῳδίας, καὶ τὴν φαιδροτάτης κωμῳδίας, ἅπερ καὶ ἐναγώνια εἶναι ἠξίωται. πολλῆς οὖν ὦ γυναῖκα τῆς ἀπολογίας τοι δεήσει πρὸς τοὺς πεπαιδευμένους, εἰ βέλει μὴ πάντα τὸν ἐκκεκρίσθαι, καὶ τὴν τῶν τοιούτων ἀγέλης ἐξελήλασθαι. καίτοι τό γε ἀμείνον ἐκεῖνό ὄζειν εἶναι, ἀρνήσει τὸ παῖ ἐπαιδάσθαι, καὶ μηδὲ πρὸ ἀρχῆς ὁμολογεῖν τι τοιοῦτον πεφθεγγομένη σοι. πρὸς δὴ τοῦτον, ἆρα ὅπως μὴ λάθῃς ἡμῖν ἐξ ἀνδρὸς τὸ πάλαι, λυδή τις, ἢ βάκχη γυμνάμενος. ὅπερ οὐ τὸν ἂν ἐκκλημα εἰκ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν, εἰ μή σε κῆρ τὸν Ὀδυσέα τῶν λωτῶν ἀποσπάσαντες, ὅπ τὰς συμφθεὶς διατειβὰς ἐπικάξομεν, πρὶν λάθῃς τελέως ὑπὸ τῶν ἐν τῷ θεάτρῳ σειρήνων καταγομένος. καίτοι ἐκεῖναι μέ, τοῖς σοῖ μύοις ἐπεβούλευον, καὶ διὰ τοῦτο κηρῷ ἐδέησε πρὸς τὸν παράπλουν αὐτῶν. σὺ δ', καὶ δι' ὀθαλμῶν ἔοικας ὅλως δεδουλῶσθ. Λυκι. παπαὶ δὴ Κράτων,

& spectari possint, siquis hæc requirat, nempe circumforanei tibicines, & qui ad citharam legibus consentanea canunt. Ac in primis grauis tragœdia, plenáque hilaritatis cõmœdia, quę spectaculis conuenire putarunt. Itaque, ô generose, multa tibi defensione opus erit apud eruditos, si nolis omnino secerni, & è virorum grauium grege expelli. Atqui istud mihi optimum factu videtur, vt his omnibus negatione medearis, nec initio, te tale quid deliquisse, fatearis. In posterum verò vide, ne imprudens ex viro quem olim egisti, nobis Lyde, vel Baccha fias. Quæ non modò tua, sed etiam nostra foret culpa, si non Vlyssis in morem à loto abstractum, ad consueta literarum studia te reduceremus, priusquam imprudens à Sirenibus in theatro excubantibus plenè occuperis. Verùm illæ quidem solis auribus insidiabantur, ideóque ad earum prætervauigationem opus fuit cera: tu verò per oculos in seruitutem redactus omnino videris. Luc. Papæ ô Craton

ὡς χαρίεν τινα ἔλυσας ἐφ' ἡμᾶς τὸν σαυτῆ κύνα. πλὴν τό γε παράδειγμα τὸ τῶν Λωτοφάγων, καὶ σειρήνων εἰκόνα, πάνυ ἀνομοιοτάτην μοι δοκεῖς εἰρηκέναι, ὧν πέπυσθα παρ' ὄσον, τοῖς μὲ τὸ λωτὸ γευσαμένοις, καὶ τῶ σειρήνων ἀκούσασιν, ὀλέθρος ἦν ἡ τε ἡδονὴ, καὶ ἡ ἀκροάσεως τύπτημον. ἐμοὶ δ', πρὸς τῷ τὴν ἡδονὴν παραπολὺ ἡδίω πεφηνέναι, καὶ τέλος ἀγαθὸν ἀποβῆναι. οὐ γὰρ εἰς ἀπαιδίαν τῶν οἰκοι, οὐδ' εἰς ἀγνωσίαν τῶν κατ' ἐμαυτὸν πεπτωκέναι, φῆ· εἰ χρὴ μηδὲν ὑπόπτως εἰπεῖν, μακρῶ πυνθανόμενος, καὶ τῶ ἐν τῶ βίω διοφθαλμώτερος, ἐν τῶ θεάτρου ἐπανελήλυθα. μᾶλλον δὲ τὸ τῆς Ὁμήρου αὐτὸ εἰπεῖν καλὸν, ὅτι ὁ τοῦτο ἰδὼν τὸ θέαμα, τερψάτω νοῦς, καὶ πλείστα εἰδώς. Κρά. Ἡράκλεις ὦ Λυκῖνε, οἷα πέπονθας. ὃς οὐδ' αἰσχύνῃ ἐπ' αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ σεμνυνόμενος ἔλεγες. τὸ γοῦν δεινότατον τοῦτό ἐστιν, ὅτι μηδὲ ἰάσιμόν τινα ἡμῖν ὑποφαίνεις ἐλπίδα, ἐπανιέναι πολλῶν τὰ ἄτοπα αἰσχρὰ, καὶ καταπύστα. Λυκ. εἰπέ μοι ὦ Κράτων, ταυτὶ δὲ

quàm aſperum canem tuum in nos ſoluiſti. Cæterùm hoc exemplum, puta ſumptam à Lotophagis, & Sirenibus ſimilitudinem, ab ijs quæ mihi acciderunt prorſus diſcrepantem mihi videris adduxiſſe. Etenim ij qui lotum guſtaſſent, & Sirenas audiuiſſent, in manducationis & auditionis pœnam, exitio mulctabantur. Mihi verò, præterquam quòd longè iucundiſſimam voluptatem percepi, bonus etiam exitus euenit. Non enim in rerum domeſticarum, propriarúmque facultarum ignorationem delapſus ſum, ſed ſi audacter eſt dicendum, longè prudentior, & in rebus humanis perſpicacior ex theatro rediui. Quin potiùs illud Homeri ſcitè dixeris, quòd cui viſum eſt illud ſpectaculum,

Multorum quarum, ſimul obiecta animabus.

Cra. Hercle Luciane, quo affectus es modò, cùm te iſtorum non pudeat, ſed his gloriari videaris. Quare illud hac in re eſt grauiſſimum quòd nullam curationis ſpē nobis facis, qui laudibus efferre audeas tā turpia, & execranda. *Luc.* Dic mihi Crato, nū ſæpe viſis quæ in ſalta-

πιεὶ ἀρχήσεως, καὶ τῶ ἐν τῷ

διάζω γυμνῶν ἰδὼν, πολλάκις αὐτὸς ὀπτιμᾷς, ἢ ἀπείρατος ὢν τοῦ θεάματος, ὅμως αἰσχρὸν αὐτὸ καὶ καταπύγον ὡς φὴς νομίζεις; εἰ μὲ γὰ εἶδες, ἴσον ἡμῖν ἂν σὺ γένοιτο. εἰ δ' μὴ, ὅρα μὴ ἄλογος ἡ ὀπτίμησις εἶναι σου δοκῇ, καὶ θρασεῖα, κατηγορῶντος, ὧν ἀγνοεῖς. Κρα. ἔτι γὰ τοῦτο μοι τὸ λοιπὸν ἦν ἐν βαθεῖ τούτῳ πώγωνι, καὶ πολιᾷ τῇ κόμῃ, καθῆσθαι μέσον ἐν τοῖς γυναίοις, καὶ τοῖς μεμηνόσιν ἐπαίνοις θεατῶν, κροτοῦντά τε, θορυβοῦντα, καὶ ἐπαίνοις ἀπρεπεστάτοις ὑπερῳδοῦντα, ὀλέθρῳ τινὶ ἀθρόῳ εἰς οὐδὲν δέον καταπλωθύω; Λυκι. συγγνωστά σου ταῦτα ὦ Κράτων. εἰ δέ μοι πειθοῖο ποτὲ, καὶ ὅσον πέρας ἕνεκα παρέχοις ἑαυτὸν, ἀναπετάσας τοὺς ὀφθαλμοὺς, εὖ οἶδα ὡς ἂν ἀνάσχοιο ἄν, μὴ οὐχὶ θᾶττον τῶν ἄλλων θέαν ἐν ὑπτιδείῳ καταλαμβάνων. ὅθεν καὶ ὄψει ἀκριβῶς, καὶ ἀκουσῃ ἅπαντα. Κρα. μὴ ὦν σιν ἀρα ἱκοίμην, εἰ τοιοῦτον ἀναρίθμιον ποτὲ, ἐς ἀδὺς τε εἶμι τὰ πέλη, καὶ τὸ ἡδιον ἀπερίπλοτος, ὡς γωῖγε καὶ σὲ ἤδη ἐλεῶ, τελέως ἤδη ἐκβεβακχευμένον.

tione, & theatro geruntur, ea vituperas, an verò ſpectaculi ignarus, illud tamen, vt ais, turpe & execrandum eſſe ducis? Si enim vidiſti, par nobis hac in re euaſiſti. Sin minùs, vide ne iniqua & temeraria videatur increpatio tua, qui ignota tibi crimineris. *Cra.* Ergo hoc mihi adhuc ſupererat, vt cum tam promiſſa barba, caniſque crinibus, ſederem inter mulierculas, & inſanientes illos ſpectatores, applaudens, & laudibus indecentiſſimis acclamans homini perdito nullum in vſum fracto? *Luc.* Hæc tibi ignoſcenda Crato. Probè tamen ſcio, ſiquando mihi crederes, téque expanſis oculi, tantillum experiendi gratia ſpectatorem præberes, nihil tibi futurum eſſe antiquius, quàm vt locum occupares commodum, vnde ſpectaculum accuratè cernere, omniáque audire poſſes. *Cra.* Nunquam ego venuſtatem conſequar, ſiquid huiuſmodi ſuſtinuero vnquam, donec cruribus ſim hirſutis, incomptáque barba, vt me tui nunc miſeret, modis omnibus inſanientis.

Λυκι. βούλει οὖν ἀφέλιμος
ὦ ἑταῖρε τ βλασφημιῶν τού-
των, ἀκοῦσαί μου τι περὶ ὀρ-
χήσεως λέγοντος, ἢ τῶν ἐν
αὐτῇ καλῶν, ἢ ὡς οὐ τερπνὸν
μόνον, ἀλλὰ ἢ ὠφέλιμός ὅτι
τοῖς θεωμένοις, ἢ ὅσα παιδεύει,
ἢ ὅσα διδάσκει, ἢ ὡς ῥυθμίζει
τ ὁρώντων τὰς ψυχὰς, καλ-
λίστοις θεάμασιν ἐγγυμνάζουσα,
ἢ ἁρμονίαν ἀκουσμάτων ἐνδια-
τείνουσα, καὶ κοινόν τι ψυχῆς
ἢ σώματος κάλλος ἐπιδεικνυ-
μένη; τὸ γὰρ καὶ μὴ μουσικὴν,
ἢ ῥυθμοῦ ταῦτα πάντα πεῖν
οὐ φόρος ἂν οὐδεὶς, ἀλλ' ἔπαι-
νος ἂν εἴη. Κρα. ἐμοὶ μὲν
παύου ὁρῶν μεμηνότος ἀνθρώ-
που ἀκροᾶσθαι, τὸν νόσον δ'
αὐτῶ ἐπαινοῦντος. σὺ δ', εἰ
βούλει λῆρον τινα κατασκε-
δάσαι μου, ἕτοιμος φιλικῶ
τούτῳ λειτουργεῖν ὑπάρχειν, καὶ
παρέχειν τὰ ὦτα, ἢ ἄνευ
κακῶ παρέχουσιν τῶν φαύλων
ἥδιστ' ἀκούειν. ὥστε ἤδη σιγήσο-
μαί σοι. καὶ λέγε ὁπόσα ἐθέ-
λοις, ὡς μὴ δ' ἀκούοντός τινος. Λυκ. εὖγε ὦ Κρά-
των. καὶ τούτου ἐλπίζω μᾶλ-
λον, εἰσὶ γὰρ κατ' ὀλίγον εἰ λῆ-
ρος εἶναί σοι δόξει τὰ λεχθησό-
μενα, ἢ παρ' ὃν γε οἶκεν ποιῆ

Luc. Vis ergo, amice, omissis conuitijs istis, attendere mihi nonnihil de Saltatione dicenti, deque ijs quæ ipsi insunt decora, A vtque spectantibus non modò est iucunda, sed etiam vtilis, tum quarum rerum peritiam, tum quarum doctrinam præbet, & vt aptè spectantium mentes componat, pulcherrimis spectaculis se exercens, & B dandis præceptis optimis operam ponens, & communem quandam animæ & corporis pulchritudinem ostendens? Etenim quo ? hæc omnia facit cum Musica, & modulis, non vitio sed laudi tribuendum. *Cra.* Mihi quidem haudquaquam vacat hominem insanientem, C suúmque morbum laudantem audire. Verùm si velis me nugis inanibus conspergere, paratus sum in hoc officioſè tibi inſeruire, & aures præbere, cùm sine cera res malas audire possim. D Quare tibi silentium impertiam: dic verò quicquid libuerit, ac si nemo audiat. *Luc.* Rectè profectò, Craton: & hoc expectabam maximè. Nam breui cognoſces an quæ dicentur, nugæ tibi sint censendæ. Ac E primùm quidem omnino

ignorare

ἀγνοεῖν μοι δοκεῖς ὡς ὁ νεώτερον τὸ τῆς ὀρχήσεως ἐπιτήδευμα τοῦτο ὄν, οὐδ' ἧς χθὲς, καὶ πρώην ἀρξάμενον, οἷον τῶν προπατόρων ἡμῶν, οὐ τὸν ἐκείνων, οὐδ' οἶμαι παλαιότατα ὀρχήσεως πέρι γνωσιλογοῦντες, ἅμα τῇ πρώτῃ γενέσει τῶν ὅλων φασὶν αὖ σοι καὶ ὀρχησιν ἀναφῦναι, τῷ ἀρχαίῳ ἐκείνῳ ἔρωτι συναναφανεῖσαν. ἡ γοῦν χορεία τῶν ἀστέρων, καὶ ἡ πρὸς τὸν ἀπλανεῖς τῶν πλανήτων συμπλοκὴ, καὶ εὔρυθμος αὐτῶν κοινωνία, καὶ ἐναρμόνιος ἁρμονία, τῆς πρωτογόνου ὀρχήσεως δείγματά ἐστι. κατ' ὀλίγον δ' οὐξανομένη, καὶ τῆς πρὸς τὸ βέλτιον ἀεὶ προδύκης τυγχάνουσα, νῦν ἔοικεν ἐς τὸ ἀκρότατον ἀποτετελέσθαι, καὶ γεγηθυῖαν ποικίλον τι, καὶ παντάμοιρον, καὶ πολύμουσον ἀγαθὸν. πρῶτον δέ φασι Ῥέαν ἡδεῖσαν τῇ τέχνῃ, ἐν Φρυγίᾳ μὲν, τοὺς Κορύβαντας, ἐν Κρήτῃ δ', τοὺς Κουρῆτας ὀρχεῖσθαι κελεῦσαι. καὶ οὐ τὰ μέτρια ὤνατο τῆς τέχνης αὐτῶν. οἱ γὰρ περιορχούμενοι, ἐλεοῦσαν αὐτῇ τὸν Δία, ὥστε καὶ σῶσαι ἐκ τοῦ πρὸς ὁμολογοῦν αὐτοῖς, ἀφιγνῶ διὰ τὴν αὐτῶν

ignorare mihi videris, non nouam esse hanc artem Saltationis, nec heri, vel pridiè natam, puta maiorum nostrorum, aut proauorum memoria. Sed qui quàm verissimè Saltationis ortum docuerunt, affirmant simul cum prima rerum vniuersitatis generatione Saltationem ortam esse, & cũ Amore vetustissimo illo Deo in lucem prodijsse. Etenim ipsa syderum chorea, & stellarum errantium cum non errantibus coniunctio, earúmque concinna communio, & constans harmonia, Saltationis illius primigeniæ sunt indicia. Quæ paulatim incrementa capiens, & in dies additionem in melius obtinens, nũc summam perfectionem videtur attigisse, & in varium quoddam, omnino cõcinnum, multiplicisque scientiæ Bonum euasisse. Primum autem dicunt Rheam hac arte delectatam, in Phrygia quidem, Corybãtas, in Creta verò, Curetas saltare iussisse. Neque parum ars eorum illi profuit: quippe circumsaltantes seruarũt illi Iouem, ita vt ipsis mercedem salutis debere se Iuppiter confiteatur, siquidem per saltationem illorum paternos dẽtes effugit.

ἐν ὅπλοις ἦ αὐτῶν ἡ ὄρχησις
λεῖ, τὰ ξίφη μεταξὺ κροτούν-
των πρὸς τὰς ἀσπίδας, ἢ πη-
δώντων ἔνθεόν τι, καὶ πολεμι-
κόν. μετ' ἦ, Κρητῶν οἱ κράτι-
στοι ἐνεργῶς ὀρχησάμενοι
αὐτὸ, ἀρίστοι ὀρχησταὶ ἐνομίσθη-
σαν, οὐχὶ οἱ ἰδιῶται μόνον, ἀλλὰ
καὶ οἱ βασιλικώτεροι, καὶ σπου-
δεῖν ἀξιώσαντες. ὁ γοῦν Ομη-
ρος τὸν Μηριόνην οὐκ αἰσχύνε-
ται βωλόμολον, ἀλλὰ κοσμήσας,
ὀρχηστὴν ἐποίησε. καὶ οὕτως
ἀρα ἐπίσημος λεῖ, καὶ γνώριμος
ἅπασιν ἐπὶ τῇ ὀρχηστικῇ, ὥστε
οὐκ οἱ Ελληνες μόνον ταῦτα
ἐπῄσαντο περὶ αὐτὸ, ἀλλὰ καὶ
οἱ Τρῶες αὐτοὶ, καίτοι πο-
λέμιοι ὄντες. ἑώρων γὰρ οἶμαι
καὶ τότε ἐν τῷ πολεμεῖν αὐ-
τῶν κουφότητα, καὶ εὐρυθμίαν,
λεῖ δὲ ὀρχήσεως ἐπέκτητο. φησὶ
γοῦν τὰ ἔπη οὕτως πως, Μηριόνη,
τάχα κέν σε καὶ ὀρχηστὴν ἐν
ἑαυτῷ, Ἔγχος ἐμὸν κατέπαυσε.
καὶ ὅμως οὐ κατέπαυσεν αὐ-
τόν. ἔτι γὰρ ἠσκημένος ἐν τῇ
ὀρχηστικῇ, ῥᾳδίως οἶμαι διεδί-
δρασκε τὰς ἐπ' αὐτὸν ἀφέ-
σεις τῶν ἀκοντίων. πολλοὺς γοῦν
καὶ ἄλλους τῶν ἡρώων εὑρεῖν
ἔχων τοῖς αὐτοῖς ἐγγυμνασ-
σομένους, ἢ τύχῃ τὸ πρᾶγμα

Saltabant autem armati, & gladios ad ſcuta collidebant interim, & furibundum bellicúmque quiddam ſaliebant. Mox Cretenſium præſtantiſſimi, ſummo ſtudio idem exercentes, optimi ſaltatores euaſêre, non tantùm homines priuati obſcuro loco orti, ſed & nobiliores ac primates. Quare Homerus non quòd Merionem fugillare, ſed laudis ornamento decorare vellet, Saltatorem compellauit: qui eò claritudinis & notitiæ apud omnes venit ob ſaltandi peritiam, vt hæc non Græci ſolùm, ſed & ipſi Troiani, quanquam hoſtes, de illo comperta haberent. Videbant enim, vt puto, eius in bellando agilitatem, concinnúmque motum quē ex ſaltatione acquiſierat. Verſus Homeri ſic loquuntur. *Tu mea, Merione, quanquam ſaltare peritum, Haſta citò ſtraniſſet.* Nec tamen ipſum proſtrauit. Etenim vt pote in ſaltandi arte exercitatus, facilè, opinor, contorta in ſe iacula deuitabat. Et quanquam complures heroës recenſere poſſem in hoc ſtudio exercitatos, qui ex eo artem fecerunt, vnũ puto ſufficere

πεπυημένοις, ἱκανὸν ἡγοῦμαι

τὸν Νεοπτόλεμον, Ἀχιλλέως μὲν παῖδα ὄντα, πάνυ δὲ διαφέροντα ἐπὶ τῇ ὀρχηστικῇ, καὶ εἶδος τὸ καλλίστου αὐτῇ προσγενόμενον, Πυρρίχιον ἀπ' αὐτοῦ κεκλημένον. καὶ ὁ Ἀχιλλεὺς ταῦτα ἀκούσας τὸ παιδὸς πυθόμενος ἦθος, μᾶλλον ἔχαιρεν οἶμαι, ἢ ὅτι τῷ κάλλει. καὶ τὴν ἄλλην ἀλκὴν αὐτοῦ. τοιγαροῦν πλὴν Ἰλίου τῶν ἀνάλωτον οὖσαν, ἣ ἐκείνου ὀρχηστικὴ κατέλαβε, καὶ εἰς ἔδαφος κατέῤῥιψε. Λακεδαιμόνιοι μὲν, ἄριστοι Ἑλλήνων εἶναι δοκοῦντες, παρὰ Πολυδεύκους, καὶ Κάστορος καρυατίζειν μανθάνοντες, ὀρχήσεως ἧς τὸ εἶδος, ἐν Καρύαις τῇ Λακωνικῇ διδασκόμενον, ἅπαντα μὴ μουσῶν ποιεῖσθαι, ἄχρι τοῦ πολεμεῖν πρὸς αὐλὸν, καὶ ῥυθμὸν, καὶ ἔντακτον βῆμα τοῦ ποδός. καὶ τὸ πρῶτον σύνθημα Λακεδαιμονίοις πρὸς τὴν μάχην ὁ αὐλὸς ἐνδίδωσι. τοιγαροῦν καὶ ἐν ἅπασι τοῖς ἀπάντων, μουσικῆς αὐτοῖς, καὶ εὐρυθμίας ἠκριβωμένης. ἴδοις δ' ἂν καὶ τοὺς ἐφήβους αὐτῶν οὐ μεῖον ὀρχεῖσθαι, ἢ ὁπλομαχεῖν μανθάνοντας. ὅταν γὰρ ἀκροχειρισάμενοι, καὶ πώσαντες ἀλλήλους, καὶ παίσαντες, ἐν τῷ μέρει παύσωνται,

Neoptolemum Achillis filium, qui Saltandi arte præcelluit, eſque ſpeciem pulcherrimam addidit, Pyrrichiam ab ipſo denominatam. Quibus de filio auditis Achilles, magis vt opinor, eſt gauiſus, quàm ob illius pulchritudinem & robur. Quare Ilium quod hactenus fuerat inexpugnabile, hæc illius ſaltandi induſtria diruit, & ſolo æquauit. Lacedæmonij quoque, qui Græcorum cenſebantur præſtantiſſimi, cùm ex Polluce & Caſtore didiciſſent caryatiſſare (quod ſaltationis genus Caryis vrbe Laconiæ docebatur, omnia cum cantu faciebant, adeò vt ad tibiarum modulos, & rythmum, moderatúmque pedis ingreſſum prælia committere ſolerent. Ac primùm quidem conſerendarum manuum ſignum Lacedæmonijs tibia dabatur. Proinde duce Muſica, & modulorum concinnitate, victoriam de omnibus reportabant. Vidiſſes autem eorum adoleſcentes, non minùs ſaltandi artem, quàm armis pugnandi rationem diſcere. Cùm enim ſummis digitis colluctari, ac ſe mutuò cædere deſiiſſent,

εἰς ὄρχησιν αὐτοῖς ἡ ἀγωνία τελευτᾷ. καὶ αὐλητὴς μέ, ἐν τῷ μέσῳ κάθηται ὑπαυλῶν, καὶ κτυπῶν τῷ ποδί. οἱδὲ, κύκλῳ σχηματισθέντες ἀλλήλοις ἐπόμενοι, σχήματα παντοῖα ἐπιδείκνυνται πρὸς ῥυθμὸν ἐμβαίνοντες, ἄρτι μὲν πολεμικὰ, καὶ μετ' ὀλίγον ὑπ' ἐρωτικὰ, ἃ Διονύσῳ καὶ Ἀφροδίτῃ φίλα. τοιγάρτοι καὶ τὸ ἆσμα, ὃ μεταξὺ ὀρχούμενοι ᾄδουσιν, Ἀφροδίτης ἐπικλησίς ἐστι, καὶ ἐρώτων, ὃς συγκωμάζουσιν αὐτοῖς, καὶ συνορχεῖται. καὶ διδάσκαλος μέν τις τῶν σχημάτων, εἷς μὲν ᾄδεται, διδασκαλίαν ἔχει ὡς χρὴ ὀρχεῖσθαι. πρῶρα γάρ φασιν ὦ παῖδες πόδε μετάβατε, καὶ κωμάσατε βλίτον. τοῦτ' ἔστιν, ἄμεινον ὀρχήσασθε. ὅμοια δὲ καὶ οἱ τὸν ὅρμον καλούμενον ὀρχούμενοι ποιοῦσιν. ὁ δὲ ὅρμος, ὄρχησίς ἐστι καινὴ ἐπιβάντων τε, καὶ παρθένων, παρ' ἕνα χορευόντων, καὶ ὡς ἀληθῶς ὅρμῳ ἐοικότων. καὶ ἡγεῖται μὲν ὁ ἔφηβος, τὰ γυναικεῖα ὀρχούμενος, καὶ ὅσοις ὕστερον ἐν πολέμῳ χρήσεται. ἡ παρθένος δὲ, ἕπεται κοσμίως, τὸ θῆλυ χορεύειν διδάσκουσα, ὡς εἶναι τὸν ὅρμον ἐν σωφροσύνης, καὶ εὐδείας πλεκόμενον. καὶ

in ſaltationem lucta definebat. Tum tibicen tibia canens in medio ſedebat, pedibúſque ſtrepebat. Illi verò alij alios ex ordine ſequentes, omnigenas corporis figuras ad numerum ingredientes, nunc bellicas, mox ſaltatorias Baccho Veneriquè gratas exprimebant. Proinde etiam carmen, quod intent ſaltandum canebant, cognomentum à Venere, & Cupidinibus acceperat, ac ſi vnà cum illis choreæ & ſaltationi indulſiſſent. Alterum autem ex carminibus, etenim duo canebantur, ſaltandi præcepta continebat. Procul, aiunt, ô pueri, promouete pedem, & tripudiate meliùs, hoc eſt elegantiùs ſaltate. Similia faciebant qui Hormum ſaltabant. Eſt autem Hormus, Saltationis genus commune cùm adoleſcentibus, tum virginibus, alternatim ad choream diſpoſitis, & monile reuera repræſentãtibus. Solet autem adoleſcens chorum ducere, more iuuenili ſaltãs, quo poſtea in bello vtatur. Hunc modeſtè ſequitur puella, fœmineum ſaltare docens: vt Hormum ex Temperantia & Fortitudine cõpoſitũ rectè dicam⁹.

καὶ γυμνοπαιδίαι ἦσαν, αὐτοῖς ὁμοίως ὄρχησίς ἐστιν. ἃ δὲ Ὅμηρος ἐν τῇ Ἀριάδνης ἐν τῇ ἀσπίδι πεποίηκε, καὶ τὸν χορὸν, ὃν αὐτῇ Δαίδαλος ἐποίησεν, ὡς ἀναγνώσεσθαί σοι παρείναι, καὶ τοὺς ὀρχηστὰς δύο τοὺς ἐν, οὓς φησὶ ὁ ποιητὴς κυβιστητῆρας καλεῖν, ὑπερμιμοῦνται τὸν χορόν. καὶ πάλιν, ἃ ἐν τῇ ἀσπίδι λέγει, Κῶμοι δ' ὀρχηστῆρες ἐδίνευον, ὡς τι κάλλιστον τοῦτο τῷ Ἡφαίστου ἐμπεποιήσαντος τῇ ἀσπίδι. τὸν μὲν γὰρ Φαίακας καὶ πάνυ εἰκὸς ἦν ὀρχήσεσι χαίρειν, ἁβρούς τε ὄντας, καὶ ἐν πάσῃ εὐδαιμονίᾳ διατρίβοντας. ὁ γοῦν Ὅμηρος, τοῦτο αὐτῶν μάλιστα θαυμάζοντα πεποίηκε καὶ Ὀδυσσέα, καὶ τὰς μαρμαρυγὰς τῶν ποδῶν θεώμενον. ἐν μόνῃ Θεσσαλίᾳ, τοσοῦτον ἐπίδοσις τῆς ὀρχηστικῆς ἤνεγκεν, ὥστε τοὺς παιδοτρίβας, καὶ παραγωνιστὰς αὐτῶν, παρορχηστῆρας ἐκάλουν. καὶ δηλοῦσι τοῦτο αἱ τῶν ἀνδριάντων ἐπιγραφαὶ, οὓς τοῖς ἀρίστευσιν ἀνίστασαν. παρῆκεν γὰρ φησὶ παρορχηστῆρας ἡ πόλις. καὶ αὖθις, Ἐλατίωνι τὰς εἰκόνας ὁ δῆμος, εὖ ὀρχησαμένῳ φησὶ μάχην. ἐῶ λέγειν ὅτι

Erant & illis Gymnopodiæ, genus Saltationis. Cæterùm quæ Homerus memoriæ prodidit in clypeo super Ariadne, & choro quem illi instituerat Dædalus, ea, vt tibi lecta prætermitto: præterea duos illos saltatores quos ibidem poëta Cybesteteras vocat chorum ducentes. Rursum quæ clypeo inesse memorat, *Cernere erat iuuenes duos agitare choreas*: tanquam rem omnium pulcherrimam saltationem clypeo Vulcanus addidisset. Etenim verisimile erat Phæacas choreis gaudere, vt qui delicijs affluerent, ac in omni felicitatis genere degerent. Proinde Homerus, hoc præcipuè illorum in rebus admirantem facit Vlyssem, & pedum micationes contemplantem. Atque in Thessalia tantum creuit Saltationis exercitatio, vt populi præsides, eorúmq; antesignanos, præsaltatores nuncuparint. Quod indicant statuarum inscriptiones, quas strenuis viris erigebant. Prætulit enim, præsaltatorem ciuitas. Et iterum Elationi posuit hanc imaginem populus, propterea quòd pugnam rectè desaltarit. Mitto illud, nullas vnquam apud veteres celebratas fuisse τελετὰς ἀρχαίας οὐδενὸς

δὴν ἐυρεῖν, ἄνευ ὀρχήσεως, Ὀρφέως δηλαδὴ, καὶ Μουσαίου, καὶ τῶν τότε ἀρίστων ὀρχηστῶν καταστησαμένων αὐταῖς, ὥς τι καλλιστον καὶ σεμνότατον νομοθετησάντων σφῶν ῥυθμῷ, καὶ ὀρχήσει μυεῖσθαι. ὅτι δ' αὖτοις ἔχει, τὰ μὲν ὄργια σιωπᾷν ἄξιον, τῶν ἀμυήτων ἕνεκα. ἐκεῖνο δὲ πάντες ἀκούουσιν, ὅτι τοὺς ἀλαζονίζοντας τὰ μυστήρια, ἀλλορχεῖν λέγουσιν οἱ πολλοί. ἐν Δήλῳ δέ γε καὶ αἱ θυσίαι ἄνευ ὀρχήσεως, ἀλλὰ σιωπῇ ταύτῃ, καὶ μὴ μουσικῆς ἐμίγνυτο, παίδων χορεὶ σιωπῇ δύντες ἐν αὐλῷ, καὶ κιθάρᾳ, οἱ μὲν, ἐχόρευον, ὡς ἐπορχοῦντο δὲ οἱ ἄριστοι, προκειμένου δὲ αὐτῶν. τὰ γοῦν τοῖς χορεῖς γεγραφόμενα τούτοις ἄσματα, ὑπορχήματα ἐκαλεῖτο, καὶ ἐμπίπλησθ' ἂν τοιούτων ἡ λύρα. καὶ τί σοι τῶν Ἑλλήνων λέγω, ὅτε καὶ Ἰνδοὶ, ἐπειδὰν ἕωθεν ἀνασκάντες, προσεύχονται τῷ ἡλίῳ, οὐχ ὥσπερ ἡμεῖς τὴν χεῖρα κύψαντες, ἀναύμεθα ἐντελῆ ἡμῶν εἶναι τὴν εὐχὴν, ἀλλ' ἐκεῖνοι πρὸς τὸν ἀνατολὴν στάντες, ὀρχοῦσι τὸν ἥλιον ἀσπαζόμενοι, φιλοφρονούμενοι ἐπὶ τῷ σωτῆρι καὶ ἀμοιβαίως τὴν χορείαν τῷ θεῷ. καὶ τοῦτ'

festivitates, sine saltatione, quippe quas Orpheus, Musæus, atque optimi id temporis saltatores instituerunt, atque hoc, vt honestissimum quiddam, rhythmo & saltatione initiari sæ- A xerunt. Quòd autem hoc ita se habeat, æquum est vt orgia reticeant, propter non initiatos. Sed illud omnes audiunt, eos à vulgo B desaltasse dici, qui mysteria prodiderunt. Porrò nulla in Delo sacra sine saltatione peragebantur, sed cum ea, etiam musica adhibebatur. Puerorum chori cum tibia, C citharáque ingressi tripudiabant, quibus canentibus optimi quique saltationem accommodabant, ex eorum numero delecti. Quare cantilenas hisce choris con- D scriptas, Hyporchemata vocabant, talibúsque lyra impleta fuerat. Quid verò Græcos tibi commemorem, cùm Indi quoque posteaquã mane surrexerunt, Solem precentur, non quemadmodum nos manum deosculati, perfectam precationem esse putamus. Sed illi ad ortum excitati, saltatione Solem salutant, silétio semetipsos cõponẽtes, Deíq; chorcam imitãtes. Et hæc Indorũ est pre- E

δὴν Ἰνδῶν καὶ οὐχὶ, καὶ χο-

ρεῖ, καὶ θυσία. διὸ καὶ τούτοις ἱλεοῦνται τὸν θεὸν δύνοντα, καὶ ἀρχομένης, καὶ δυομένης τῆς ἡμέρας. Αἰθίοπες δὲ γε, καὶ πολεμοῦντες, σὺν ὀρχήσει αὐτὸ δρῶσι. καὶ ἂν ἀφῇ τὸ βέλος αὐδίσας αὖθις, ἀφελὼν τῆς κεφαλῆς, ταύτῃ γὰρ αὐτὴ φαρέτρας χρῶνται, περιδήσαντες αὐτῇ ἀκίνδυνα τὰ βέλη, εἰ μὴ φόβερον ὀρχήσαιτο, καὶ τῷ σχήματι ἀπειλήσειε, καὶ παρεκφοβήσειε τῇ ὀρχήσει τὸν πολέμιον. ἄξιον δ', ἐπὶ τὴν Ἰνδικὴν, καὶ τὴν Αἰθιοπίαν διεξελθόντας μῦν, καὶ ἐς τὴν γείτονα αὐτῶν Αἴγυπτον καταβῆναι τῷ λόγῳ. δοκεῖ γάρ μοι ὁ παλαιὸς μῦθος καὶ πρωτέα τὸν αἰγύπτιον, ἢ ἄλλο τι, ἢ ὀρχησίν τινα γράφας λέγειν, μιμητικὸν ἄνδρωπον, καὶ πρὸς πάντα σχηματίζεσθαι, καὶ μεταλλάττεσθαι δυνάμενον, ὡς καὶ ὕδατος ὑγρότητα μιμεῖσθαι, καὶ πυρὸς ὀξύτητα ἐν τῇ τῆς κινήσεως σφοδρότητι, καὶ λέοντος ἀγριότητα, καὶ παρδάλεως θυμὸν, καὶ δένδρου βύσμα. καὶ ὅλως, ὅ, τι καὶ θελήσειεν. ὁδὶ μῦθος, παραλαβὼν πρὸς τὸ παραδοξότερον, τὴν φύσιν αὐτῆς διηγήσατο, ὡς γιγνομένου τούτου, ἅπερ

catio, & chori, & sacrificium. Quibus bis, puta oriente & desinente die, deum placant. Æthiopes verò bellum cum saltatione ineunt. Nec quisquam Æthiopum, sagittam à capite demptam, (nam hoc loco pharetræ vtuntur, ipsi radiorum instar tela circumligantes) emittit, quin priùs saltauerit, ac specie minatus sit, & saltatione hostem antè deterruerit. Æquum verò est, vt India & Æthiopia peragratis, in vicinam Ægyptum oratione descendamus. Vetus enim illa fabula Proteum illum Ægyptium, nihil aliud quàm saltatorem fuisse mihi innuere videtur, hominem imitandi peritum, quíque in varias species & formas mutare se posset, vt & aquæ humiditatem, & ignis celeritatem in motus vehementia, & leonis immanitatem, & Pardalis impetum, & arboris quassum, denique quicquid vellet, imitaretur. Cæterùm hæc fabula, rem contra omnium opinionem assumens, quasi in ea mutaretur, quæ imitabatur, ingenium ipsius explicauit. Qua facultate

ἐμιμεῖτο, ὅσα δὲ καὶ τοῖς

νῦν ὀρχηθμοῖς τοῖσδε. ἴδοις τ' ἂν ἤν αὐτῶν τοὺς τὰ αὐτὰ τοῖς τοῦ καιροῦ σχήμασι διαλλαττομένους, καὶ αὐτὸν μιμουμένους τὸν Πρωτέα. εἰκάζειν δ' χρὴ καὶ τὴν Ἐμπουσαν τὴν ἐς μυείας μορφὰς μεταβαλλομένην, τοιαύτην τινὰ ἀθρόαν ὑπὸ τῶν μύθων παρεδεδόσθαι. ἐπὶ τούτοις δίκαιον μὲν ἦν καὶ Ῥωμαίων ὀρχήσεως ἀμνημονεῖν, ἣν οἱ συγγενέσθαι αὐτῶν, τῷ πολεμικωτάτῳ τῶν θεῶν Ἄρει, οἱ Σάλιοι καλούμενοι, ἱερωσύνης δ' τοῦτο ὄνομα, ὀρχοῦνται σεμνοπρεπῶς τι ἅμα, καὶ ἱεροπρεπῶς. βιθυνὸς δ' μῦθος καὶ οὗτος, οὐ πάνυ τῶν Ἰταλιωτικῶν ἀλλότριος, οἱ δὲ Πειράτην δαίμονα πολεμικὸν, τῶν Τιτάνων οἴονται ἕνα, ἢ τῶν Ἰδαίων δακτύλων, τοῦτο ὄρχησιν πολεμικὴν ὠνομακέναι, τὸ ἐνόπλια παίζειν, παραλαβόντα παρὰ τῆς Ἥρας τὸν Ἄρη, παῖδα μὲν ἔτι, σκληρὸν δ', καὶ πρὶν τὸ μειρακιῶδες ἀποδύεσθαι, μὴ σχήσειν ὁπλομαχῶν δίδασκαλον πρὶν τέλειον ὄρχησιν ἀπεργάσατο. καὶ ἐπὶ τούτῳ, καὶ μισθὸς αὐτῷ παρὰ τῆς Ἥρας ἐγένετο, δεκάτην ἀεὶ τῶν ἐκ τοῦ πολέμου περιγιγνομένων τῷ Ἄρει, παρ' αὐτῆς λαμβάνειν. τὰ μὲν δὴ

& huius temporis saltatores sunt præditi: ac proinde videtis ipsos eodem tempore confestim immutari, ipsúmque Proteum imitari. Quinetiam conijciendum est, Empusam quæ in formas innumeras mutabatur, huiusmodi saltatricem à fabulis fuisse traditam. Præter hæc æquum est, vt neque Romanæ saltationis obliuiscamur, quam Romanorum nobilissimi quique, Marti Deorum bellicosissimo, qui Salij vocantur, quòd est sacerdotij nomen, grauissimam & religiosissimam exercent. Neque hæc Bithyna fabula, multum ab instituto Italorum abhorret, quæ perhibet Priapum bellatorem Deum, vnum opinor ex Titanibus aut Dactylis Idæis, opus illud factum, ad rerum militarium institutionem, Martem à Iunone acceptum adhuc puerum, sed durum, ac præter modum virilem, non priùs armis depugnare docuisse, quàm perfectum saltatorem reddidisset. Quamobrem & merces illi à Iunone destinata est, vt decimam partem spoliorum bello partorum à Marte semper acciperet. Neque enim

Διονυσιακὰ, καὶ Βακχικὰ, οἶμαί σε μὴ πεπεῖσθαι ἐμοῦ ἀκοῦσαι, ὅτι ὄρχησις ἁπάντων ἐστὶ καλλίστη. τριῶν γοῦν αὐτῶν τῶν γνωριμωτάτων ὀρχήσεων, κορδακος, καὶ σικιννίδος, καὶ ἐμμελείας, οἱ Διονύσου θεράποντες, οἱ Σάτυροι, πάντας ἐφεῦρόντες, ἀφ' αὑτῶν ἑκάστην ὠνόμασαν. καὶ ταύτῃ τῇ τέχνῃ χρώμενος, ὁ Διόνυσος, Τυῤῥηνοὺς, καὶ Ἰνδοὺς, καὶ Λυδοὺς ἐχειρώσατο, καὶ φῦλον οὕτω μαχιμον τοῖς αὐτοῖς θιάσοις κατωρχήσατο. ὥστε ὦ θαυμάσιε, ὅρα μὴ ἀόσιον ᾖ καταγελᾶν ἁπλῶς ἐπιτηδεύματος θείου τε ἅμα, καὶ μυστικοῦ, καὶ τοσούτοις θεοῖς ἐπουδασμένου, καὶ ὅπῃ τιμῆ αὐτῶν ὁρωμένου, καὶ τοσαύτην τέρψιν ἅμα, καὶ παιδιὰν ὠφέλιμον παρεχομένου. θαυμάζω δέ σου κἀκεῖνο, εἰδὼς Ὁμήρου, καὶ Ἡσιόδου μάλιστα ἐραστὴς ὄντα σε, αὖθις γὲ ὅπῃ τὼν τοιούτων ἐπαίειμι, πῶς ἀντιῤῥέγγεσθαι ἐκείνοις τολμᾷς, περὶ τῶν πάντων ὄρχησιν ἐπαινοῦσιν. ὁ μὲν γὲ Ὅμηρος, τὰ ἥδιστα, καὶ κάλλιστα καταλέγων, ὕπνον, καὶ φιλότητα, καὶ μολπὴν, καὶ ὄρχησιν, μόνην ταύτην ἀμύμονα ὠνόμασε, περσμαρτυρήσας

arbitror te expectare vt ex me audias Dionysiaca & Bacchica, illa omnia genus fuisse saltationis. Cùm itaque tria sint celeberrima saltationum genera, puta Cordax, Sicinnis, & Emmeleia, quibus Satyri Bacchi ministri inuentis, singulis à se nomen indiderunt: hac saltandi arte vtens Bacchus, Tyrrhenos, Indos, & Lydos subiugauit, & gentes adeò bellicosas ipsis cum thiasis saltatione debellauit. Quocirca, ô admirande, vide ne sit impium in crimen vocare tam diuinum institutum, & mysticum, & tantis à Dijs studiosè cultum, & in ipsorum honorem exerceri solitum, & quod tantam oblectationem simul, & vtilem lusum exhibet. Sed illud de te miror, cùm sciam te Homeri & Hesiodi amantissimum esse (Iterum enim ad poëtas redeo) qua fronte illis contradicere audeas, qui præ omnibus Saltationem laudant. Nam Homerus res omnium suauissimas & pulcherrimas recensens, nempe somnum, amorem, cantum, & saltationem, solam hanc inculpatam appellauit, ascribens

γὴν Δία καὶ τὸ ᾄδὺ τῆ μολπῆ, ἄμφω ἀμφότερα τὴ ὀρχηστικῆ προσεστι. καὶ ᾠδὴ γλυκερὸ, καὶ ὀρχησμὸς ἀμύμων, ὃν σὺ νῦν μωμᾶσθαι ἐπινοεῖς. καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ μέρει τῆς πομπῆς. Ἀλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήια ἔργα, Ἀλλῳ δ' ὀρχηστύν τ', καὶ ἱμερόεσσαν ἀοιδήν. ἱμερόεσσα γὰρ ὡς ἀληθῶς, ἡ μετ' ὀρχήσεως φδὴ, καὶ δῶρον θεῶν τοῦτο κάλλιστον. καὶ ἔοικεν εἰς δύο διηρικὼς ὁ Ὁμηρος τὰ παίγματα πράγματα, πόλεμον, καὶ εἰρήνην, τοῖς μὲν πολέμου μόρα ταῦτα εἰς κάλλος ἀντιτιθεικέναι. ὁ δὲ Ἡσίοδος, οὐ παρ' ἄλλου ἀκούσας, ἀλλ' ἰδὼν αὐτὸς ἔωθεν ἐνδὺς ὀρχουμένας τὰς μούσας, ἐν ἀρχῇ τῶν ἐπῶν τοῦτο περὶ αὐτῶν τὸ μέγιστον ἐγκώμιον διηγεῖται, ὅτι περὶ κρήνην ἰοειδέα πόδας ἁπαλοῖσιν ὀρχεῦνται, τῷ πατρὶ δ' ἅμα βωμὸν περιχορεύουσι. ἀλλὰ σὺ μὴν ὦ γναθεῖε, μισοπαλὴς στομαχῶν, ὑβρίζεις εἰς τὴν ὀρχηστικήν. ὁ Σωκράτης δέ, σοφώτατος ἀνήρ, εἶγε πεισθείη τοῦτο περὶ αὐτῆς λέγοντι τῷ Πυθίῳ, οὐ μόνον ἐφήσει τὴν ὀρχηστικὴν, ἀλλὰ καὶ ἐκμαθεῖν αὐτὴν ἄξιον, μέγιστον

per Iouem, cantui dulcedinem, quæ ambo arti saltandi adsunt, & cătio dulcis, & inculpata Saltatio, quam tu nunc vituperare cogitas. A Rursus alia in parte suę poëseos, ait. *Nam Deus, hanc bellis reddit virtute, horum illum, alium grato cantus modulamine clarum.* Suauis enim profectò cantilena quę B cum Saltatione est coniuncta, & hoc Deorum munus pulcherrimum. Ac mihi videtur Homerus mortalium res omnes in duo diuisisse, Bellum, & Pacem, & C rebus bellicis has solas vt pulcherrimas opposuisse. Atque Hesiodus, qui ex alio non audiuit, sed ipsemet vidit statim ab auroræ exortu D saltantes Musas, sui carminis initio de illis hoc maximum profert encomium, Nimirum eas circum fontem ferrugineum mollibus pedibus tripudiare, choreas agentes circum patris aram. Tu verò generose, tantum non cum Dijs pugnans, in saltandi artem es contumeliosus. Verùm Socrates, vir sapientissimus, si hoc de ipso dicenti Pythio est credendum, non modò laudauit artem saltandi, sed eam etiam discere voluit, cùm concinnitati, elegantiæ, E

καὶ κινήσει ἐμμελεῖ, καὶ εὐσχημοσύνῃ τῶ κινουμένου. καὶ ἅμα ἡδίστο γέρων ἂν ἦρ, ἐν τῶν σπουδαιοτάτων μαθημάτων καὶ τοῦτο ἡγούμενος εἶναι. καὶ ἔμελλέ γε ἐκεῖνος περὶ ὀρχησικὴν ἀ μειρακίοις σπουδάσεσθαι, ὅσγε καὶ τὰ μικρὰ ἅπαντα ἔμαθεν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ διδασκαλεῖα τῶν αὐλητρίδων ἐφοίτα, καὶ παρ' ἑταίρας γυναικὸς ἀπαξίου ἀκούειν τι ἀσαφοῦς. καίτοι ἐκεῖνος ἄρτι ἀρχομένην ἑώρα τὴν τέχνην, καὶ οὐδέπω εἰς τοσοῦτον κάλλος διηνθρωμένην. εἰ δ' τὸν νοῦν ἔσχε μέγιστον θεασαμένους αὐτὴν ἐθεάτο, ἣν οἶδα, πάντων ἂν ἐκεῖνός γε ἀφέμενος, μόνῳ τῷ θεάματι τούτῳ τὸν νοῦν ἂν προσεῖχε, καὶ τοὺς παῖδας οὐκ ἂν ἄλλο τι πρὸ αὐτῆς ἐδίδαξατο. δοκεῖς δέ μοι ὅταν κωμῳδίαν, καὶ βαρυῳδίαν ἐπαινῇς, ἐπιλελῆσθαι ὅτι καὶ ἐν ἑκατέρᾳ ἐκείνων ὀρχήσεως ἴδιόν τι εἶδός ἐστιν. οἷον, βαρυκῆ μέν, ἡ ἐμμέλεια. κωμῳδικὴ δ', ὁ κόρδαξ. ἐνίοτε δ' καὶ τετάρτη, σικιννίδος προσλαμβανομένης. ἐπεὶ δ' ἐν ἀρχῇ καὶ προετίμησας τὴν ὀρχήσεως, τὴν βαρυῳδίαν, καὶ τὴν

motui decenti, eiúſq; quod mouetur venuſtati plurimum tribueret. Nec veritus eſt ætate iam grandior Saltationem inter maximè ſerias diſciplinas habere: nec ei perdiſcendæ parum erat operæ impenſurus, quẽ etiam leuiora diſcere non piguit: ſed tibicinarum quoque ſcholas frequentauit, neque à meretrice muliere Aſpaſia ſerium quippiam audire dedignatus eſt. Atqui ille artem non ita pridem natam vidit, nec tanta pulchritudinis acceſſione conformatam. Qui ſi nunc eos quorum opera in ſummum vſque faſtigium euecta eſt, ſpectaret, ſat ſcio illum reliquis omnibus poſthabitis, hiſce duntaxat ſpectaculis animum adhibiturum, neque pueros quicquam priùs Saltatione edocturum. Videris autem mihi cùm laudes Comœdiam & Tragœdiam, oblitus eſſe, in vtraque illarum proprium Saltationis genus eſſe, puta in Tragœdia, Emmeliam, in Comœdia, Cordacem, nonnunquam & tertiam, quum Sicinnis aſſumitur. Quandoquidem autem initio Saltationi prætuliſti Tragœdiam, & Comœdiam, & circumforaneos tibicines, κωμῳδίαν, καὶ αὐλητὰς κυκλίους,

καὶ κιθαρῳδίαν, ἐναγώνια ταῦτα, καὶ διαπτο σώματα πρόσειπών, φέρε νῦν αὐτέξετάσωμεν τῇ ὀρχήσει ἕκαστον αὐτῶν. κρίτοι τὸν μὲν αὐλὸν, εἰ δοκεῖ, καὶ τὴν κιθάραν, παρῶμεν. μέση γὰρ ἡ τοῦ ὀρχεῖσθαι ὑπηρεσία καὶ ταῦτα. τὴν μέντοι τραγῳδίαν δέ γε ἀπὸ τοῦ σχήματος πρώτου καταμανθάνωμεν, οἷα ἔστιν, ὡς εἰδέχθης ἅμα, καὶ φοβερὸν θέαμα εἰς μῆκος ἀριθμὸν ὑπερμήκους ἀνδρώπου, ἐμβάταις ὑψηλοῖς ἐποχούμενος, πρόσωπον ἐπὶ κεφαλῆς αἰωρούμενον ἐπικείμενος, καὶ σῶμα κέχηνος πάμμεγα, ὡς καταπόμενος τὸν θεατάς. ἐῶ λέγειν πρόσθετίδια, καὶ πρόγναθίδια, πρόσθετίῳ, καὶ ἐπιπρόσθιον παχύτητα πρόσωπείου μενος, ὡς μὴ τὸ μέγεθος ἡ ἀριθμία σὺν λεπτῷ μᾶλλον ἐλέγχοιτο. αὖτ' ἔνδοθεν αὐτὸς κεκραγὼς, ἑαυτὸν ἀνακλῶν, καὶ κατακλῶν, ἐνίοτε καὶ περιάδων τὰ ἰαμβεῖα, καὶ τὸ δὴ αἴσχιστον, μελῳδῶν τὰς συμφορὰς, καὶ μόνης τῆς φωνῆς ὑπεύθυνον παρέχων ἑαυτόν. τὰ γὰρ ἄλλα, τοῖς πλησίον ἐμέλησε, πρόσθετα ἄττα πρὸς ἡδονάς. καὶ μέχρι μὲν Ἀνδρομάχη τις, ἢ

& citharæ cantum, ſpectaculis conuenientia hæc, ac proinde grauia nuncupans, age nũc eorum vnumquodque cum Saltatione comparemus. Verùm, ſi videtur, tibiam & citharam omittamus: quæ ſunt partes Saltatoris adminiſtræ. Porrò Tragœdiam primùm ab habitu cognoſcamus, cuiuſmodi ſit, quàm ſit deforme, ſimúlque horrendum ſpectaculum, ſcilicet homo in longitudinem inconcinnam factus, altis cothurnis ingrediens, larua caput obductum habens, & amplo hians ore, tanquam deuoraturus ſpectatores, non dico pectoralia, ventralia, aſcititiam, & artificialem craſſitudinem fingens, ne longitudine diſcors compoſitio in tenui corpuſculo magis reprehendatur: deinde intus vociferans, ſe ipſum retorquens, & diſtorquens, nonnunquam iambos cantillans, quódque turpiſſimum eſt, calamitates modulans, ac ſoli voci ſemet obnoxium præſtans. Nam cætera priſcis poëtis curæ fuerũt. Et quandiu quis Andromachen, aut Hecubam agit, tolerabilis eſt cantio.

Ἐκάβη ἔστι, φοβερὸν ἡ φύσ-

ὅταν δ' Ἡρακλῆς αὐτὸς εἰσελθὼν μονῳδῇ, ὁπλαδρόμος αὐτῷ, καὶ μήτε πλὴν λεοντῆν ἀμφιβεβλημένος, μήτε τὸ ῥόπαλον, ὃ περικείμενος, σολοικίαν εὖ φέρειν εἰκότως φαίη ἂν τις τὸ ῥῆμα. καὶ γὰρ αὖ, ὅπερ ἐνεκάλεις τῇ ὀρχηστικῇ, τὸ, ἀνδρας ὄντας μιμεῖσθαι γυναῖκας, κοινὸν τοῦτο καὶ τῆς τραγῳδίας, καὶ τῆς κωμῳδίας ἔγκλημα ἂν εἴη. πλείους γοῦν ἐν αὐταῖς τῶν ἀνδρῶν αἱ γυναῖκες. ἡ κωμῳδία δ', καὶ τῶν προσώπων αὐτῶν τὸ καταγέλαστον, μέρος τι τέρπνης αὐτῇ γενέσθαι δοκεῖ, οἷα δ' ἐστὶν, καὶ πρέπον, καὶ μαγείρων πρόσωπα. τὸ δὲ τῆς ὀρχήσεως σχῆμα, ὡς μὲ κόσμιον, καὶ εὐπρεπὲς, οὐκ ἐμὲ χρὴ λέγειν. δῆλα γὰρ τοῖς μὴ τυφλοῖς ταῦτα. τὸ δὲ προσωπεῖον αὐτὸ, ὡς χάλλιστον, καὶ τῷ ὑποκειμένῳ δράματι εἰκὸς, οὐ κεχηνὸς ἦν, ὡς ἐκεῖνα, ἀλλὰ συμμεμυκός. ἔχει γὰρ πολλοὺς τοὺς ὑπὲρ αὐτῆς βοῶντας. πάλαι μὲν γὰρ αὐτοὶ καὶ ᾖδον, καὶ ὠρχοῦντο. ἐπεὶ δὲ ἐπαύσαντο κινούμενοι, τὸ ἆσμα τῷ σιγᾶν ἐπετάραττον, ἄμεινον ἔδοξεν ἄλλοις αὐτοὺς ὑποᾴδειν. αἱ δὲ ὑποδύσεις, καὶ αἱ ἀμφότεραι,

Sed quum Hercules in scenam ingressus carmen lugubre canit, sui oblitus, nec reueritus leoninam pellem, & clauam qua circumdatur, istud sanæ mentis homo, solœcisimum meritò vocarit. Quinetiam quod in arte saltandi vituperabas, viros nimirum esse mulierum imitatores, hoc quidem commune & Tragœdiæ, & Comœdiæ est vitium: ac plures in ijs sunt mulieres quàm viri. Quinetiam Comœdia, ridiculas personas, partem oblectationis ipsi tribuit, quales sunt Dauorum, Tibiorum, & coquorum personæ. Sed enim Saltationis habitus, quàm sit ornatus & decorus nihil attinet me dicere, cùm hæc non cæcutientibus sint perspicua. Ipsa verò persona est elegantissima, subiectæque fabulæ conuenit, nec illorum instar, hiat, sed comprimitur. Nam complures habet qui pro se vociferantur. Nam olim Saltatores ipsi canebant, & saltabant: deinde quia continuo motu grauatus anhelitus cantum turbabat, consultius visum est vt ipsis alij succinerẽt. Porrò cõmunia vtrisque sunt argumenta,

καὶ οὐδέν τι διακεκριμένα τῶν
βαμικῶν αἱ ὀρχήσεις, πλὴν
ὅτι ποικιλώτερα αὗται, καὶ
πολυμαθέστεραι, καὶ μυείας
μεταβολὰς ἔχουσαι. εἰ δὲ μὴ
ἀγωνίου ἡ ὄρχησις, ἐκεῖνο
φημὶ εἶναι αἴτιον, τὸ δόξαι
τοῖς ἀγωνοθέταις μεῖζον, καὶ
σεμνότερον τὸ πρᾶγμα, ἅτε
εἰς ἐξέτασιν καλεῖσθαι. ἐῶ λέ-
γειν ὅτι πόλις ἐν Ἰταλίᾳ, τῇ
Χαλκιδικῇ γένους ἀρίστη, καὶ
τοῦτο ὥσπερ τι κόσμημα, τῷ
παρ' αὐτοῖς ἀγῶνι προσθεῖεν.
ἐθέλω δέ σοι ἐνταῦθα πᾶσι
ἀπολογήσασθαι ὑπὲρ τῶν παρελ-
λειμμένων τοῦ λόγου, πάμπολ-
λων ὄντων, ὡς μὴ δόξαι ἀ-
γνοίας, ἢ ἀμαθίας παρέχεσθαι.
οὐ γάρ με λέληθεν ὅτι πολλοὶ
τῶν ἡμῶν περὶ ὀρχήσεως συγ-
γεγραφότες, καὶ πλείστην δια-
τεθρύλ[illegible] καὶ χάριτος ἐποιήσαντο,
πάντα τὰ ὀρχήσεως τε εἴδη
ἐπεξιόντες, καὶ ὀνόματα αὐτῶν
καταλέγοντες, καὶ ὅπλα ἐχούσης, καὶ
ὑφ' ὅτου εὑρέθη, πολυμαθείας
ταύτην ἐπίδειξιν ἡγούμενοι
παρέξειν. ἐγὼ δ', μάλιστα μὲ-
τῶν περὶ ταῦτα φιλοπόνων,
ἀπειρόκαλόν τε, καὶ ἀμαθῆ,
καὶ ἄμουσον ἑαυτῷ ἄχαριν οἶμαι
εἶναι. καὶ διὰ τοῦτο παύσομαι.

nulláque in re à tragicis differunt ſaltatoria, niſi quòd iſta ſunt varietate ornatiora, eruditiora, innumeráſque mutationes habent. Quòd ſi Saltatio non ſit ad certamen compoſita, cauſam hãc eſſe dico, quòd certaminum præfecti, maiorem hanc & grauiorem cenſuerint, quàm vt in inquiſitionem vocaretur. Mulſum facio ciuitatem in Italia, Chalcidici generis præſtantiſſimam, eam velut ornamentum, certamini quod apud ipſos decertatur, adieciſſe. Cæterùm hîc iam volo rerum non paucarum, quas in oratione prætermiſi defenſionem ſuſcipere, ne quã ignorantiæ vel imperitiæ opinionem præbeam. Non enim neſcio complures ante nos de Saltatione libros conſcripſiſſe, plurimámque in ſcriptis operam poſuiſſe, vt omnes Saltationis ſpecies recenſerent, omniáque earum nomina enumerarẽt: tum cuiuſmodi vnaquæque, quiſque illius inuentor, exiſtimantes hoc multiplicis eruditionis ſpecimen ſeſe præbituros. Ego verò contentionem circa iſta, ineptam & ſeræ eruditionis, mihique intempeſtiuam eſſe puto: proinde illam prætermitto.

ἔπειτα ἦ, καὶ ἐκεῖνό σε ἀξιῶ ἐνθυμεῖσθαι, καὶ μεμνῆσθαι, ὅτι μοι νῦν ἡ πᾶσαν ὄρχησιν παρεκτείνειν δοκοῦσα ἡδυλογεῖν, οὐδὲ τοῦτον τὸν σκοπὸν ὑπεστησάμην τῷ λόγῳ, ὀρχήσεων ὀνόματα καταριθμήσασθαι, πλὴν ὅσων ἐν ἀρχῇ ὀλίγων ἐπεμνήσθην, τὰς ἡδυκωμωδίας αὐτῶν παρελθεῖν σώφρονος. ἀλλὰ τό γε ἐν τῷ παρόντι μοι κεφάλαιον τοῦ λόγου, τοῦτό ἐστι, τὴν νῦν ὄρχησιν καθεζομένην ἐπαινέσαι, καὶ δεῖξαι ὅσα ἐν αὐτῇ τέρπει, καὶ χρήσιμα πεπλάβηται ἔχει, καὶ παλαι ἀρξαμένην ἐς τοσοῦτον κάλλους ἐπιδοῦναι, ἀλλὰ καὶ τῶν Σεβαστῶν μάλιστα. αἱ μὲν γὰρ πρῶται ἐκείναι, ὥσπερ τινες ῥίζαι, καὶ θεμέλιοι τῆς ὀρχήσεως ἦσαν. τὸ δὲ ἄνθος αὐτῆς, καὶ τὸν τελειότατον καρπὸν, ὅσπερ νῦν μάλιστα ἐς τὸ ἀκρότατον ἀποτετέλεσται, τοῦτο νῦν ὁ ἡμέτερος λόγος διεξέρχεται, παρεὶς τὸ θερμαυγρίζειν, καὶ χέρσιον ὀρχεῖσθαι, καὶ τἄλλα, ὡς μάθοις τὴν νῦν ταύτην ἐπιοῦσαν. οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνο τὸ φρύγιον τῆς ὀρχήσεως εἶδος, τὸ παρθένιον, καὶ συμποτικὸν μὴ πολλάκις παρὰ αὐλήμα

Deinde, te illud etiam cogitare, & meminisse velim, mihi non esse propositum vt nunc omnis Saltationis genus recenseam, neq; hunc orationi meæ scopum instituisse, vt Saltationum nomina enumerem, præterquã earum quas vt generaliores delectas initio commemoraui. Verùm in præsentia mihi caput orationis istud est, vt nunc vsitatam Saltationem laudem, planúmque faciam quantum cum voluptatis, tum vtilitatis in se complectatur, & vt nõ olim cœpit tantum elegantiæ incrementum capere, sed potissimum Augusti temporibus. Quippe priores illæ tanquam radices & fundamenta Saltationis fuêre. Sed florem illius, & absolutissimum fructum, qui nunc maximè summam perfectionem attigit, nostra hæc oratio exponit, omissa thermaystride, & gruis Saltatione, & alijs, vt quæ nunc vsitatæ non conueniant. Neque enim Phrygiã illam Saltationis speciem, petulantem & conuiualem, quę cum ebrietate exercetur, rusticis plerumque ad muliebrem tibiæ cantũ saltantibus

μέθης γεγόμενον, ἀχολκῶν γυναικῶν ὀρχουμένων, σφο

δρά, καὶ κρημνοὺς πηδήματα, καὶ νῦν ἔτι τοῖς ἀρχαίοις ὀπτιλάζοντα, ὡς ἀγνοίας παρέλιπον, ἀλλ' ὅτι μηδὲν ταῦτα τῇ νῦν ὀρχήσει κοινωνεῖ. καὶ γὰρ ὁ Πλάτων ἐν τοῖς νόμοις, τὰ μέν τινα εἴδη ἐπαινεῖ ταύτης, τὰ δέ, πάνυ ἀπαξιοῖ, διαιρῶν αὐτὰ ἐς τε τὸ πρέπον, καὶ τὸ χρήσιμον. καὶ ἀπελαύνων αὐτῶν τὰ ἀχρηστότερα, μεστὴν δέ, καὶ δαιμαζόντων θαυμάτων. ἀλλὰ περὶ μὲν αὐτῆς ὀρχήσεως, τοσαῦτα. τὸ γὰρ πᾶσα ἐπεξιόντα μηκύνειν τὸν λόγον, ἀπειρεκαλον. ἃ δὲ τὸν ὀρχηστὴν αὐτὸν ἔχειν χρὴ, καὶ ὅπως δεῖ ἀσκεῖσθαι, καὶ ἃ μιμεῖσθαι εἰκός, καὶ ὡς κρατύνειν τὸ ἔργον, ἤδη σοι δίειμι, ὡς μάθῃς, οὐ τῶν ῥᾳδίων, ἀλλὰ τῶν συμπεφερεισμένων ὅσαι τῶν τεχνῶν, ἀλλὰ πάσης παιδεύσεως ἐς τὸ ἀκρότατον ἀφικνεῖσθαι, ἃ μὴ ἐστὶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ῥυθμικῆς, καὶ τῆς φιλοσοφίας μάλιστα, καὶ τῆς φυσικῆς, καὶ τῆς ἠθικῆς. τῶν γὰρ διαλεκτικῶν αὐτὴν περιεργίαν, ἄχρι ἐς αὐτὴν γενόμενον. ἱκανὸν δὲ ῥητορικῆς ἀπέχεσθαι, ἀλλὰ καὶ τούτης καὶ τάδε ὀρχηστικὸν ἐστιν, ὧν μετέχει, καθ' ὅσον ἄξιος τις, καὶ οἱ ῥήτορες μιμήσασθαι.

saltus vehementes & laborioſos, & qui etiamnum ruri redundāt ignarus omiſi: ſed quia cū huius tēporis Saltatione nihil commune habet. Quandoquidē Plato in legib⁹, alias quidē huius ſpecies probat, alias omnino reprobat, eas diuidēdo in Iucūdā, & Vtilē, & ex illis indecēnores exigendo, alias verò anteponendo, & admirando Et hęc quidē de Saltatione dicta ſufficiant. Etenim ſingulis perſequendis orationē producere, ineptum eſt. Verùm ea quæ Saltatorē habere oportet, & rationem qua eum exerceri par eſt & quæ diſcipliſſe, quibuſque opus munire debet, iā tibi expediā, vt noris hanc artē non eſſe ex facilibus, & parabilibus, ſed ex ijs quæ diſciplinæ cuiuſuis faſtigium pertingunt, nō ſolùm muſices, ſed etiā rhythmices, & geometrices, cùm primis verò tuę philoſophię & phyſices, & ethices: ſed ſuperfluam illam dialectices anxietatē, parum ſibi commodam exiſtimauit. Neque verò abhorret à Rhetorica, ſed & illi⁹ eſt particeps, quatenus mores & affectus demonſtrat, quos ipſi etiam rhetores exprimere ſtudent.

Neque

ἀπέλλακται ἢ ἡ γραφικῆς, ἡ πλαστικῆς, ἀλλὰ ἡ τὴν ἐν τούτοις εὐρυθμίαν μάλιστα μιμουμένη φαίνεται, ὡς μηδὲν ἀμείνω μήτε Φειδίαν αὐτῆς, μήτε Ἀπελλῆν εἶναι δοκεῖν. πρὸ πάντων δ', Μνημοσύνην, ἡ τὴν θυγατέρα αὐτῆς Πολυμνειαν, ἴλεων ἔχειν αὐτῇ προκείται, ἡ μεμνῆσθαι πειρᾶται ἁπάντων. χρὴ γάρ τοι τὸν ὁμηρικὸν Κάλχαντα, τ' ὀρχησιν εἰδέναι χρὴ, τά τε ὄντα, τάτ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα, ὡς μηδὲν αὐτὸ διαλανθάνειν, ἀλλ' εἶναι πρόχειρον τ' μνήμην αὐτ. ἡ τὸ μὲν κεφάλαιον τ' ὑποθέσεως, μιμητικήν τις ὄντ' ὀπτικὴν, καὶ δεικτικὴν, καὶ τῶν ἀγνοουμένων ἐξαγορευτικὴν, καὶ τ' ἀφανῶν σαφηνιστικήν. ἡ ὅπερ ὁ Θουκυδίδης φησὶ περὶ Περικλέους ἔφη, ἐπαινῶν τ' αὐδεα, τοῦτο ἡ τὸ τ' ὀρχησεῶς ἀκρότατον ἂν ἐγκωμιογραφίαν, γνῶναί τ' τὰ δέοντα, ἡ ἑρμηνεῦσαι αὐτά. ἑρμηνείαν δ' γνῶ, τ' σαφήνειαν τῶν ὑποκειμένων λέγω. ἡ δ' πᾶσα τῷ ἔργῳ χορηγία, ἡ παλαιὰ ἱστορία ἐστὶ, ὡς προεῖπον, ἡ ἡ προχειρος αὐτῆς μνήμη τε, καὶ μετ' εὐπρεπείας ἐπίδειξις. ἀπὸ γὰρ χάους εὐθὺς, καὶ τ' πρώτης τῆς

Neque aliena est à pingendi, & fingendi arte, verùm illarum in exprimendis membris concinnitatem maximè imitari videtur: vt nequaquam illa præstantior vel Phidias, vel Apelles videatur. Ante omnia verò Mnemosynen, eiúsque filiam Polymniam, sibi propitiam obtinere proponit, & omnium meminisse conatur. Etenim iuxta Calchantem Homericum, necesse est Saltatorem scire, *Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur*: vt eorum nihil ignoret, imò expeditam memoriã habeat. Quod autem est argumenti caput, hæc scientia est imitatrix, demonstratiua, mentis conceptuum explicatrix, & obscurorum declaratrix. Et quod de Pericle, ipsius in laudem dixit, hæc etiam summa fuerit Saltatoris laus, nosse quid deceat, idque explicare. Nunc verò interpretationem, habituum explicationem dico. Materiam autem omnem operi suppeditat vetus historia, vt ante dixi, eiúsque prompta recordatio, & cum decore demonstratio. Nam statim à chao, primáq; mundi origine, ducto initio,

κόσμου γενέσεως ἀρξάμενον,

χρὴ αὐτὸν ἅπαντα εἰδέναι, ἄχρι τῶν κατ' αὐτὴν Κλεοπάτραν τὴν αἰγυπτίαν. τούτῳ γὰρ τῷ διαστήματι πεπλεόνασθαι ἡμῖν ἡ τῆς ὀρχήσεως πολυμάθεια, καὶ τὰ διὰ μέσου μάλιστα ἴσως, οὐρανοῦ τομὴν, Ἀφροδίτης γονὰς, Τιτάνων μάχην, Διὸς ἁρπαγὴν, Ῥέας ἀπάτην, λίθου ὑποβολὴν, Κρόνου δεσμὰ, καὶ τῶν παίδων Ἀδελφῶν κλῆρον. εἶτα ἑξῆς, Γιγάντων ἐπανάστασιν, πυρὸς κλοπὴν, ἀνθρώπων πλάσιν, Προμηθέως κόλασιν, ἔρωτος ἰσχὺν ἑκατέρου. καὶ μὴν ταῦτα, Δήλου πλάνην, Λητοῦς ὠδῖνας, καὶ Πύθωνος ἀναίρεσιν, καὶ Τιτυοῦ ἐπιβουλὴν, καὶ τὸ μέσον τῆς γῆς ἐυρεσκόμενον, πᾶσιν τοῖς ἄλλοις. Δευκαλίωνα ἐπὶ τούτοις, καὶ τὴν μεγάλην ἐπὶ τούτου τοῦ βίου ναυαγίαν. καὶ λάρνακα μίαν, λείψανον τοῦ ἀνθρωπίνου γένους φυλάττουσαν, ἐξ ἧς λίθων ἀνθρώπους πάλιν. εἶτα, Ἰάχου σπαραγμὸν, καὶ Ἥρας δόλον, καὶ Σεμέλης κατάφλεξιν, καὶ Διονύσου ἀμφοτέρας τὰς γονὰς, ἔτι ὅσα περὶ Ἀθηνᾶς, καὶ ὅσα

vsque ad Cleopatræ Ægyptiæ tempora, ipsum cuncta scire necesse est. Hoc enim sæculorum interuallo nobis circunscribatur multiplex illa scientia Saltatori comparanda. Mediáque potissimùm sciat, Cœli sectionem, Veneris partus, Titanum pugnam, Iouis natiuitatem, Rheæ fraudem, lapidis suppositionem, Saturni vincula, trium fratrum sorte diuisam hæreditatem. Deinde Gigantum seditionem, ignis furtum, hominum formationem, Promethei supplicium, Amoris vtriusque robur. Post hæc Deli errationem, Latonæ parturientis dolores, Pythonis cædem, Tityi insidias, & medium terræ aquilarum volatu inuentum. Præterea Deucalionem, magnúmque illius ætate naufragium, & vnicam arcam quæ generis humani reliquias conseruauit, rursúsque natos ex lapidibus homines. Postea Iachi lacerationem, & Iunonis dolum, & Semeles conflagrationem, & Bacchi vtramque stirpem. Quæ de Minerua, quæ de

Ηφαίστου, καὶ Ἐρεχθονίου, καὶ τὴν ἔριν τὴν περὶ τῆς Ἀττικῆς, καὶ ἀλιρρόθιον, καὶ τὴν πρώτην ἐν Ἀρείῳ πάγῳ κρίσιν. καὶ ὅλως, τὴν ἀττικὴν πᾶσαν μυθολογίαν. ἔξαιρέτως δὲ τὴν Δήμητρος πλάνην, καὶ Κόρης εὕρεσιν, καὶ Κελεοῦ ξενίαν, καὶ Τριπτολέμου γεωργίαν, καὶ Ἰκαρίου ἀμπελουργίαν, καὶ τὴν Ἠριγόνης συμφοράν, καὶ ὅσα περὶ Βορέου, καὶ ὅσα περὶ Ὠρειθυίας, καὶ Θησέως, καὶ Αἰγέως. ἔτι δὲ, τὴν Μηδείας ἀποδημίαν, καὶ αὖθις εἰς Πέρσας φυγὴν, καὶ τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας, καὶ τὰς Πανδίονος, ἃ τε ἐν Θρᾴκῃ ἔπαθον, καὶ ἔδρασαν. εἶτα, ὁ Ἀκάμας, καὶ ἡ Φυλλὶς, καὶ ἡ πρώτη τῆς Ἑλένης ἁρπαγὴ, καὶ ἡ στρατεία τῶν Διοσκούρων ὅτε τὴν πόλιν, καὶ τὸ Ἱππολύτου πάθος, καὶ Ἡρακλειδῶν κάθοδος. ἀτεχνῶς δὲ καὶ ταῦτα εἰκότως ἂν νομίζοιτο. ταῦτα μὲν τὰ Ἀθηναίων, ὀλίγα πάνυ δείγματος ἕνεκα, ἐκ πολλῶν τῶν παραλελειμμένων δῆλον. ἐξῆς δὲ, Μέγαρα, καὶ Νῖσος, καὶ Σκύλλα, καὶ πορφυροῦς πλόκαμος, καὶ Μίνωος πόρος, καὶ

Vulcano, & Erichthonio referuntur, & illam de Attica disceptationem, primúmque in Areo pago iudicium. Denique omnem illam Atticam fabularum enarrationem. Præcipuè autem Cereris vagationem, repertam Proserpinam, Celei hospitalitatem, Triptolemi agriculturam, factam ab Icario vitium plantationem, Erigones calamitatem. Præterea quæcunque de Borea, quæcunque de Orithyia, de Theseo & Ægeo memoriæ prodita sunt. Adde Medeæ susceptionem, rursus eiusdem ad Persas fugam, regis Erechthei, & Pandionis filias, & quæ in Thracia passæ sunt, & fecerunt. Nec ignorandus est illi Acamas, non Phyllis, non primus Helenæ raptus, tum Castoris, & Pollucis aduersus vrbem expeditio, neque non mors Hippolyti, & reditus Heraclidarum. Nam & hæc Attica meritò censeantur. Et hęc quidem ex rebus Athenienſium, pauca sanè exempli gratia, ex multis à me prętermissis percurri. Hæc sequuntur, Megara, Nisus, Scylla, purpurei crines, Minois transitus, &

περὶ τὴν ἐυεργέτην ἀχαριστία. οἷς ἑξῆς ὁ Κιθαιρὼν, καὶ τὰ Θηβαϊκὸν, καὶ Λαβδακιδῶν πάθη, καὶ Κάδμου ἐπιδημία, καὶ βοὸς ὄκλασις, καὶ ὄφεως ὀδόντες, καὶ σπαρτῶν ἀνάδοσις. καὶ αὖθις, τὰ Κάδμου εἰς δράκοντα μεταβολὴ, καὶ περὶ λύρας τύχοις, καὶ μανία τῶν τεκνοκτόνων, καὶ τῆς γυναικὸς αὐτῆς Νιόβης ἡ μεγαλαυχία, καὶ ἡ ὑπὸ τῷ πένθει σιγὴ, καὶ τὰ Πενθέως, καὶ Ἀκταίωνος, καὶ τὰ Οἰδιπόδους, καὶ Ἡρακλῆς σὺν τοῖς ἄθλοις αὐτοῦ ἅπασι, καὶ ἡ τῶν παίδων σφαγή. εἶθ' ἡ Κόρινθος πλέα καὶ αὐτὴ μύθων, τὴν Γλαύκην, καὶ τὴν Κρέοντα ἔχουσα. καὶ περὶ αὐτῶν, τὴν Βελλεροφόντην, καὶ τὴν Σθενέβοιαν, καὶ ἥλιον μάχην, καὶ Ποσειδῶνος. καὶ μετὰ ταῦτα, τὴν Ἀθάμαντος μανίαν, καὶ τῶν νηπίων παίδων ὑπὸ τοῦ κεῖνον τὸν διαίσιον φυγὴν, Ἰνῶ, καὶ Μελικέρτου ἀναδοχήν. ὑπὸ τούτοις, τὰ Πελοπιδῶν, καὶ Μυκῆναι, καὶ τὰ ἐν αὐταῖς, καὶ περὶ αὐτῶν, Ἰνάχου, καὶ Ἰοῦς, καὶ ὁ φυγεὺς αὐτῆς καὶ Ἄργος πανόπτης, καὶ τὸ χρυσοῦν

erga de ſe benemeritam ingratitudo. Deinceps Cithæron, Thebanorum & Labdacidarum ærumnæ. Cadmi peregrinatio, bouis procubitus, ſerpentis dentes, ſatorum ortus. Rurſus Cadmi in draconem mutatio, & ad lyram murorum ſubſtructio, murorum ſtructoris inſania, & Niobes vxoris ipſius iactantia, atque in luctu ſilentium: tum ea quæ Pentheo, Actæoni, & Oedipo contigerunt. Item Herculem cum omnibus ipſius laboribus, & liberorum eius internecio. Deinde & ipſa Corinthus ſcatet fabulis, Glaucam & Creontem habens: & ante eos Bellerophontem, Sthenebœam, Solis & Neptuni pugnam. Poſt hæc Athamantis inſaniam, & Nepheles liberorum in ariete fugam aëriam, Inûs & Melicertæ ſuſceptionem. Ad hæc accedunt res Pelopidarum, Mycenæ, & quæ ibi geſta ſunt: & ante illos Inachus, Io, cuſtóſque ipſius Argus, Atreus, Thyeſtes, Aërope, vellus aureum, Pelopiæ nuptiæ, cædes

Ἄργους, καὶ Ἀξιὼς, καὶ Θυέστας, δεῖπνα, καὶ Πελοπίας γάμους, καὶ

Αγαμέμνονος σφαγὴ, καὶ Κλυταιμνήστρας τιμωρία. καὶ ἔτι πρὸ τούτων, ἡ τῶν ἑπτὰ λοχαγῶν στρατεία, καὶ ἡ τῶν φυγάδων γαμβρῶν τοῦ Ἀδράστου κάθοδος, καὶ ὁ ἐπ' αὐτοῖς χρησμὸς, καὶ ἡ τῶν πεσόντων ἀταφία, καὶ Ἀντιγόνης διὰ ταῦτα, καὶ Μενοικέως ἀπώλεια. καὶ τὰ ἐν Νεμέᾳ ὄ, ἡ Ὑψιπύλη, καὶ Ἀρχέμορος, καὶ ἀγωνισμάτια ὡς ὀργῆς μνημονεύματα. καὶ πρὸ αὐτῶν, εἰσεται τὴν Δανάης παρθενείαν, καὶ Περσέως γένεσιν, καὶ ἃ ἐπὶ ταῖς Γοργόναις ἆθλον αὐτῷ προεκηρύχθη. ᾧ οἰκεία καὶ ἡ αἰθιοπικὴ διήγησις, Κασσιόπεια, καὶ Ἀνδρομέδα, καὶ Κηφεὺς, οὓς καὶ ἄστροις ἐγκατέλεξεν ἡ τῶν μὴ ταῦτα πίστις κακεῖνα ὄ τὰ ἀρχαῖα τὰ Αἰγύπτια, καὶ Δαναοῦ, εἰσεται, καὶ τὴν ἐπὶ θαλάμων ἐπιβουλήν. ὧν ὀλίγα ὄ καὶ ἡ Λακεδαιμόνιον τοιαῦτα παρέχεται, ἥ τε Ὑακινθον, καὶ ἃ τῆς Ἀπόλλωνος ἀντιφασίᾳ ζέφυρον, καὶ τὴν ὑπὸ τῷ δίσκῳ τῷ μιαιφόνῳ σφαγὴν, καὶ ἐκ τοῦ αἵματος αὔξησ, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ αἰάζουσαν ἐπιγραφὴν, καὶ ἃ Τυνδάρεω ἀνάσασιν, καὶ τὴν Διὸς ἐπὶ τούτῳ κατ' Ἀσκληπιοῦ ὀργήν. ἔτι ὄ, καὶ τὸν

Agamemnonis, Clytemnestræ pœna. Quin & ante illos, septem principum aduersus Thebas expeditio, & profugorum Adrasti liberorum susceptio, proditúmque de illis oraculum, & cæsorum interdicta sepultura, ob eámque Antigones & Menœcei interitus. Quæ etiam gesta sunt in Nemea, Hypsipile, & Archemorus, ea sunt quibus Saltatoris memoria instructa esse debet. Ante quæ gesta, sciet Danaës virginitatis custodiam, Persei natiuitatem, certamen quod aduersus Gorgonas suscepit: cui etiam est propria rerum Æthiopicarum narratio, Cassiopea, Andromeda, Cepheus, quos etiam astris inseruit, eorum qui postea vixerunt credulitas. Prisca quoque illa Ægypti & Danai facta, & connubiales insidias non ignorabit. Nec pauca id genus præbet Lacedæmon, Hyacinthum, & riualem Apollinis Zephyrum, puerique cædem à disco illatam, ortúmque ex eius sanguine florem, & gementem φὲ in eo inscriptionem, Tyndari instaurationem, & Iouis ob id in Æsculapium excandescentiam. Præterea

Πάριδος ξενισμὸν, καὶ τὴν Ἑλένης ἁρπαγὴν, μετὰ τὴν ἐπὶ τῷ μήλῳ κρίσιν. νομιστέον γὰρ τὴν ἀσπαρτιατικὴν ἱστορίαν, καὶ τὴν Ἰλιακὴν συμπλέκεσθαι, πολλὴν οὖσαν, καὶ πολυπρόσωπον. καθ' ἕκαστον γοῦν τῶν ἐκεῖ πιπτόντων, δρᾶμα τὴν πλοκὴν ποιοῦνται. καὶ μεμνῆσθαι δὲ τούτων ἀεὶ, μάλιστα ἀπὸ τῆς ἁρπαγῆς εὐθὺς, ἄχρι τοῦ ἐν τοῖς νόσοις γεγυμνάσθαι, καὶ τῆς Αἰνείου πλάνης, καὶ Διδοῦς ἔρωτος, ὧν οὐκ ἀλλοτρία καὶ τὰ περὶ τὴν Ὀρέστου δράματα, καὶ τὰ ἐν Σκυθίᾳ τῷ ἥρωϊ πολυπαθήματα. οὐκ ἀπῳδὰ δὲ καὶ τὰ πρὸ τούτων, ἀλλὰ τοῖς Ἰλιακοῖς συγγενῆ, Ἀχιλλέως ἐν Σκύρῳ παρθενεύσεις, Ὀδυσσέως μανία, καὶ Φιλοκτήτου ἐρημία. καὶ ὅλως, ἡ πᾶσα Ὀδυσσέως πλάνη, καὶ Κίρκη, καὶ Τηλέγονος, καὶ ἡ Αἰόλου τῶν ἀνέμων δωρεὰ, καὶ τὰ ἄλλα, μέχρι τῆς τῶν μνηστήρων τιμωρίας. καὶ πρὸ τούτων, ἡ κατὰ Παλαμήδους ἐπιβουλὴ, καὶ ἡ Ναυπλίου ὀργὴ, καὶ ἡ Αἴαντος μανία, καὶ ἡ διὰ πέτρου σωτηρία πέδαις ἀπόκρισις. ἔχει πολλὰς ἀτοπίας καὶ Ἦλις τοῖς ὀρχεῖσθαι περιφιλοῦσι. τὸν Οἰνόμαον. τὸν

Paridem hoſpitio ſuſceptũ, Helenæ raptum, poſt latum de pomo iudicium. Planè enim exiſtimandum Iliacam hiſtoriam copioſam & multiplicem cum Spartana eſſe coniunctam. Itaque iuxta vnumquemque in Troia occiſorum, fabula ſcenæ proponitur. Atque horum memorem illum eſſe oportet ſemper, in primis quæ ſtatim à raptu, ad procerum Græcorum vſque reditus in patriam acciderunt, & Æneæ errorum, & Didûs amoris. A quibus alienæ non erunt quæ aguntur fabulæ de Oreſte, illiúſque herois apud Scythas caſa. Nec verò abſona quæ ante hæc acciderunt, ſed rebus Iliacis cognata, Achillis in Scyro cum virginibus conuerſatio, Vlyſſis inſania, & Philoctetæ deſertio. Denique vniuerſa Vlyſſis vagatio, Circe, Telegonus, Æoli in ventos imperium, & reliqua vſque ad procorum pœnas. Atque ante hæc, ſtructæ Palamedi inſidiæ, Nauplij ira, Aiacis inſania, & alterius naufragium ad ſcopulos factum. Quinetiam Elis multa Saltatoribus argumenta ſuppeditat, nempe Oenomaum Myrtilum, Saturnum, Iouẽ, Μυρτίλον. τὸν Κρόνον. τὸν Διὸς.

τὸν πρῶτος τ' ὀλυμπίων ἀγωνισαμ. πολλὴ δ' ἡ κατ' Αρκαδίαν μυθολογία. Δάφνης φυγή. Καλλιστοῦς θηρίωσις. Κενταύρων παρθενία, καὶ Πανὸς γενεαί. Αλφειοῦ ἔρως, καὶ ὕφαλος ἀποδημία. ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν Κρήτην ἀφίκηται τῷ λόγῳ, πάμπολλα κἀκεῖθεν ἡ ὄρχησις ἐφαρίζεται. τὴν Εὐρώπην. τὴν Πασιφάην. τὸν ταύρους ἀμφοτέρους. τὸν Λαβύρινθον. τὴν Αριάδνην. τὴν Φαίδραν. τ' Ανδρόγεων. τὸν Δαίδαλον. τ' Ικαρον. τ' Γλαῦκον. τὴν Πολυΐδου μαντικὸν. τ' Τάλω. τ' χαλκοῦν τ' Κρήτης πρόπολον. καὶ εἰς Αἰτωλίαν μετέβης, κἀκεῖ πολλὰ ἡ ὄρχησις καταλαμβάνει. τὴν Αλθαίαν. τ' Μελέαγρον. τὴν Ατελάντην. τ' Δάλον, καὶ ποταμοῦ, καὶ Ηρακλέους πάλην, καὶ σειρήνων ὕφεσιν, καὶ ἐχενάδων φόνους, καὶ μυῖαν, τὴν μανίαν, Αλκμαίωνος οἴκησιν. εἶτα, Νέσσον, καὶ Δηϊανείρας ζήλου πάσαν, ἐφ' ᾗ τὴν ἐν Οἴτῃ πυρά. ἔχει καὶ Θρᾴκην πολλὰ τῷ ὀρχησομβρῷ ἀναγκαῖα. τ' Ορφέα. τ' ἐκείνου σπαραγμὸν, καὶ τὴν κάλον αὐτῆς κεφαλήν. τ' Αἷμον, καὶ τὴν Ροδόπην,

primos Olympiorum athletas. Fabularum etiam seges est in Arcadia, Daphnes fuga, Calliſtûs ferina vita, Centaurorum temulentia, & Panos generationes, Alphei amor, & ſubter mare peregrinatio. Quòd ſi etiam oratione in Cretam peruenias, complura inde corrogabit Saltatio, nimirum Europam, Paſiphaën, vtrumque taurum, Labyrinthum, Ariadnen, Phædram, Androgeum, Dædalum, Icarum, Glaucum, Polyidi vaticinium, Talo, æneum Cretæ cuſtodem. Si in Ætoliam quoque tranſfueris, vbi multa ſumit Saltatio, Althæam, Meleagrum, Atalantam, Dalum, fluuij & Herculis luctam, Sirenum procreationem, Echinadum ortum, & Alcmæonis ſedata inſania habitationem. Deinde Neſſum, & Deianiræ zelotypiam, ideóque ſtructam in monte Oeta pyram. Multa etiam habet Thracia Saltationis ſtudioſo neceſſaria, Orpheum, eiúſque lacerationem, eius caput loquens, cúmque lyra innatans; Hæmum, Rhodopẽ, Lycurgi ſuppliciũ.

τὸν ἐπαλείουσαν τῇ λύρᾳ, καὶ καὶ τ' Λυκούργου κόλασιν. καὶ

Θεσσαλία ὑπ πλείω παρέξεται. τὸν Πελίαν. τὸν Ἰάσονα. τὴν Ἀλκηστιν. τὰ τῶν πεντήκοντα νεῶν στόλον. τὴν ἀργὼ. τὴν λάλον αὐτῆς τρόπιν. τὰ ἐν Λήμνῳ. τὸν Αἰητην. τὸν Μηδείας ὄνειρον. τὸν Ἀ-ψύρτου σπαραγμὸν, καὶ τὰ ἐν τῷ παρέπλῳ γενόμενα. καὶ μετ' ταῦτα, τὸν Πρωτεσίλαον, καὶ τὴν Λαοδάμειαν. κἂν εἰς τὴν Ασίαν πάλιν διαβῇς, πολλὰ κἀκεῖ δράματα. ἡ γὰ Σάμος εὐθὺς, καὶ τὸ Πολυκράτους πάθος, καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτῦ μέχρι Περσῶν πλάνη. καὶ τὰ ὑπ ἀρχαιοτέρα, ἡ τῦ Ταντάλου φλυαρία, καὶ ἡ παρ' αὐτοῖς ἱστορία, καὶ ἡ Πέλοπος χρυσοῦν πλαστὸν ὦμος αὐτῦ. καὶ ἐν Ἰταλία δ', ὁ Ηριδανὸς, καὶ Φαέθων, καὶ αἱ περὶ αὐτὸν ἀδελφαὶ θρηνῦσαι, καὶ ἠλεκτρον δακρύουσαι. εἰσεται καὶ ὁ τοῦτος καὶ τὰς ἑσπερίδας, καὶ τὸ φρουρὸν τῆς χρυσῆς ὀπώρας δράκοντα, καὶ τὸν Ατλαντος μόχθον, καὶ τὸν Γηρυόνην, καὶ τὴν ἐξ Ερυθείας ἔλασιν τῶν βοῶν. ἐν ἀγνοήσει δ' καὶ τὰς μυθικὰς μεταμορφώσεις ἁπάσας, ὅσαι εἰς δένδρα, ἢ θηρία, ἢ ὄρνεα ἀλλάττουσι,

Porro plura etiam Theſſalia ſuppeditabit, Peliam, Iaſonem, Alceſtim, quinquaginta nauium claſſem, Argo, eiúſque loquacem carinam, res Lemnias, Æëten, Medeæ ſomnium, Apſyrti dilaniationem, quæque inter nauigandum acciderunt. Poſtea Proteſilaum, & Laodamiam. Rurſus ſi in Aſiam denuo digrediaris, multæ etiam ibi ſunt fabulæ. Statim occurret Samus, Polycratis calamitas, eiúſque filiæ ad Perſas uſque erratio: quæque ſunt antiquiora, ſcilicet Tantali loquacitas, tum Deorum apud eundem conuiuium, Pelopis carnium conciſio, & elephantini humeri appoſitio. In Italia verò Eridanus, Phaëthon, lugentéſque eius ſorores in populos conuerſæ, & electrum lachrymantes. Hic quoque ſciet Heſperidas, & cuſtodem aurei pomi draconem. Atlantis laborem, & Geryonem, boúmque ex Erythia abactionem. Neque ignorabit etiam omnes fabuloſas transformationes, quæcunque in arbores, aut feras, aut aues factæ ſunt,

καὶ ὅσαι ἐκ γυναικῶν ἀνδρες ἐγένοντο. τ' Καινέα λέγω, καὶ τὸν Τειρεσίαν, καὶ τοὺς τοιούτους. καὶ ἐν Φοινίκῃ δ', Μύρραν, καὶ τὸ ἀσσύριον ἐκεῖνο πένθος μεμιζομένον. καὶ ταῦτα εἰσεται. καὶ τὰ νεώτερα δ', ὅσα μὲν τὴν Μακεδόνων ἀρχὴν ἐτολμήθη ὑπό τε Αντιπάτρου, καὶ παρὰ Σελεύκου ἐπὶ τῷ Στρατονίκης ἔρωτι. τὰ δὲ Αἰγυπτίων μυστικώτερα οὐτα, εἰσεται μᾶλλον, συμβολικώτερον δ' ἐπιδείξεται. τὸν Επαφον λέγω, καὶ τὸν Οσιριν, καὶ τὰς τῶν θεῶν εἰς τὰ ζῶα μεταβολας. πρὸ πάντων δ', τὰ περὶ τοὺς ἔρωτας αὐτῶν, καὶ αὐτὸς τὸς Διός, καὶ εἰς ὅσα ἑαυτὸν μετέσκευασεν. εἰσεται δ' καὶ τὴν ἐν ᾅδου ἅπασαν βασιλείαν, καὶ τὰς κολάσεις, καὶ τὰς ἐρ' ἑκάστῃ αἰτίας, καὶ τὴν Πειρίθου, καὶ Θησέως ἀχλὺν τὸ ᾅδου ἐταιρείαν. συνελόντι δ' εἰπεῖν, οὐδὲν τῶν ὑπὸ τὸ Ομήρου, καὶ Ησιόδου, καὶ τῶν ἀρίστων ποιητῶν, καὶ μάλιστα τῆς βασιλείας λεγομένων, ἀγνοήσει. ταῦτα παύ ὀλίγα ἐκ πολλῶν, μᾶλλον δ' ἀπείρων τὸ πλῆθος ἐξελὼν, τὰ κεφαλαιωδέστερα κατέλεξα, τὰ ἄλλα τοῖς

& quæcunque in viros ex mulieribus transiuerunt, Cæneum dico & Tiresiam, aliósque huiusmodi. In Phœnicia, Myrrham, Iu- A ctúmque illum Assyrium diuisum. Hæc etiam cognoscet atque recentiora, quæ post Macedonum imperium ausus est Antipater, & Seleucus ob amorem Stra- B tonices. Abstrusiora Ægyptiorum arcana cognoscet quidem, sed magis ex coniectura demonstrabit: Epaphum dico, & Osirin, & Deorum in animalia mu- C tationes. Ante omnia verò, quæ ad eorum amores pertinent, ipsiúsque Iouis, & quas in formas seipsum mutauerit. Sciet etiam omnem Inferorum tragœdiam, cùm supplicia, tum eo- D rum causas. Pirithoi & Thesei ad inferos vsque societatem seruatam. Vt autem paucis omnia comprehendam, nihil eorum quæ ab Homero, Hesiodo, præstantissimísque poëtis, E in primis verò tragicis dicta sunt, ignorabit. Hæc admodum pauca ex multis, imò potiùs ex infinitis syluam hanc selectam, ac veluti summa capita percensui. Reliqua

τὰ ποιηταῖς ἄδειν ἀφεὶς, καὶ τοῖς ὀρχησταῖς αὐτοῖς δεικνύναι, καὶ σὺ παρασκευάζειν κατ' ὁμοιότητα τῶν ᾀσμάτων, ἅπερ ἅπαντα πρόχειρα καὶ πρὸς τὸν καιρὸν ἕκαστον τῷ ὀρχησομένῳ παρεσκευασμένα καὶ παρατεταμευμένα κεῖσθαι ἀναγκαῖον. ἐπεὶ ὃ μιμητικός ἐστι, καὶ πάνυ σοι τὰ ἀδόμενα δείξειν ὑπισχνεῖται, ἀναγκαῖον αὐτῷ, ὥσπερ καὶ τοῖς ῥήτορσι, σαφήνειαν ἀσκεῖν, ὡς ἕκαστον τῶν δεικνυμένων ὑπ' αὐτοῦ δηλοῦσθαι, μηδενὸς ἐξηγητοῦ δεόμενον. ἀλλ' ὅπερ ἔφη ὁ Πυθικὸς χρησμός, δεῖ τὸν θεώμενον ὀρχεῖσθαι, καὶ καθ' αὑτὸν συνιέναι, καὶ μὴ λαλέοντος τοῦ ὀρχηστοῦ, ἀκούειν. ὃ δὴ καὶ Δημητρίου τοῦ κυνικοῦ παθεῖν λέγουσιν. ἐπεὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ὁμοίᾳ συνῆν κατηγόρει τῆς ὀρχηστικῆς, λέγων τὸν αὐλὸν, καὶ τῶν συρίγγων, καὶ τῶν κτύπων, πάρεργόν τι τὸν ὀρχηστὴν εἶναι, μηδὲν αὐτὸν πρὸς τὸ δρᾶμα συντελοῦντα. κινούμενον δ' ἄλογον ἄλλως κίνησιν, καὶ μάταιον, οὐδενὸς αὐτῇ τῇ θεσμοῦντος, τῶν δ' ἀνθρώπων τοῖς περὶ τὸ πρᾶγμα

verò poëtis canenda, & ſaltatoribus ipſis demonſtranda, tibíque iuxta dictorum ſimilitudinem inuenienda reliqui Quæ omnia Saltatori præparare, priúſque ſeponere neceſſe eſt, vt in promptu habeat, & quauis occaſione promat. Qui ſiquidem eſt imitator, & geſtibus ſe repræſentaturum pollicetur ea quæ canuntur, ei neceſſarium eſt, vt & oratoribus, vt perſpicuitatem exerceat, qua quicquid demonſtrabit, ita declaret, vt enarratore non egeat. Sed quod Pythico oraculo proditum eſt, oportet vt qui Saltationis eſt ſpectator, mutum intelligat, & non loquentem audiat. Quod Demetrio Cynico etiam accidiſſe ferunt. Qui cùm perinde ac tu Saltandi artem accuſaret, dicens tibiæ, fiſtularum, & ſtrepituum, Saltatorem velut auctarium eſſe, quippe qui nihil ad fabulam conferret, ſed inſulſum alioqui motum adhiberet, eúmque inanem, & ab omni ratione ſeiunctum. Cæterùm homines qui hac in re præſtigijs illuderentur, veſtitu ſerico,

γαντευομένους, ἰδὼν σκευὴ

καὶ προσωπείῳ ἐυαρεπεῖ, αὐλῷ τε, καὶ τερετίσμασι, καὶ τῇ τῶν ἀδόντων ἐυφωνίᾳ, οἷς κοσμεῖσθαι μηδὲν ὂν τὸ τῆς ὀρχήσεως πρᾶγμα. ὁ τότε κτ' τὸν Νέρωνα ἐυδοκιμῶν ὀρχηστὴς, ὡς ἀσυμέτρος ὡς φασιν, ἀλλ' εἰ καί τις ἄλλος, ἦν τε ἱστορίας μνήμη, καὶ κινήσεως χάλλει διενεγκών, ἐδεήθη τῆς Δημητρίου ἐυγνωμονεστάτῳ οἶμαι τῷ δέησιν, ἰδεῖν ὀρχούμενον. ἔπειτα κατηγορεῖν αὐτῆς. καὶ ὑπέσχετό γε ἀνευ αὐλῆς, καὶ ἀσμάτων ὑποδείξεσθαι αὐτῷ. καὶ οὕτως ἐπέτρεψεν. ἡσυχίαν γὰρ τοῖς τε κτυπήσι, καὶ τοῖς αὐλήσι, καὶ αὐτῷ παρεσχεῖλας τῷ χορῷ, αὐτὸς ἐφ' ἑαυτῆς ᾠχήσατο τὸν Αφροδίτης καὶ Αρεος μοιχείαν, ἥλιον μηνύοντα, καὶ Ηφαιστον ὑποβουλεύοντα, καὶ τοῖς δεσμοῖς ἀμφοτέρους, τόν τε Αφροδίτην, καὶ τ' Αρη σαλπίζοντα, καὶ τοὺς ἐπεξιόντας θεοὺς ἕκαστον αὐτῶν. καὶ αἰδουμένην μὲν τὸν Αφροδίτην, ὑποδεδικότα δ'. καὶ ἱκετεύοντα τὸν Αρη, καὶ ὅτα τῇ ἱστορίᾳ ταύτῃ παρέστησιν, ὥστε τὸν γνωμένους, τὸν τὸν ἔπαινον

decenti larua, tibiáque, & laſciuis cantilenis, & canentium vocalitate, quibus exornari Saltatorem nihil eſt opus. Tunc Saltator qui celebris erat tempore Neronis, neutiquam imperitus, vt aiunt, ſed ſiquis etiam alius, cùm hiſtoriæ memoria, tum geſtus elegantia præcellens, rem vt puto, æquiſſimam à Demettio poſtulauit, nimirum vt ſe ſaltantem ſpectaret, deinde accuſationem intenderet. Promiſit verò ſe nullis tibijs, nullis cantilenis adhibitis ſaltaturum: quod etiam præſtitit. Nam indicto ſilentio & ſtrepentibus, & tibia canentibus, ipſíque choro ipſe per ſe ſaltauit Veneris, & Martis adulterium, Solem indicantem, Vulcanum inſidiantem, vinculis ambos, Venerem cum Marte illaqueantem, Deos ſpectaculo aſſiſtentes, Venerem pudore ſuffuſam, ſubuerentem, ſupplicantémque Martem, & quęcunque alia complectitur hæc fabula: ita vt Demetrius ſummopere Saltatione illa exhilaratus, maximam hanc Saltatori laudem tribuerit,

Δημήτριον ὑπερηδέντα τοῖς ἀποδεῖναι τὸ μέγιστον τῷ ὀρχηστῇ,

ἀνέκραγε γε, καὶ μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἀνεῤῥήξατο, ἀκούω ἀνθρωπε ἃ ποιεῖς, οὐ γὰρ ὁρῶ μόνον, ἀλλά μοι δοκεῖς ταῖς χερσὶν αὐταῖς λαλεῖν. ἐπὶ τοῦ τε Νέρωνα ἐσμὸν τῶν λόγων, ὃν ὁλόμην καὶ βαρβάρῳ ἀνδρὶ τὸ ἐπὶ τῷ αὐτῷ ὀρχεῖσθαι ῥηθήμενον εἰπεῖν, ὅσῳ μείζων ἔπαινος ὀρχηστικῆς ῥώσει ἂν. τῶν δὲ ἐκ τοῦ πόντου βαρβάρων βασιλικός τις ἀνὴρ πρεσβεύσων ἀφῖκτο ὡς τὸν Νέρωνα, ἐθέατο μὲν τὸν ἄλλων τὸν ὀρχηστὴν ἐκεῖνον, οὕτω σαφῶς ὀρχούμενον, ὡς καίτοι μὴ ἐπακούοντα τῶν ᾀδομένων. ἠμέλλησε γάρ τις ὢν, ἐπύγχανε συνιέναι ἁπάντων. καὶ δὴ ἀπὼν ἤδη εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ Νέρωνος δεξιουμένου, καὶ ὅ, τι βούλοιτο αὐτῷ χαλεύοντος, καὶ δώσειν ὑπισχνουμένου, τὸν ὀρχηστὴν ἔφη δοῦναι, τὰ μέγιστα εὐφρανεῖς. τοῦ δὲ Νέρωνος ἠρωτηκότος τί ἂν σοι χρήσιμος γένοιτο ἐκεῖ, πρὸς σοὶ κοις ἔφη βαρβάροις ἔχω, οὐ γλώττοις, καὶ ἑρμηνέων οὐ ῥᾴδιον ὑπερεῖν πρὸς αὐτούς. διὰ σοῦ τινος δόμενοι, διανύσω οὗτος, ἕκαστά μοι ἑρμηνεύσει. τοσοῦτον ἄρα προσδέοιτο αὐτῷ ἡ μίμησις τῆς ὀρχήσεως,

quum exclamauit, magnáq; voce pronunciauit, Audio quæ facis, ô homo, nec video tantùm, sed manibus ipsis loqui mihi videris. Quoniam verò circa Neronis tempora noſtra verſatur oratio, volo viri barbari ſuper eodem ſaltatore ubi referre teſtimonium, quod maximæ Saltationis laudi vertitur. Quidam enim ponticus barbarus, homo regius cum ob negocium ad Neronem veniſſet, hunc vnà cum alijs Saltatorem contemplabatur, adeò perſpicuè ſaltantem, vt quanquam eorũ quę canebantur nihil exaudiret, (nam erat ſemigræcus) omnia tamen intelligeret. Iam verò cùm ad ſuos regreſſurus eſſet barbarus, eúmque Nero liberaliter tractaret, & ſiquid vellet, petere iuberet, ac ſe daturum polliceretur. Si mihi, inquit, Saltatorem dederis, me hoc munere plurimum exhilarabis. Percontante verò quem ipſi vſum domi præſtiturus eſſet, Finitimos, inquit, barbaros habeo, lingua diſſimiles, nec ad intelligendos illos, interpretes comparare facile eſt. Si quo igitur egeam, hic nutu mihi ſingula interpretabitur: tantum ipſum perculerat, imitatio Saltationis,

ἐπίτηδές τι, καὶ σαφὴς φανεῖται, ἢ ὃ πλεῖστα διατείνει, καὶ ὁ σκοπὸς τῆς ὀρχηστικῆς, ἢ ὑποκείσεται ὄντι, ὡς ἔφην κἀγὼ τὰ αὐτά, καὶ τοῖς ῥήτορσιν ἐπιτηδευόμενον. καὶ μάλιστα τοῖς ταῖς κλαυσμυρίαις ταύταις μελέταις διεξιοῦσιν. οἶδε γοῦν καὶ ἐν ἐκείνοις μάλλον ἐπαινούμενα, τῷ ἐοικέναι τοῖς ὑποκειμένοις προσώποις, καὶ μὴ ἀπφδὰ εἶναι τὰ λεγόμενα τῶν εἰσαγομένων ἀριστέων, ἢ τυραννοκτόνων, ἢ πενήτων, ἢ γεωργῶν, ἀλλ' ἐν ἑκάστῳ τούτων τὸ ἴδιον, καὶ τὸ ἐξαίρετον δείκνυσθαι. ἐθέλω γοῦν σοι καὶ ἄλλου βαρβάρου ῥῆσιν ἐπὶ τούτοις εἰπεῖν. ἰδὼν γὸ πάντα προσωπα τῶ ὀρχηστῆ παρεσκευασμένα, τοσούτων γὸ μερῶν τὸ δρᾶμα ὢν, ἐζήτει ἵνα ὁρῶν τὸν ὀρχηστὴν, τίνες οἱ ὀρχησόμενοι, καὶ ὑποκρινόμενοι τὰ λοιπὰ προσωπεῖα ἦεν. ἐπεὶ γὸ ἔμαθεν ὅτι αὐτὸς ὑποκρινεῖται, καὶ ὑπορχήσεται τὰ πάντα, ἐλελυθεὶς ἔφη ὦ βέλτιστε, σῶμα μὲν ἕν τὸ ἓν, πολλὰς γὸ ταὶς ψυχὰς ἔχων. ταῦτα μὲ ὁ βάρβαρος. ὠμὰ ἀπεικότως γὸ καὶ οἱ Ἰταλιῶται τὸν ὀρχηστὴν παντομίμον καλοῦσιν, ἀπὸ τῶ δρωμένου ἁπλῶς. καλὴ γὸ καὶ ἡ ποιητικὴ

cùm insignis, & perspicua apparuisset. Cæterum exercitatio cui maximè incumbit, & scopus Saltationis, est repræsentatio, cui eodem modo quo rhetores dat operam, præcipuè quo qui vacãt declamationibus quas vocant. At hæc quoque Saltatoribus præcipuè laudi datur, vt propositis personis gestu respondeat, nec ea quæ dicuntur, ab introductis optimatibus, aut tyrannicidis, aut pauperibus, aut agricolis discrepent, sed in horum vnoquoque quod proprium exístit, & eximium, demonstretur. Volo itaque tibi sententiam referre quam super his tulit alter barbarus: qui cùm quinque personas Saltatori paratas vidisset, nam tot partibus constabat fabula, vnum conspiciens Saltatorem quærebat, quinam essent saltaturi, & reliquas personas acturi. Postea verò quàm intellexit, eundem acturum, & saltationem omnẽ executurum esse, nesciebam, inquit, ô optime, te vnum quidem hoc corpus, sed plures animas habere. Et hæc quidem barbarus ille. Nec immeritò Itali saltatorem Pantomimum appellant, ab eo fermè quod agitur. Nec inelegans est poëtica

παρφίνεσις ἐκείνη, τὸ ὦ παῖ ποντίου θηρὸς πρᾶιόν νοον ἔχων, πάσαις πολίεσσιν ὁμίλει. καὶ τῷ ὀρχηστῇ ἀναγκαῖα, καὶ δεῖ παρφαίνεσθαι τοῖς πράγμασι, συνοικειοῦν ἑαυτὸν ἑκάστῳ τῶν δραμάτων. τὸ γὰρ ὅλον, ἤθη, καὶ πάθη δείξειν, καὶ ὑποκρινεῖσθαι. ἡ ὄρχησις ἐπαγγέλλεται, νῦν μὲν ἐρῶντα, νῦν δ' ὀργιζόμενόν τινα εἰσάγουσα, καὶ ἄλλον μαινόμενα, καὶ ἄλλον λελυπημένον. καὶ ἅπαντα ταῦτα μεμέτρηται. τὸ γοῦν παράδοξότατον, τὴν αὐτῆς ἡμέρας ἄρτι μὲν Ἀθάμαντα μαινόμενον, ἄρτι δὲ Ἰνὼ φοβουμένην δείκνυται. καὶ ἄλλοτε Ἀτρεὺς ὁ αὐτός. καὶ μετὰ μικρὸν, Θυέστης. εἶτα, Αἴγισθος, ἡ Ἀερόπη. καὶ πάντα ταῦτα εἷς ἀνθρωπος ὤν. τὰ μὲν οὖν ἄλλα θεάματα, καὶ ἀκούσματα, ἑνός ἑκάστου ἔργου τὴν ἐπίδειξιν ἔχει, ἢ γὰρ αὐλός ἐστιν, ἢ κιθάρα, ἢ διὰ φωνῆς μελῳδία, ἢ βακχικὴ δραματουργία, ἢ κωμικὴ γελωτοποιία. ὁ δ' ὀρχηστὴς, τὰ πάντα ἔχει συλλαβών, καὶ ἔνεστι ποικίλλων, καὶ παίζων τὴν παρασκευὴν αὐτὴν ἰδεῖν, αὐλὸν, σύριγγα, πηδῶν κτύπον, κυμβάλου φόρον, ὑποκριτῶν εὐφωνίαν, ᾠδῶν ὁμοφωνίαν.

illa cohortatio, ô fili, Polypi marini mentem habens, omnibus in vrbibus versare, quæ Saltatori est necessaria, quem rebus adhærentem, oportet semetipsum quibusque factis applicare. In vniuersum autem Saltatio pollicetur se mores & affectus demonstraturam, & simulaturam, nunc quidem amantem, nūc irascentem aliquem introducens: mox alium insanientem, alium mœrentem: atque omnia ista seruata mensura. Quare quod maximè est admirandum, eodē die Athamanta furentem, & Inonem metuentem repræsentat. Aliàs Atreus ipse est, paulo pòst Thyestes, deinde Ægisthus, aut Aërope, quæ omnia vnus homo refert. Alia quidem quæ spectanda, vel audienda exhibentur, vnam quampiam rem ostendunt: aut enim tibia est, aut cithara, aut vocis modulatio, aut tragica fabulæ actio, aut comica scurrilitas. Verùm Saltator hæc omnia complectitur, cuius varium, & miscellaneum apparatum videre est, tibiam, fistulam, pedum strepitum, cymbali sonum, actoris vocalitatem, canentium concentum.

ἔτι ἢ τὰ μὲν ἄλλα, δευτέρου τ' ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἔργα ἐστὶ τὰ μὲν, ψυχῆς, τὰ δ', σώματος. ἐν δὲ τῇ ὀρχήσει, ἀμφότερα συμμέμικται. καὶ γὰρ διανοίας ἐπίδειξιν τὰ γιγνόμενα ἔχει, καὶ σωματικῆς ἀσκήσεως ἐπιτήδευσιν. τὸ δὲ μέγιστον, ἡ σοφία τῶν δρωμένων, καὶ μηδὲν ἔξω λόγου. Λεσβώνακτ γοῦν ὁ μυτιληναῖος, ἀνὴρ καλὸς, καὶ ἀγαθὸς, χειροσόφους τοὺς ὀρχηστὰς ἀπεκάλει, καὶ ἡδέως ἐπὶ τὴν θέαν αὐτῶν, ὡς βελτίων ἀναστρέφων ἀπὸ τοῦ θεάτρου. Τιμοκράτης δ' ὁ διδάσκαλος αὐτῶν, ἰδών ποτε ἄπαξ ἐξεπιτηδεύσαντας ὀρχηστὴν τὰ αὑτοῦ ποιοῦντα, οἷον μὲ ἔφη θεάματος ἡ θεὸς φιλοσοφίαν αἰδοῦς ἀπεστέρηκεν. εἰ δ' ὄντως ἀληθῆ ἃ περὶ ψυχῆς ὁ Πλάτων λέγει, τὰ τρία μέρη αὐτῆς καλῶς ὁ ὀρχηστὴς δείκνυσι, τὸ θυμικὸν, ὅταν ὀργιζόμενον ἐπιδείκνυται. τὸ ἐπιθυμητικὸν, ὅταν ἐρῶντας ὑποκρίνηται. τὸ λογιστικὸν, ὅταν ἕκαστα τῶν παθῶν χαλιναγωγῇ. τοῦτο μὲν γε ἐν ἅπασι μέρει τῆς ὀρχήσεως, καθάπερ ἡ ἁφὴ ἐν ταῖς αἰσθήσεσι παρέσπαρται, κἀλλοις δ' ἄφρονῶν, καὶ τῆς ἐν τοῖς

Præterea alia quidem alterutrius in homine partis sunt opera, alia mentis, alia corporis. Verùm hæc in Saltatione commixta sunt. Nam ea quæ fiunt, mentis demonstrationem, & corporei exercitij vim habent. Maximum verò istud est, nempe rerum quæ aguntur sapientia, quum nihil præter rationem cõmittitur. Quocirca Lesbonax Mytilenæus vir honestus, ac bonus, Saltatores Manu sapientes appellabat, ibátque spectatum ipsos, tanquam melior à theatro reuersurus. Timocrates autem eius præceptor viso quondam semel (nec de industria aderat) saltatore res suas agente, Quali inquit, mea me erga philosophiam verecundia, spectaculo priuauit. Quòd si vera sunt quæ de anima disserit Plato, tres eius partes præclarè ostendit Saltator, Vim irascendi, quando irascentem exprimit: desiderandi, quando amantes repræsẽtat, ratiocinandi, quando singulos affectus ceu fræno regit. Et hoc quidem per omnes Saltationis partes sparsum est, vt Tactus per omnes sensus. Porrò cum pulchritudinis & concinnæ inter

ὀρχήσεως συμφορίας, τί ἄλλο,
ἢ τὸ τῆς Ἀριστοτέλους ἐπαλη-
θεύειν, τὸ κάλλος ἐπαινοῦντος, καὶ
μέρος εἶναι τρίτον ἠγουμένου παρα-
βῆναι καὶ τοῦτο εἶναι. ἥκουσα δέ πο-
που καὶ περιπότερόν τι παιτευο-
μένου τοῦ τῶν ὀρχηστικῶν θεα-
σωπίων σιωπῆς, ὅτι καὶ αὐτὴ
πυθαγορικόν τι δόγμα αἰτιᾶται. ἐπὶ δὲ καὶ τῶν ἄλλων ὀπτη-
λευμάτων, τῶν μέν, τὸ τερπνόν, τῶν
δέ, τὸ χρήσιμον ὑπερεμφαίνων,
μόνη ἡ ὀρχήσις ἀμφω ἔχει. καὶ
πολὺ γε τὸ χρήσιμον ὠφελιμώ-
τερον, ὅσῳ μὴ τῶν τερπνῶν γίγνε-
ται. πόσῳ γὰρ τοῦτο ὁρᾶν ἥδιον,
ἢ πυκτεύοντας παίοντας, καὶ
αἵματι ῥεομένους, καὶ παλαίοντας
ἄλλους ἐν κόνει, ὡς ἡ ὄρχησις
πολλαχοῦ ἀσφαλέστερον ἅμα, καὶ
εὐμορφότερον, καὶ περιπτύξεων
ἐπιδεικνῦσα. τὰ μὲν οὖν γε σώμα-
τον κίνησιν ἡ ὀρχηστικὴ, καὶ σχή-
σεις αὐτῆς, καὶ μεταβολὰς, καὶ
σχήματα, καὶ ὑπτιασμοὺς, τοῖς
μὲν ἄλλοις, τερπνὰ εἶναι συμβέ-
βηκεν ὁρᾶσθαι. τοῖς δὲ ἐπιτηδείοις
αὐτοῖς, ὑγιεινότατα. γυμνασίων
γὰρ τὸ κάλλιστόν τε ἅμα, καὶ εὐ-
ρυθμότατον ἔγωγε ἂν ἔγωγε
εἶναι. μαλακόν μὲν τὸ σῶμα. καὶ
εὔκαμπτον. καὶ κατάζον. καὶ εὐχερὲς
εἶναι πρὸς μεταβολὴν διάθεσιν

saltandum formæ curam ſuſcipiat, quid aliud quàm Ariſtotelis ſententiæ veritatem confirmat, pulchritudinem laudantis, atque tertium ei in bonis locum tribuentis. Cæterùm quendam audiui de ſaltatricium perſonarum ſilentio iuuenilius dicentem, hoc Pythagoricũ præceptum innuere. Præterea cùm vitæ actionum, aliæ oblectationem, aliæ vtilitatem polliceantur, ſola Saltatio vtramque obtinet: eóq; vtilitas eſt commodior, quòd cum voluptate accedit. Quãto enim hoc viſu iucundius, quàm videre pugnis decertantes iuuenes, ac ſanguine manantes, aliósque in puluere luctantes, quos plerumque Saltatio tutiùs ſimul, & decentiùs, & iucundiùs demonſtrat. Quocirca concitatus Saltationis motus, eiúſque conuerſiones, & circumductiones, & ſaltus, & reſupinationes, aliis quidem ſpectantibus oblectamento fuêre: ipſis verò actoribus ſaluberrima. Etenim illud ego gymnaſiorum pulcherrimum, & aptiſſimum eſſe affirmauerim, quod emollit corpus, flexibile, & leue reddit, & ad mutationem promptum eſſe inſtituit,

robúrque

ἰσχύ τε οὐ μικρὰν περιποιῶν τοῖς σώμασι. πῶς οὖν οὐ παναρμόνιόν τι χρῆμα ἡ ὀρχησις, ἅμα τε τὴν ψυχὴν ἀσκοῦσα ἅμα τὸ σῶμα, τέρπουσα τοὺς ὁρῶντας, διδάσκουσα πολλὰ τῶν πάλαι ἐν αὐλοῖς, καὶ κυμβάλοις, καὶ μελῶν εὐρυθμίαν, καὶ κηλοῦσα, διά τε ὀφθαλμῶν, καὶ ἀκοῆς. εἰ γοῦν τινος εὐμοιρίαν ζητοῖς, ἐν ᾧ ἂν ἀλλαχόθι εὕροις, ἢ πῖον πολυφωνότερον ἀκούσμα, ἢ ἐμμελέστερον, εἴ τε αὐλῷ, καὶ συρίγγος τὸ λιγυρώτερον, ἄλις καὶ τοῦτων ἐν ὀρχήσει ἀπολαῦσαι σοι πάρεστιν. ἐῶ λέγειν ὡς ἀμείνονα τὸ ἦθος ὁμιλῶν τῇ τοιαύτῃ θέᾳ χρώμενος, ὅταν ὁρᾷς τὸ θέαμα, μισοῦντα μὲν τὰ κακῶς μιγνύμενα, σπουδάζοντα δὲ τοῖς ἀδικουμένοις, καὶ ὅλως, τὰ ἤθη τῶν ὁρώντων παιδαγωγοῦντα. ὃ δ' ἔστι μάλιστα ὑπὲρ τῶν ὀρχησαμένων ἐπαινέσαι, τοῦτο ἤδη ἐρῶ, τὸ καὶ ἰσχὺν ἅμα, καὶ ὑγρότητα τῶν μελῶν σπουδάζειν, ὁμοίως παραδόξον εἶναί μοι δοκεῖ, ὡς εἴ τις ἐν τῷ αὐτῷ καὶ Ἡρακλέους τὸ καρτερὸν, καὶ Ἀφροδίτης τὸ ἁβρὸν δείκνυσι. ἐθέλω δὴ καὶ τοῦτο δείξαί σοι τῷ λόγῳ, ὁποῖον χρὴ εἶναι τὸν ἄριστον ὀρχηστὴν ἔν τε ψυχῇ, καὶ σώματι.

A

B

C

D

E

robúrque non exiguum corporibus acquirit. Quî ergo rerum omnium maximè cõcinna non sit Saltatio, quæ mentem acuit, corpus exercet, spectantes oblectat, priscáque multa docet tibijs, cymbalis, carminũ concinna cõpositione, & mulceding oculos & aures afficiente. Itaque si perfectam vocis actionem requiris, vbi alibi, aut quodnam auditionis argumentum inuenias, quod pluribus & concinnioribus vocibus constet, seu tibia, & fistula magis sonorum? His ibundè satis in Saltatione frueris. Mitto dicere, quod huiusmodi spectacula frequentando, moribus melior euades, quando theatrum malefacta odisse vides, & iniuria affectos deflere, deniq; spectantium mores formare. Quod verò præcipuè in Saltatoribus est laudandum, iam illud dicam, nempe vires simul, & membrorum mollitiem colere, æquè mihi videtur insolens, ac siquis in eodem argumento, & robur Herculis, & mollitiem Veneris ostentaret. Iam etiam tibi subijcere volo hac oratione, qualem anima & corpore optimum Saltatorem esse oporteat.

καὶτοι τῆς μὲ ψυχῆς, σεμνότατον τὸ πλεῖστα. μνημονικόν τε γὸ, καὶ εὐσυνετὰ, καὶ ξυνετὰ, καὶ ὀξυ τὸ ἐπινοῆσαι, καὶ καιρῷ μάλιστα ἐσοχάσθαι φημὶ δεῖν αὐτόν. ἔτι δ', κριτικόν τε ποιημάτων, καὶ ἀσμάτων. καὶ μελῶν τ' ἀρίστων διαγνωστικόν, καὶ τ' κακῶς πεποιημένων ἐλεγκτικόν. τὸ δ' σῶμα, κατ' τὸν Πολυκλείτου κανόνα κἂν ἐπιδείξειν μοι δοκῶ. μήτε γὸ ὑψηλὸς ἄγαν ἔστω, καὶ πρὸς τ' μετρίως ἐπιμήκης, μήτε ταπεινὸς, καὶ νανώδης τ' φύσιν, ἀλλ' ἔμμετρος ἀκριβῶς. ἔστι πολυσαρκὸς, ἀπίθανον γὸ, ὅτι λεπτὸς εἰς ὑπερβολὴν. σκελετῶδες τοῦτο, καὶ νεκρικόν. ἐθέλω γοῦν σοι καὶ δήμου τινὸς ἡ φαύλε τὰ τοιαῦτα ἐπισημαίνεσθαι, βοᾶς εἰπεῖν. οἱ γὸ Αντιοχεῖς, εὐφυέστατη πόλις, καὶ ὄρχησιν μάλιστα προσβέβυκεν, ἅτε ἐπιτηρεῖ τῶν λεγομένων, καὶ τῶν γιγνομένων ἔχεσα, ὡς μηδένα μηδὲν αὐτῶν διαλαθεῖν. μικρᾷ μὲν γὸ ὀρχησοῦ εἰσελθόντος, καὶ τ' Εκτορα ὀρχουμένου, μιᾷ φωνῇ πάντες ἀνεβόησαν, ὡς Ασυάναξ, Εκτωρ δ' οὗτος; ἀλλ' οὔτε δήπου μικίσου τινὸς ἐπὶ τὸ μέτριον ὀρχεῖσθαι τ' Καπυρίαν ἐπιχειροῦντος, καὶ

Quanquã plurima antè dixi de animæ dotibus. Quippe memorem, ſolertem, prudentem, acutum ad comminiſcendum, & ad occaſionem ſpectandam in primis, A eum oportere eſſe affirmo: præterea poëmatum cenſorem, carminum & modulorũ præſtantiſſimorum iudicem, & vitioſorum reprehenſorẽ. Cæterùm corporis modum B iuxta Polycleti canonem definiam. Neque ſit nimium procerus, & immodicè longus, neque humilis, & natura nanus, ſed exquiſitè mediocris: neq; carnoſus, hoc C enim inſcitum: neque gracilis impenſè, hoc enim arridi cadaueris præ ſe fert imaginem. Memorabo etiam ubi populi cuiuſdam ad huiuſmodi notanda non inertis D exclamationes. Antiochiæ ciues ingenioſiſſimi, & Saltationis obſeruantiſſimi, ita dicta, factáque ſingula notãt, vt neminem quicquam corũ lateat. Cùm enim puſillus Saltator ingreſſus eſſet, & Hectorem ſaltaret, vna voce exclamarunt omnes, hic videtur Aſtyanax, vbinam eſt Hector? Aliàs etiam, quum E quidam immodicè procerus Capaneũ ſaltare aggredetetur, & Thebanorum muros

προσβάλλει τοῖς Θηβαίων τεί-

χαστι, ἐβόησαν τὸ τεῖχος, οὐδέν σοι δεῖ κλίμακος, ἢ ὅτι τῆς παλάμης ἦ. καὶ μικρὸς ὀρχηστής, πηδᾷν μεγάλα πειρωμένου, δεόμεθα ἔφασαν φείσασθαι τῆς θυμέλης. τὸ δὲ ἐναντίον τῷ παίζοντι λεπτῷ ἐπεβόησαν, καλῶς ἔχε ὡς νοσοῦντι. τούτων ἕνεκα τῆς γελοίου ἐπεμνήσθην, ἵνα μὴ ὡς ἴδῃς ὅτι καὶ δῆμοι ὅλοι μεγάλῃ σπουδῇ ἐποιήσαντο ἐπὶ τὴν ὀρχηστικήν, ὡς καὶ ῥυθμίζειν τὰ καλὰ, καὶ τὰ αἰσχρὰ αὐτῆς διώσασθαι. ζυκίνητος δὲ μετὰ τοῦτο πάντως ἔσῃ, καὶ τὸ σῶμα λελυμένος τε ἅμα, καὶ συμπεπηγὼς, ὡς λυγίζεσθαί τι ὅπῃ χρεὼς, καὶ συνεσάλαι καρτερῶς, εἰ τοῦτο δέοι. ὅτι δὲ οὐκ ἀπήλλακται ὄρχησις καὶ ἡ ἐναγωνίως χειρονομίας, ἀλλὰ μετέχει καὶ τῆς Ἑρμοῦ, καὶ Πολυδεύκους, καὶ Ἡρακλέους, ἐν ἀθλήσει καλῶν εἴδοις αὖ, ἐκάστη τῶν μιμήσεων ὑπηρῶν. Ἡσιόδου μὲν οὖν τὰ δὴ ὁμήματα φανούμενα, πιστότερα εἶναι τῶν ὠτων δοκεῖ. ὀρχήσει δὲ, καὶ τὰ ὦτων, καὶ ὀφθαλμῶν ἀφέσεσιν. ἅπαν δὲ διάγει ὄρχησις, ὥστε αὖ ἐρῶν τις, εἰς τὸ θέατρον παρέλθοι, ἐσωφρονίσθη ἰδὼν ὅσα ἔρωτος κακὰ τέλη. καὶ λύπης ἐχόμενος, ἀφέρχεται τῆς

adoriri, Transcende, dixerunt, murum, tibi scalis nihil est opus. Quum etiam obesus, & crassus quidam Saltator, saltum ingentem moliretur, quæsumus te, inquiunt, parce thymelæ. Cõtrà summopere gracili, tanquam ægrotanti acclamarũt, Bene habe. Hæc ego nõ iocandi gratia commemoraui, sed vt scias totos populos artem Saltandi magno studio coluisse, adeò vt virtutes, & vitia eius deprehendere potuerint. Postea sit planè mobilis Saltator, corpore soluto simul & compacto, ita vt postulãte tempore flecti queat, & firmiter, si sit opus, consistere. Quòd autem aliena nõ sit Saltatio à manuum gesticulatione quæ fit in certaminibus, sed particeps Mercurij, Pollucis, & Herculis editarum in certamine virtutũ, facilè videris, si singulis imitationibus animum applices. Herodoto sanè quæ oculis excipiuntur, certiora esse videntur, quàm quæ auribus. Saltationi verò & oculorum & aurium iudiciũ præstò est. Vsque adeò autem mouet Saltatio, vt siquis amans, ad theatrum accedat, ad sanam mentẽ redeat, quum viderit quàm mali sint amoris exitus: & tristitia affectus, egrediatur ex

θεάτρου φαιδρότερος, ὥσπερ
τι φάρμακον λησμονήν. καὶ
γὰρ τὸ πανηγύρει, πανηγύρεώς τε,
καὶ ἄγελον πάνυ σημαίνει τὸ
ὁρᾶν τὰ γιγνόμενα οἰκειότη-
τος, καὶ τὸ γνωρίζειν ἔκαστον
τῶν ὁρωμένων τὰ δακρύματα, τὸ
δακρύειν πολλάκις τὸν θεατὴν, ὁπόταν τι οἰκτρὸν καὶ ἐλεεινὸν φαίνηται. ἡ μὲν γὰρ βακχικὴ
ὄρχησις, ἐν Ἰωνίᾳ μάλιστα, καὶ
ἐν τούτῳ σπουδάζομένη, καίτοι σατυρικὴ οὖσα καὶ τῶν κιχήρων
τὸν ἄνθρωπον τὸν ἐκεῖ, οὕτως
ἔχει τὸ τερπνόμενον ἕκαστον καιρὸν ἀπάντων ἐπιλανθάνεσθαι
τῶν ἄλλων, καθάπερ δὴ ἡμᾶς
ταυτασὶ, καὶ θορυβάντας, καὶ
σατύρους, καὶ βουκόλους ὁρῶντες. καὶ ἄρχεσθαί γε ταῦτα οἱ
εὐγενέστατοι, καὶ πεπαιδευμένοι
ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων. οὐκ ὄπισθεν
αἰδούμενοι, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον φρονοῦντες ἐπὶ τῷ πράγματι
μᾶλλον δὲ, ἢ ἐπ' εὐγενείαις, καὶ
λειτουργίαις, καὶ ἀξιώμασι πρωτοκλισίοις. ἐπεὶ δὲ τὰς ἀρετὰς
ἔφην τὰς ὀρχηστικὰς, ἄκουε καὶ
τὰς κακίας αὐτῶν. τὰς μὲν οὖν
ἐν σώματι, ἤδη ἔδειξα. τὰς δὲ
ἐν διανοίᾳ, ἅπερ ἐμπαρεῖν
οἶμαι δίκαιόν σοι. πολλοὶ γὰρ
αὐτῶν ἐν ἀμαθίᾳ, ἀμηχάνῳ

theatro hilarior, tanquam potus pharmacum quod obliuionem inducat, & ex poëta luctum, & mœrorem tollat. Quòd autem ista populo fuerint familiaria, & ea quæ demonstrabantur, spectantium quisque norit, argumento sunt lachrymæ à spectatoribus non rarò profusæ, cùm lugubre quippiam & miserabile viderent. Bacchica Saltatio, in Ionia præcipuè, & Ponto celebrari solita, quanquam satyrica, gentis illius animos ita mancipauit, vt singuli statutis temporibus cæterarum rerum omnium obliti, solidum diem desideant spectantes Titanas, Corybantas, Satyros, & bubulcos. Quod saltationis genus nobilissimi quique, & cuiusque ciuitatis primores saltabant, neque ob id erubescebant, imò potiùs gloriabantur magis quàm ob nobilitatem, munera publica, & dignitates maiorũ. Postea verò quã Saltatorum virtutes dixi, eorundem etiam accipe vitia. Sed enim corporis vitia iam ostendi: mentis autem vitia ad hũc fere modum opinor, obseruabis. Multi enim illorum prę inscitia, siquidẽ fieri nequit vt periti sint omnes,

γὰρ ἅπαντας εἶναι σοφοὺς, ἢ

σολοικίας δεινὰς ἐν τῇ ὀρχήσει ἐπιδείκνυνται. οἱ μὲν, ἄλογα κινούμενοι, καὶ μηδὲν ὡς φασι πρὸς τὴν χορδήν. ἕτερα μὲν γὰρ ὁ πούς, ἕτερα δ' ὁ ῥυθμὸς λέγει. οἱ δ', ἔνρυθμα μὲν, τὰ σχήματα δ' μετάχορα, ἢ σχέτλεα, οἷον ἐγώ ποτε εἶδον μέμνημαι. τὰς γὰρ Διὸς γενέσεις ὀρχούμενός τις, καὶ τὴν τοῦ Κρόνου τεκνοφαγίαν, παρωχεῖτο τὰς Θυέστου συμφορὰς, τῷ ὁμοίῳ παρεγκλίνων. καὶ ἄλλος δὲ Σεμέλην ὑποκεινόμενος βάλλομένην κεραυνῷ, καὶ Γλαύκην αὐτὴν εἰκάζε, μεταγενεστέραν οὖσαν. ἀλλ' οὐκ ἀπόχρη τοιούτων ὀρχηστῶν, ὀρχήσεως αὐτῆς οἶμαι καταγνωστέον, οὐδὲ τὸ ἔργον αὐτὸ μισητέον, ἀλλὰ τοὺς μὲν, ὥσπερ εἰσὶν, ἀμαθεῖς νομιστέον. ἐπαινετέον δὲ τοὺς ἐννόμως, καὶ κατὰ ῥυθμὸν καὶ τέχνης ἱκανῶς ἔχοντας ὀρῶντας. ὅλως δὲ, τὸν ὀρχηστὴν δεῖ παντὸς ἄνθρωπον ἀπηκριβῶσθαι, ὡς εἶναι τὸ παῦ ἔνρυθμον. ἔνμορφον. σύμμετρον. αὐτὸ αὑτῷ ἑπόμενον. ἀσυκοφάντητον. ἀνεπίληπτον. μηδαμοῦ ἐλλιπές. ἐκ τῶν ἀρίστων κεχραμένον τὰς ἐνθυμήσεις. ὀξυῶν τὴν παιδείαν. βαθυῶν τὰς ἐννοίας. ἀνθρώπινον μάλιστα.

turpibus inter ſaltandum ſolœciſmis delinquunt. Quum hi quidem ineptè mouẽtur, & vt aiunt, nihil ad chordã: alia quippe pes, alia rhythmꝰ loquitur. Illi verò concinnè quidem, ſed res prioris vel poſterioris temporis ſaltationi accõmodãt, quod videre me memini. Quidam enim Iouis generationes, & Saturnũ liberos deuorantem ſaltatione repræſẽtãs, præter argumẽtũ Thyeſtæ calamitates repræſentabat, rei ſimilitudine decipiens. Rurſum alius Semelen fulmine percuſſam agens, ipſi Glaucen aſſimilabat, tẽpore poſteriorem. Verùm ob iſtiuſmodi ſaltatores, Saltationẽ nõputo condemnandam, neque exercitium ipſum odio proſequendum, ſed illos potiùs, vt ſunt, imperitos cenſendos: contrà laudandos, qui ſeruatis legibus, & rhythmo artis, commodè cũcta obeunt. In ſumma, oportet Saltatorem omnibus numeris eſſe abſolutiſſimũ, vt omnis actio ſit cõcinna, decora, cõgrua, ſibi ſimilis, calũniæ, & reprehenſioni nõ obnoxia, nequaquã imperfecta oportet, inquam, Saltatorem temperatas ex rebus præſtantiſſimis habere cogitationes, eruditione eſſe acutũ, animi conceptionibus profundũ, maximè humanũ.

tyrannica vis illi vincula innectat, par ferrum mihi circundabo. Quicunque illum oderit, meus inimicus erit, eúmque beneuolentia prosequentes amabo. Si verò prædones, vel hostes videam in ipsum irruentes, præter vires etiam armabor: si moriatur, viuere non sustinebo. Postrema autem mandata ijs, quos proximè post illum amaui, ista dabo, vt commune ambobus sepulchrum accumulẽt: & ossa inter se permiscendo, ne mutum quidem puluerem à se mutuo separẽt. Atq; hæc nõ primi expriment mei amores quib⁹ dignos prosequor; sed illa Dijs proxima, heroum prudentia, velut quadam lege sanciuit: in quibus amicitiæ ille amor, ad mortem vsque simul expirauit. Phocis à teneris annis Orestem Pyladi coniunxit: qui cùm Deum mutuorum affectuum mediatorem accepissent, perinde atque in vno eodémque vitæ nauigio simul nauigarunt. Ambo Clytemnestram interemerunt tanquam Agamemnonis filij, ambo Ægisthum occiderunt. Pœnas quibus agitabatur Orestes, ægriùs ferebat Pylades, eum defendebat cùm damnaretur. Nec a-

τοῖς ἐ Ἑλλάδος ὅροις ἐμίζησαν, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς ἐσχάτους Σκύθας τέρμονας ἔπλευσαν. ὁ μὲν, νοσῶν. ὁ δὲ, θεραπεύων. ἐπὶ γοῦν Ταυρικὴν γῆν ἐμβάντας, εὐθὺς ἡ μητροκτόνος αὐτοὺς ἐερινὺς ἐξεδέξατο. καὶ τῶν βαρβάρων ἐν κύκλῳ περιεστώτων, ὁ μὲν, ἐπὶ τῷ συμπόδοις μανίας πεσὼν, ἔκειτο. Πυλάδης δὲ,

Ἀφρὸν ἀπέψα, σώματός τ' ἐπεμέλει,

Πέπλοι δ' ἐσείλυπτον ἐυπήκτοις ὑδάτοις,

Οὐκ ἐρασθεὶς μόνον, ἀλλὰ καὶ πατρὸς ἐφεστηκὼς ὄνος. νῦν μὲν γοῦν ἐκείνῳ θατέρῳ μένοντος ἐπὶ τῷ φονευθῆναι, θάτερον ἐς Μυκήνας ἀπέναι, κομίζοντα γράμματα, μένειν ἐφ' ἀλλήλων ἀμφοτέρους θέλοντας, ἑκάτερος ἐν θατέρῳ ζῆν ζῆν ἑαυτὸν ἡγούμενος. ἀπωθεῖται δὲ τὰς ἐπιστολὰς Ὀρέστης, ὡς Πυλάδου λαβεῖν ἀξιωτέρου, μόνου τὰ ἐρασθῆναι αὐτ' ἐρασθέντα ἡγούμενος.

Τὸ δὲ σφαγῆναι τόνδ', ἐμοὶ βάρος μέγα.

Ὁ ναυστολῶν γὰρ εἰμὶ ἐγὼ τὰς συμφοράς.

καὶ μετ' ὀλίγα φησὶ,

matoriam illam amicitiam Græciæ terminis metiti sunt: sed ad vltimos Scytharum fines nauigarunt: alter morbo laborans, alter morbum emolliens. Et cùm in Tauricam terram ascenderent, statim occisæ matris Erinnys ipsos velut hospitio excepit: ac barbaris vndique circunstantibus, alter quidem ex consueta insânia collapsus, iacebat, Pylades autem spumam oris abstergebat, atque corporis Curam gerens, tegebat illud vestibus, non amatoris modò, sed & patris affectum præ se ferens. Quando igitur decretum fuit, vt altero ad cædem manente, alter literas laturus Mycenas proficisceretur, ambo manere alter pro altero volunt, vterque in altero viuente, se ipsum viuere existimans. Epistolas à se remouet, tanquam Pylade digniore, qui illas acciperet, tantum non amator pro amato factus.

Perire namque hunc est omnium mihi grauis:
Namque ego ille sum qui calamitatis hanc veho.

Et paulò pòst dicit.

Huic quid mala literarum.

Τοῦτ' ἐμὲ δεῖ πάσχειν,

Πέμψω γὰρ Ἄργος, ὥστε σοι καλῶς ἔχειν.
Ἡμᾶς δ' ὁ χείζων, κτεινέτω.

Καὶ γὰρ οὕτως ἔχει τὸ πρᾶγμα. ὅταν γὰρ ἐν παίδων ὁ κατὰ δαίμονα A ἔρως ἐμβατεύσῃ, ὅτι τῷ ὄντι λογίζεσθαι δυναμένῳ ἁλιτίαν αὐδρωθῇ, τὸ πάλαι φιληθὲν, ἀμοιβαίους ἐρωτὰς ἀντιπαραδίδωσι. καὶ δυσχερὲς αἰδέσθαι πότερον πότερος ἐρᾶσθαι ὄζιν, ὥσπερ ἀπ' ἐσόπτρου τὴν τοῦ φιλήσαντος εἰκόνα ἐν τῷ ἐραστῷ ὁμοίου πεσόντος εἰδώλου. τί δὴ οὖν τὸ καθ' ἡμᾶς βίου ξένιον αὐτὸ ζυφλῶ ἀνειλίξας θείοις νόμοις ὀφειλὲν, ἐν διαδοχῇ ἐφ' ἡμᾶς καταβεβηκός. ἀσμένως ὦ αὐτὸ δεξάμενοι, μεθ' ἁγνῆς διανοίας D πανοπλησώμεθα. ὄλβιος γὰρ ὡς ἀληθῶς κατὰ τὴν τῶν σοφῶν ἀπόφασιν, ᾧ παῖδές τε νέοι, καὶ μάντυχος ἔστω. γηράσκει δ' ὁ γέρων κεῖνος ἐλαφρότατα, κἄρα τὸν, φιλέοισιν. ἄγε μὴν Σωκρατικὴ διδασκαλία, καὶ τὸ λαμπρὸν ἐκεῖνο τῆς ἀρετῆς δικαστήριον, τοῖς Δελφικοῖς πειθῆσιν ἐπιμῶμαι. χρησμὸν γὰρ ἀληθείας ὁ πύθιος ἐθέσπισεν, ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος.

Argos enim mittam, tibi vt res bene habeat,
Occidat autem nos, cui opus.

Nam sic se habet totum negocium. Quando enim puero simul enutritus amor ille serius, in eâ ætatem, quæ ratiocinatione vti potest, confirmatus fuerit, id quod olim est amatum, mutuos amores rependit, adeóq; difficile est percipere vter alterius sit amator, cùm perinde ac è speculo, amantis beneuolentiæ in amatum similis cadat imago. Quid igitur ceu peregrinam voluptatem nobis exprobras, id quod vitæ nostræ proprium est, & diuinis legibus definitum, pérque successionem ad nos transmissum. Libenter verò ipsum recipientes, cum pura mente, veluti rem sacram tractamus. Nam verè beatus ille est, iuxta sapientum sententiam,

Cui pueri molles, & equi solidam vngulam habentes,
Huic minimum grauis est cana senecta vitæ,
Si quem adamant pueri.

Socraticæ verò doctrinæ, & splendidum illud virtutis examinandæ iudicium, etiam Delphicis cortinis est approbatum. Nam veritatis oracultum Pythius reddidit, omnium virorum Socrates sapientissimus;

ὃς ἅμα τοῖς ἄλλοις μαθήμασιν, ἅ τῶν τ βίον ἄγνισε, καὶ τὸ παιδερασταῖν ὡς μάλιστα ὠφελουῶ προσήκατο. δεῖ ϑ τῶν νέων ἐρᾶν, ὡς Ἀλκιβιάδου Σωκράτης. ὃς ὑπὸ μιᾷ χλαμύδι πατρὸς ὕπνους ἐκοιμήθη. καὶ ἔγωγε τὸ καλλιμάχειον ὀπὶ τέλει τῶν λόγων ἥδιστα προσδείλω αὖ ἅπασι κήρυγμα.

Λίην γὰ ὦ κύριοι, ἐπ' ὄμματα λίπα φέροντες,
Ἔρχος ὡς ὑμῖν ἔλοισι παιδοφιλεῖν.
Ὡδὲ νέων ἐρόωσι, πόλιν κύναρδεον ἔχοντι.

Ταῦτ' εἰδότες ὦ νεανίαι, σωφρόνως παισὶν ἀγαθοῖς προσίστ, μὴ ϑ ὀλίγης τῆς ἡλικίας ἥπιστα, τ μαχρὰν ἐπιχέοντες ἕωσιαν, ἄχρι τ ἀκμῆς τλαστὰ τὰ τῆς φιλεῖν πάϑη προβάλλεσϑ. τ δ' οὐράνιον ἔρωτα προσκυνοῦντες, εἰς γῆρας ἀπὸ παίδων βέβαια χρεῖτε τὰ πάϑη. τοῖς γὰ οὕτω φιλοῦσιν, ἥδιστος μὴ ὁ τῆς ζωῆς χρόνος, ἀδήμιος ἀφετῆς συνειδήσεως παροικούσης. ἀοίδιμοι ϑ μ τεθνᾶτον εἰς πάντας ἐκφοιτῶσι κλεδόνες. εἰ ϑ δεῖ φιλοσόφων παισὶ πιστεύειν, αἰδὼς μ γὰ ἐκδέχεται τὸν ταῦτα ζηλοῦντα.

qui pariter cùm cæteris præceptis, quibus vitam humanam promouit, & puerorum amorem, ceu rem præcipuè vtilem, admisit. Conuenit autem iuuenes amare, vt Alcibiadem Socrates, qui sub vna eademque patris chlamyde somnos dormiuit. Atque equidem Callimachi illud præconiũ, ad finem orationis libentissimè omnibus apponerem,

Namque vtinam cupido sectantes lumine amatos,
Erchim vt pueros insit amare senex,
Sic & ametis eos, sertisque habiteretis in vrbe.

His cognitis adolescentes, modestè cum bonis pueris versamini, neque modicæ delectationis gratia, longa effusa beneuolentia, vsque ad vigorem ætatis, fictos amandi affectus protendite: sed cœlestem Amorem adorantes, à pueritia ad senectutem vsque firmos affectus conseruate. Nam hoc pacto amantibus, suauissimum est vitæ tempus, nulla inhonesta conscientia inhabitante. Celebris autem illorum fama, post mortem ad omnes passim emanat. Quòd si verò Philosophis adhibẽda est fides, etiã cther post terrã eos excipit, qui ista sectantur:

οἱ δ' ἄμεινον ἀποθανόντες, ἐγχρισι τῆς ἀφετῆς γέρας, τὸ ἄφθαρτον. τοιαῦτα τοῦ Καλλικρατίδου σφόδρα νεανικῶς συμπολογησαμένου, Χαρικλέα μὲν ἐκ λευτέρου λέγειν πειρώμενον, ἐπέσχον. ὥρα γὰρ ἦν ἤδη καταίνειν. δεομένων δ' ὅ, τι φρονοῖεν ἀποφήνασθαι, δι' ὀλίγου τὸν ἑκατέρου λόγον ἀριθμησάμενος, ἐκ ἐξ ὑπογύου φημὶ, καὶ παρημελημένως, ὑμῖν ὦ ἑταῖροι, τὰ τῶν λόγων ἔοικεν ἀπηχεῖσθαι, διωκόσι δ', ἢ γὰ Δί' ἐρρωμένης φρονήσεως ἐναργῆ ταῦτ' ἔστιν ἴχνη. χαλὸν γὰ οὐδὲν ἔστι, ὃ, τι τῶν λεκτέων εἰπεῖν ἑτέρῳ δύνασθαι παρέκατε. καὶ πολλὴ μὲν ἡ τῶν πραγμάτων ἐμπειρία, πλείων δ' ἡ τῶν λόγων δεινότης. ὡς ἔγωγε ἂν ἠυξάμην, ἐπὶ τῷ δ' ἐμοὶ ἐν δυνατῷ, γενέσθαι Θηραμένης ἐκεῖνος ὁ κόθορνος, ἵν' ἄμφω νενικηκότες, ἐξίσου βαδίζοιτε. πλὴν ἐπειδήπερ αὐτοσεὶν οὐκ ἔοικατε, καὶ αὐτὸς ἐν τῷ μεταξὺ πλῷ, περὶ τῶν αὐτῶν ἐκέκρικα διοχλεῖσθαι, τὸ μάλιστα πρᾶξαι εἶναί μοι δίκαιον, ἀποφανεῖμαι. γάμοι μὲν, ἀνθρώποις διωφελὲς πρᾶγμα, καὶ μακάριον, ὁπόταν ἐυτυχῶντα. παυ-

qui meliori fato morientes, præmium hoc virtutis incorruptibile consequuntur. Atque hæc cũ Callicratidas, valdè iuueniliter iactando amplificasset, Chariclem denuo dicere conantẽ, repressi, tempus enim erat vt ad nauẽ descenderemus. Rogantibus autem illis, vt de eo quod sentirent sententiam dicerẽ, breuiter enumeratis vtriusque orationis argumentis. Non temerè, inquam, & negligenter, amici, orationes istæ videntur à vobis effutitæ ex tempore: sed continuæ & solidæ meditationis per Iouem manifesta hæc vestigia sunt. Nam eorum quæ ab vtroque dici poterant, fermè nihil est prætermissum. Multa verò rerum ineſt experientia: sed maior verborum grauitas. Itaque optarim equidem, si fieri posset, Theramenes ille cothurnus fieri, vt ambo uictores æquo pede procederetis. At quoniam nihil remissuri videmini, & ego inter nauigandum, non decreui de rebus ijsdem interpellari, id quod mihi maximè videtur iustum esse, pronunciabo. Nuptiæ quidem ad vitam hominũ promouendam res in primis vtilis, & beata, quoties ex sententia cõtingũt. Puerorũ

δικαίς δ' ἔρωτας, ὅσοι φιλίας ἄγαν δικαίας ἐφίενται, μόνης φιλοσοφίας ἔργον ἡγοῦμαι. διὸ δὴ γαμετέον μὲν ἅπασι, παιδεραστεῖν δ', ἀφειδῶ μόνοις φιλοσόφοις. ἥκιστα γὰρ ἐν γυναιξὶν ὁλόκληρος ἀρετὴ φύεται. καὶ σὺ δ' ὦ Χαρίκλεις, μηδὲν ἀχθεσθῇς, εἰ τὰς Ἀθήνας ὁ Κόρινθος εἴξει. κἀγὼ μὲν ὧν αἰδοῖς συντόμῳ λόγῳ τὴν κρίσιν ὑπεστύνασα, ἐξανέστην. ἐφόρουν γὰρ ὑφ' ἡσυχαστὴν τὴν Χαρικλέα, παραμικρὸν ὡς δυνατὸν κατάκριτον. ὁ δ' Ἀθηναῖος, ἱλαρῷ τῷ βήματι φαιδρὸς αἰσθανόμενος, θρόνει σφόδρα σεσαρώς. εἴκασεν ἄν τις αὐτὸν ἐν Σαλαμῖνι Πέρσας κατανενικηκέναι. καὶ τοῦτό γε τὴν κρίσεως ἀπονάμην, λαμπρότερον ἡμᾶς ἑστάναι τοὺς αὐτῆς τὰ πτίλια. καὶ γὰρ δὴ ἄλλως τῷ βίῳ μεγαλοφρονέστερος. ἐνυχῆ δ' καὶ τὴν Χαρικλέα παρηγορήσαμεν ὑπὸ τῆς δεινότητος τῶν λόγων, συνεχῶς ὑπ' ἐθαυμάζομεν, ὅτι δυνατὸς συνηγόρησεν. ἀλλ' ἡ μὲν ἐν Κνίδῳ θαλασσία, καὶ τὰ περὶ τὴν θεὸν λαλούμενα, ἅπαντα ἱλαρᾷ ἅμα, καὶ παιδιὰν ἔμμισον ἐχόντα, τάδε μὴ διηκέσθω. σὺ δ' ὦ

autem amores, qui casta amicitiæ iura conciliant, solius Philosophiæ opus esse duco. Quare omnibus quidem cōiugio est vacandū: sed pueros amare, solis Philosophis relinquatur. Minimè enim mulieribus perfecta virtus innascitur. Tu verò Charicles nequaquam ægrè feras, si Athenis Corinthus cedet. Equidem ego præ verecundia breui oratione accelerato iudicio surrexi. Animadnertebam enim Chariclem supra modum tristem, propemodum ac si morte damnatus fuisset. Athenienſis autem alter, læto quodā modo alacer exiliens, incedebat valdè insolenter. Potuisses ipsum ad Salaminem Persas nauali prælio debellasse. Et hoc saltem ex iudicio consequutus sum, quòd splendido victoriæ cōiunio nos excepit. Etenim erat aliàs vita magnificentior. Tacitè etiam Chariclem sum consolatus, ob grauitatem verborum, assiduè admirando, quòd difficiliori parti, tam potenter esset patrocinatus. Cæterùm & illa in Gnido cōmotatio, quæque apud Deā dicta sunt, habentia pariter & serium hilare, & iocū eruditū, ad hūc ferè modū direpta sunt. Tu verò Theomneste, qui obso-

ἀκριβεσάμενος μνήμην, εἰ δικαίως τότ' ἤδη, πῶς ἂν ἀπόφαινοι; Θεο. Μελιτίδην, ἢ Κόρινθον οἴει με πρὸς θεῶν, ἵνα τοῖς ὑπὸ σῆ δικαίως κριθεῖσιν ἐναντίαν φέρω ψῆφον; ὃς ἂν ἄρας ἡδονῆς τὸ λεγόμενον διατείνειν ἐν τῇ Κνίδῳ φήμην, ὀλίγου τοῦτο δυνάμενον αὐτὸν ἡγούμενος εἶναι, τὸν νεὼν ἐκεῖνον. ὅμως δ' οὖν, εἰ δὴν γὰρ ἀπρεπὲς ἐν ἑορτῇ λέγεσθαι, πᾶς ὁ γέλως κἂν περίεργος ᾖ, παιγνιεύεσθαι δοκεῖ, πῶς ἄρα ὑπὸ τῆς παιδερασοῦς καταφρονώμενος λόγος, ἐθαύμαζον μὲν ὅτι τῇ σεμνότητι, σπλὴν ὑπὸ παίδων δυμῶνας φόμην, ἐφήβῳ παιδὶ συνδιημερεύοντα, ταντάλειοις δίκαις ὑποφέρειν, καὶ τοῖς ὄμμασι τὸ κάλλος μονονοχὶ περισκιάζοντος, ἐξὸν ἀρύσασθαι, δίψῃν ὑπομένειν. ἐ γὰρ ἀπόχρη τὸ θεωρεῖν ἐρώμενον, ἢδὲ ἀπαντικρὺ καθημένου, καὶ λαλοῦντος ἀκούειν, ἀλλ' ὥσπερ ἡδονῆς κλίμακα συμπεξάμενος ἔρως, περῶτον ἔχει βαθμὸν ὄψεως, ἵνα ἴδῃ. κἂν θεάσηται, ποθεῖ περαίνων ἐφάψασθαι. δ' ἄκρων χρωῒ θιγεῖν μόνον δύνῃ, τὰ δ' ἄλλα καὶ μόνον ὄψῃ, τὰ δ'

letam harum rerum memoriam nobis excitasti, si iudex tum fuisses, quam sententiam tulisses? *Theo.* Melitidem, aut Corœbum me putas esse per A Deos, vt ijs quæ iustè iudicasti, contrariam sententiam feram? Qui quidē præsumma eorum, quæ modò dicebantur, voluptate, in Gnido commorari me putabā, propemodū paruā hāc domunculā, ipsum illud templū esse existimans. Sed tamen (nihil enim indecorè die festa dicetur, & risus omnis, etiamsi nimius fuerit, ad celebritatē C pertinere videtur) orationem illam ab amatore puerorum, cum nimio supercilio prolatam, admirabar quidem ob grauitatē, sed ad demulcēdū animum parum facere arbitrabar, cum puero impubere D quotidianam consuetudinē habere, & interim Tantali pœnas sustinere, ac pulchritudine oculos tantum non inundante cū haurire liceat, sitim perferre. Neq; enim satis est aspicere eū quē amas, E neq; ex aduerso sedentem, & loquentem audire, sed perinde atque scalis quibusdam voluptatis compactis, amor primū visus gradū habet, vt aspiciat amatum: deinde vbi aspexerit, cupit adductū cōtingere. Summis itaque digitis, tametsi solū attigeris,

ἀπολαύσεως, εἰς ἅπαν διαδεῖ τὸ σῶμα. τυχὸν δ' ὑμαιῶς τούτου, τέλειον πεῖραν ἐπάγει φιλήματος, οὐ ἐνδὺ πείθεται, ἀλλ' ἠρέμα χείλη προσπυγίτας χείλεσιν, ἃ πρὶν ἥψατο τελείως ἁπάσης, μυδὲν ὑποψίας ἴχνος καταλιπών. εἶτα πρὸς τὸ παρηκον ἁμοζώνιον, ἀεὶ λαπαρεστέροις μᾶλλον ἀπασπάζεται ἐντείνει, ἔνθ' ὅτε καὶ διακέλλων ἡσυχῇ τὸ στόμα. τῇ δ' χειρῶν ἀβλαβίαν παρέπεμψεν ἁβρῶς. αἱ γὰρ φανερὰ τῶν αἰσθητῶν συμπεπλοκαὶ, τῷ ἡδονῷ συμπάθουσιν. ἡ λαθραίως ὑγρῶς ἡ δεξιὰ κατὰ κόλπου δύσα, μαστοὺς ἐφεξῆς τῷ φύσει ὑπερεισδύντας πίζει. καὶ σφριγώσης γαστρὸς, ἀμφιλαφὲς τοῖς δακτύλοις ὑπιδεχατέται ὁμαλῶς. μετὰ τοῦτο, καὶ προσοτόχωσιν αὐτοῦ ἥβης. καὶ τί πάρρητ' ἀναμίξηται μηδεὶς τοσούτης τυχὼν ἐξουσίας ὁ ἔρως, δερμοτέρου πρὸς ἅπτεται φαγμάτος. εἶτ' ἀπὸ μηρῶν προσιμασάμενος, κατὰ τὸν κωμικὸν αὐτὸ ἐπάταξεν. ἐμοὶ μὲν ὅπου παιδεραστεῖν γένοιτο. μετεωρολέσχαι δ' καὶ ὅσοι φιλοσοφίας ὀρρῶν ὑπὲρ αὐ-

fruitionis istius delectatio totũ corpus mox percurrit. Postquam autem hoc pontus est facilè, tertium oscula conatum addit, non statim curiosum illum, sed labia labijs admouendo sensim, quæ priusquam planè contingat, absistit, nullo suspicionis vestigio relicto. Deinde verò ad id quod portigitur applicans sese, semper exquisitioribus amplexibus illiquescit, interdum quoque tacitè os diducens. Nec manuum vllam segnem esse sinit. Nam manifestæ, eorum quæ sensu percipiuntur, amplexationes, voluptatẽ conglutinant. Aut clàm dextra molliter per sinum subingressa, mammillas, pro sua natura, modicè extantes, premit: & solidi ventris exuberans illud digitis contrectat æqualiter. Post hæc, & primam succrescentis pubis lanuginem. At quid attinet me occultiora ista longiùs persequi? Tãtam igitur nactus potestatem amor, feruidius quoddam opus attingit. Tum ducto à femoribus exordio, iuxta Comicum ipsum percutit. Mihi quidem ita pueros amare contingat. Illi verò qui de rebus sublimibus, nugantur, quique philosophiæ supercilium,

θὼν τὸν προτάρους ὑπερηφανίαν, σεμνῶν ὀνομάτων κομπώμασι τὸν ἀμαθεῖς ποιμαινόμενον. ἐρωτικὸς γὰρ ἦν, ὥσπερ καὶ ὁ Σωκράτης. καὶ ὑπὸ μίαν Ἀλκιβιάδης αὐτῷ χλανίδα κλιθεὶς, ἀνέπλησε αὐτοῦ. καὶ μὴ θαυμάσῃς. ἐδὲ γὰρ ὁ Πάτροκλος ὑπ' Ἀχιλλέως ἠγαπᾶτο, μέχρι τοῦ κατ' ἀπαρτηρὺ καθεζέσθαι, δέγμενος Ἀχαιδῶν ὁπότε λήξειεν ἀοιδῆς. ἀλλ' ἦν καὶ τῆς ἐκείνων φιλίας μεσίτης ἡδονή. σέβων γοῦν Ἀχιλλεὺς τὸν Πατρόκλου θάνατον, ἀταμιεύτῳ πάθει πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀπερράγη. μηδὲν τε τῶν σῶν εὐσεβὴς ὁμιλία καλλίων. τοὺς γε μὴν ὀνομαζομένους παρ' Ἕλλησι κωμασταὶ, οὐδὲν ἄλλο, ἢ δήλους ἐρασταὶ νομίζω. τάχα φήσει τις αἰσχρὰ ταῦτ' εἶναι λέγεσθαι, πλὴν ἀληθῆ γε ἐν τῇ Κνιδίᾳ Ἀφροδίτῃ. Λυ. ὥστ' αἰτήσομαί σου φίλε Θεόμνηστε, ἄλλου μὲν ἀρχὴν καταβαλλομένου τῶν λόγων, ἧς ἀκούειν ἐν ἑορτῇ μόνον εἰκὸς ἦν. τἄλλα δὲ, τῶν ἐμῶν ὄντων πόρρω ἀποκινεῖν. ἀφειμένοι δὲ τῆς

supra ipsa tempora attollunt, grauium verborum insolentia indoctos pascant. Amori enim deditus fuit Socrates, si quisquam alius, & sub vno eodémque pallio cum eo cubans Alcibiades, non intactus surrexit. Ac ne mireris: neque enim ab Achille Patroclus amabatur, eatenus vt ex aduerso illi sederet Æacidem expectans, dum cantus finiat ille. Sed erat & illorum amicitiæ mediatrix voluptas. Cùm igitur Achilles Patrocli mortē gemeret, parum custodito affectu in veritatem erupit. Femorum & tuorum sancta cōuersatio melior. Illos verò qui apud Græcos comastæ vocantur, nihil aliud quàm manifestos amatores existimo. Fortè dixerit aliquis hæc dictu esse turpia: at per Gnidiam Venerem sunt vera. *Luc.* Nec te feram, chare Theomneste. aliud principium tertij sermonis ponentem, quod audire festo solùm die par est: cætera verò procul à meis auribus amandare. Sed omissa diuturniori mora, in

παρέλκειν πλείω χρόνον, εἰς

ἀμφὶ ἑστίωνα. ἤδη γὰρ εἰκὸς θεῖν, ὑφαπτέας τῷ θεῷ τὴν πυρὰν. ἔστι δ' ἃ ἀτερπὴς ἡ θέα, τῶν ἐν Οἴτῃ παθῶν ἀναμιμνήσκουσα τὸν παρόντας.

forum exeamus. Verisimile enim est Deo iam accendi rogum. Nec iniucundum est illud spectaculum quod ea commemorat præsentibus, quæ in Oeta passus est.

Τέλος τοῦ τῆ Λουκιανῆ μέρους.



DECLAMATIO D. ERASMI ROTERODAMI, LVCIANI Tyrannicidæ respondens.

Argumentum.

EIusdem generis hæc cum Tyrannicida, eiusdémque status est, sed aduersaria. Vt enim illic contenditur præmiũ esse dandum tanquam tyrannicidæ, ei qui filium tyranni interfecerat: ita hîc negatur eum satisfeciſſe legi, aut tyrannicidam esse, qui non ipsum tyrannum, sed filium tyranni occidisset. Exordio beneuolentiam captat, à persona Iudicum, deinde calumniæ aduersarij, qua in suspicionem adductus fuerat, quasi ipse quoque tyrannidi faueret, quia illi præmiũ dandum negabat, respondet per absolutionem primùm, deinde & per inficiationem ex locis coniecturalibus, eleuata interim illius persona, atque ipso vicissim in suspicionem, ex modo actionis vocato. Post exordium propositio sequitur cũ attentione, & admonitione Iudicis, quorsum in hac causſa maximè spectare debeat, atque inde ad confutationem ventur. In qua primùm refelluntur ordine capita illa, quæ alter in argumento ab imo ad summum tractarat, puta Voluntas, Conatus, Effectus. Ac voluntati quidem opponit voluntatem legis, vt quæ non quid quisque voluerit, sed quid effecerit, spectet, neque cogitationes, sed facta præmijs compenset. Conatum verò eleuat varijs ac multis similibus & exemplis, ostendens in nullo pacto, aut contractu, aut certamine, aut alijs denique id genus rebus satis esse, conari aliquid & cœpisse, sed præstari oportere. Effectum conditiones sequi, non conatum. Et quòd alter etiam conatum in legibus spectari dixerat, id distinguit, ostendens diuersam esse rationem præmiorum & pœnarum. In maleficijs interim & voluntatem puniri, in beneficijs autem nunquam præmium dari, nisi ei, qui quod lex proponit, re ipsa effecerit. Postremò & patriæ gratis inseruire ac officium præstare ciues debere & il-

lum ſatis mercedis pro conatu ſuo retuliſſe, laudem & gloriam Effectum autem refellit, quia non ſimpliciter id effecerit, quod lex iubet, ſed fortuna ſeu numine ita ferente, eædem filij, mortem patris conſecutam eſſe. Non enim quia ipſius gladio tyrannus poſtea ſeipſum confecerit, ob id ipſius hoc factum eſſe. Deinde etiam incertum fuiſſe exitum, & quidnam pater, occiſo filio facturus fuerit, & hic conſilium quoque petituris ſubuertit, primò vt incertum & periculoſum, neque certis rationibus firmatum, deinde etiam vt fictum, & poſt euentum rei, demum ſimulatum. Denique non idem eſſe occidere, id quod lex iubet, & mortis cauſſam qualemcunque præbere: idque iterum multis ſimilibus probat. Atque hoc loco diſputationem ſuprà cœptam renouat, de eo quatenus voluntas in legibus ſpectatur, & in quibus per ſe ſufficiat, nempe in maleficijs & non in beneficijs, & ob id neque hîc præmium illi deberi, vt qui cœperit, non abſolueuerit beneficium. Confutatis igitur hoc pacto voluntate, conatu & effectu, quarto loco id aggreditur, quod petitor in narratione potiſſimùm amplificat, puta filium fuiſſe caput & cauſſam tyrannidis, eóque ſublato, etiam tyrannidem ſublatam fuiſſe. Ac primò quidem filium oſtendit non fuiſſe tyrannum, neque tyrannidis caput, confutatis ſignis, & cæteris rationibus: quæ alter ad eam rem probandam adduxerat. Deinde, vt maximè fuerit, legem iubere ipſum tyrannum, non vt quiſque tyranno ſimilis, aut nocentior etiam eſt, occidere. Et hîc multis verbis de authoritate legum diſputat, & quod non temerè verba legum huc aut illuc deflectenda ſint, alioqui multa pericula & incommoda ex eo ſecutura eſſe. Poſtremò etiam ipſe locum ab imo ad ſummum tractat, & vt alter voluiſſe, egiſſe, effeciſſe ſe dixerat, ita hic contrà neque animum ad rem gerendam habuiſſe illum, neque recta via aggreſſum eſſe, neque denique id quod lex iubet, perfeciſſe oſtendit. Et ſub hæc orationem concludit, breui capitum repetitione, & conformatione ſeu proſopopœia, legum, reipubl & deorum quoque expoſtulantium cum petitore, vt iniquè & præter meritum, præmium petente.

SI mihi cauſſa hæc Iudices, apud concionem popularem quæ ſtudijs potiùs, quàm exacto rerum iudicio duci conſueuit, eſſet agenda, ac non magis apud Iudices ex honeſtiſſimis ordinibus delectos, nimirum grauiſſimos ſapientiſſimóſque, nonnihil profectò vererer, ne omnium animis noua hac & inſperata lætitia geſtientibus, atque (vt ita dixerim) exultantibus, nec ſatis attentos, nec dociles eſſem auditores habiturus. Porrò fauentes, beneuolóſque multò minus: quippe qui frontem modo, quaſiqúe perſonam huius negotij intuentibus, non faciem ipſam propiùs contemplantibus videri fortaſſe poſſim, in communi totius ciuitatis gaudio, tum autem in cauſſa tam populari, velut importuniùs obſtrepere atque obturbare. Enimuero quum omnis affectus inutilis eſt ad rectè iudicandum, tum ingens, intemperans, atque exundans lætitia, non ſolùm iudicium omne funditus tollere ſolet, verumetiam noſtri ſenſus non rarò nobis eripere: præſertim (ſi quemadmodum hæc noſtra) poſt graues diuturnáſque calamitates, ac veluti tempeſtatem ſæuiſſimam repentè prærérque ſpem (quaſi portus quidam) fuerit obiecta. Quid autem tam acerbum liberæ multitudini, quàm ſeruitus? Quid tam dulce, quid tam exoptatum, quàm libertas? Itaque non rebus modo ipſis, ſed vel inanibus harum rerum vocabulis, plebis animus queat ad quidlibet impelli: maximè primis his aliquot diebus, dum gaudiorum adhuc velut æſtus quidam impotens, omnia ſurſum ac deorſum miſcet, dum lætitiæ temulentia, dum gratulandi dulcis quædam ebrietas pectus occupans, animum ad cogitandum inſtituere non ſinit. Verùm veſtra Iudices ſingularis ſapientia perſpicacitáſque non hoc tantùm ſcrupulo me leuat, verùm & hanc mihi fiduciam ſuppeditat, vti ſperem futurum, vt hoc contradicendi munus, quod equidem nec inuidentia, nec fauore in Tyrannidem (ſicut iſte calumniabatur) ſed ſolita mea, & (vt opinor) nota Reipub. charitate ſuſcepi, vobis nou modò non inuidioſum, ſed fauorabile, plauſibiléque videatur. Etenim poſtquam viderem manifeſta quadam Deorum beneuolentia, poſt diuturnam ac miſerrimam

illam seruitutem, toties Reip. votis expetitam libertatem aliquando contigisse, nihil priùs curandum nobis esse iudicaui, quàm vt gratos nos exhiberemus in eos, à quibus nobis tàm egregia felicitas esset profecta, quò videlicet munus suum huic vtri proprium, perpetuúmque facere vellent, & constabilire, tuerique quod largiri non essent grauati, meminissemúsque ijsdem in manu esse, vt eriperent ingratis, quod optantibus dedissent. Sunt autem vèl primæ gratitudinis partes, intelligere videlicet, cui beneficium acceptum ferre debeas, & hac vna ratione mortales diuinæ beneficentiæ gratiam referre possumus: si beneficium acceptum agnoscamus, si celebremus, si ad illos authores referamus. Neque mihi committendum putaui, vt dum nimiam candidi in ciuem esse volumus, in deos ingrati impijque reperiamur. Neque enim is thoc nomine nunc perinde laboratur, ne hoc præmij pereat ærario, & huius luctis accrescat (quanquã id quoque longa iam tyrannide exhaustius est, quàm vt inde temerè dari præmia conueniat immerentibus) Illud agitur, ne dij immortales, qui huius malè consulta, nobis verterunt bene, hoc tantum munus à nobis tanquam ingratis reposcant, si quod ipsis solis debetur honoris, laudis, gratiæ, id illis fraudatis, in hominem contulerimus. At quem hominem obsecro? Nempe qui quum priuatus contra leges iuuenem occiderit, atque hac temeritate sua restitutæ libertatis periculosam occasionem modo præbuerit, idque adeò imprudens, (vti mox docebimus) non veretur pulcherrimum tyrannicidæ titulum dijs eripere, sibi arrogare: Reipub diem dicere, ac leges ipsas in ius vocare: ciuitatem ingratitudinis ream agere, nisi sibi totam hanc felicitatem ferat acceptam. Nullum quidem iudices facinus speciosius tyrannicidio, nullum dijs dignius: verùm hoc impudentior, qui sibi laudẽ tam eximiam vsurpat immeritus. Nullum præmium honestius illustriúsue, quàm quod tyrannicidæ debetur. Sed hoc impensius accuratiúsque spectandum, ne temerè decernatur indigno. Permulta siquidem, permulta ad id requiruntur, vt hoc tam egregio titulo, vt hoc tam diuino præmio dignus quis esse videatur: quorũ nihil in hunc cõpetere, paulò pòst euincemus. Proinde cùm non tolerandæ improbitatis mihi videatur, qui legibus tum homicidij, tum temeritatis pœnas debeat, eum à legibus præmium omnium maximum petere:

petere diri, imò flagitare: & ita flagitare, vt etiamsi vnum ex huius arbitrio dependerint, tamen multa insuper isti creditori sint debituræ. Quæ cuncta quum postulare iure potuisset: maluit tamen homo verecundus, vnico persoluto, reliqua sibi deberi vt haberet nimirum, quod obnoxiæ Reip. quoties libido sit, possit improperare. Tum illud vtrum risu potiùs, an odio dignum existimem, quòd in tribunalibus, quod apud ornatissimum seueriſſimorum iudicum consessum, Thrasonem quendam nobis è comœdia retulit? Sensistis iudices, vt è corona plerique risum tenere nequierint, dum personatus iste Hercules tragœdiam illam suam nobis recitabat: de sese terqúe quatérque tyrannicida, de sapiente illo gladio commilitone suo, qui per se prudens senem interemit: digno videlicet, qui inter sydera collocetur, domino in deorum numerũ relato. Dij boni, quibus phaleris, quibus fucis, quibus ampullis facinus illud nobis suũ ornauit, iactauit, exaggerauit? quàm militari iactantia, quàm Stentorea voce, quàm fastuoso vultu, quàm arrogantibus supercilijs, quàm stupidis oculis, suum ipse vobis encomiũ detonabat? Quæso Iudices, vt etiam nunc hominis vultum diligenter attendatis: nonne vobis minitari videtur? nonne dicere? ni mihi præmium decreueritis, haud feretis impune, incolumi diuino illo meo, ac fortissimo gladio, qui vel sine me, meas vices, vbi lubebit, acturus est. Quis tandem istam ferat iactantiam, vel in eo, qui verè tyrannum occidisset? Hæc quoque me causſa Iudices (neque enim inficiandum est) commouit, vt huius obsisterẽ petitioni, vel magis, vt immoderatam arrogantiam, vt odiosam huius imputationem retunderem. Videbam iam inde ab initio, quum certatim vniuersa ciuitas dijs libertatis authoribus gratularetur, vt hic sese ita tumens in medium ingesserit, quàm indignè tulerit victimas dijs seruatoribus immolatas. Sibi hunc honorem eripi, sese vnicum esse restitutæ libertatis authorẽ proclamabat, leges, aras, focos, omnia publica, priuatáque, suæ dextræ, suo magnifico gladio deberi. Agite quid futurũ deri jue Iudices augiramini, si id ad huius intolerabilẽ iactãtiã, vestra authoritas vestra cõprobatio, si premiũ quasi pigno acceſſerit: Quid, nisi vt tyranno submoto, alter quidam huic ciuitati paretur, qui ventosæ linguæ, gloriæque quasi tyrannidem quandam exerceat? Qui quotidie nobis odiosam istam suam tragœ-

diam ingerat, quotidie dextram iſtam Herculanam & gladium prodigioſum minitetur? Vtrum eſt hoc Iudices tyrannide liberari, an mutare Tyrannum? Videris ipſi quàm minaci fronte me iam obtueatur. Quid mihi ſuccenſes? Quid minitaris oculis? Quid terres ſupercilio? An mihi non licebit libertate in contradicendo (tuo ſcilicet munere) vti, quum tu ſic abutare? qui liberum tibi putaris (id quod etiam in proſcenio leges fieri vetant) crimen tam atrox, tam capitale in ciuem impingere, tantùm quia libuit, idque apud Iudices iratos, in tam frequenti ciuium corona, quod nequeas vel leuiſſimo confirmare argumento. Siquidem quàm reliqua glorioſè, tam illud impudenter dicebas, mihi nullam fuiſſe cauſſam, quare tibi contradicendi partes ſuſciperem, niſi quo tyranni necem, quæ me diſcruciaret ſcilicet, vlciſcerer. Quo quidem tuo exemplo ſi viciſſim in te liberet vti, mox intelligeres quàm atrocia, quanto probabiliùs in te poſſint retorqueri. Nam tuum iſtud tam inuidioſum (quemadmodum tu quidem exiſtimabas) conuictum, me longè minùs, etiam territabat, quàm (quod vulgo dicunt) ex pelui redditum fulgur. Etenim præterquam quòd neque affinitas, neque cognatio, neque neceſſitudo, neque emolumentum, neque prorſus alia res vlla mihi cum tyranno interceſſit, cur mea referret illum viuere, ſine quibus rebus nullam in quenquam criminis hærere ſuſpicionem, tu quoque ſcires, niſi nũquam tribunalia vidiſſes, ac niſi hodie deuium te lucelli ſpes feciſſet iureconſultum: equidem arbitror, meam fidem, integritatem, pietatem, totámque meam vitam ſic huic Reipub. ſpectatam eſſe, vt iſto crimine tibi potiùs improbitatis odium, quàm mihi ſuſpicionem vllam conciliaris. Vides quàm multis adductus ſim cauſſis, vt tibi obſiſterem? Denique (ſi ſcire vis) bona ciuium pars id à me enixiſſimè flagitauit, vt ſui patrocinium aduerſum te capeſſerem, negantes ſibi videri tyrannide liberos eſſe, niſi te à tyrannicidæ præmio deiicerem. Non quòd pudeat hominis debere hanc felicitatem: tametſi id quoque durum, ei deberę qui ſic imputet. Sed debere arroganti, ſanè quàm moleſtum eſt: at debere, cui nõ debeas, iſtuc verò nõ grauiſſimũ modò, verũ etiã ſtultiſſimũ. Equidẽ ne leoni quidẽ, vel verbo refrager ſi modò is promereatur: ſed obnoxiũ eſſe tã importuno imputatori, tum qui nihil iuuerit, id verò bis miſerum eſt,

bis ſtultum eſt. Nullus enim inſolentiùs exprobrat beneficium, quàm qui quod non dedit, id vult dediſſe videri. Sed finge mihi nullam eſſe cauſſam cur tibi me opponerem, niſi quia ſic animo lubitum ſit meo, profectò nihil habes quod mihi iure ſuccenſeas. Etenim quum apud Iudices tam ſanctos agatur ſi verè præmium meruiſti, non tibi honorem eripio, verùm etiam vehementer illuſtro, quando non paulò magnificentius eſt tyrannicidæ præmium euiciſſe, quàm tuliſſe. Sin minus, æquus veniam dabis, ſi boni ciuis fungor officio, ſi nullo meo emolumento Remp. debiti præmij ream defendo, ſi ſtultitiæ crimen, ſi imprudentiæ infamiam à ciuitate depello, ſi nō ſino, vt noſtro omnium periculo hæc vrbs in deos exiſtat ingrata. Poſtremò ſi deorum immortalium cauſam ago, quibus honorem debitum tu conaris interuertere, vt vel hinc ſat liqueat, quanta religione reliquam cauſſam egeris, qui ſtatim ingrediens tam impudenter ſis calumniatus: Contradicit igitur, contra Remp. fauet tyranno. Quanquam ego illud quoque liberæ ciuitatis eſſe iudico, hoc loco vel tyrannorum cauſas citrà fraudem agere licere. Neque tamen à vobis poſtulo Iudices, vt vel mihi proſit in cauſſa hoc meum erga Remp. ſtudium, vel huic obſit tam inſolens arrogantia: imò non deprecor inuidentiæ ſuſpicionem, non refugio vel atrociſſimam illam, quam iſte mihi conabatur impingere, inuidiam, vt tyranno fauiſſe videar, niſi certioribus, quàm vt à quoquā refelli poſſint, argumētis euinco, niſi demum & aduerſario perſuadeo, modò ne peruicaciſſetur, vt quàm maximè ciuiliter quis agat, nullum ei deberi præmium. Sin exactiùs, ſeueriúſque, pœnā etiā ab ipſo deberi. Quæ quidē dum quàm poteſt breuiſſimè facio, queſo Iudices, vt me attentis animis atque auribus audiatis. Meminiſtis Iudices, vt iſte inter dicēdum ſubinde nobis conatus ſit ob oculos ponere, id vnum ſpectare iuſſerit, quātis malis tyrannide ſimus leuati. Hoc paſſim inculcabat, hac re bonā orationis partē occupabat, nihil nos aliud perpendere voluit, niſi quòd grauem ſeruitutem toleraſſemus, nunc optata libertate frueremur. Nimirum id tantùm vt ſpectare voluit, quod ad hoc iudicium nihil attinebat. Neque enim hoc in quæſtionem venit, quàm miſera ſit tyrannis, quàm optanda libertas. Sed de illo cognoſcitis Iudices, quum libertas huic vrbi ſit reſtituta, quāta hinc lau-

dis portio huius virtuti debeatur, & an id quod euentu cum huius facto coniunctum est, idem cum eius merito coniunctum videri oporteat. Relegam autem eadem vestigia, quibus ipse in caussam ingressus est, quod equidem reprehendi genus simplicissimũ esse puto sequárque partes illas, quibus iste rem secuit, id nimirum agens, vt quemadmodum ingenioſi conuiuatores ijsdem carnibus alio atque alio modo coquendis, condiendisque efficiunt, vt multa opſoniorum genera videantur, ititem iste nobis ex vnico homicidio multa faciat tyrannicidia. Repetam igitur ordine gradus illos, quibus iste facinus suum sibi visus est mirificè attolliere, & in quibus identidem restitabat. Quòd si me deturbante, vel in vno quolibet consistere poterit: tum ipse sese victorem pronuntiet licebit. Quot tyrannicidia, inquit, quot prœmia? Primùm quòd voluì, deinde quòd conatus sum. Tum autem quòd filium occidi plus quàm tyrannum. Postremò, quòd pater ob mortem huius sibi necem conscivit. Principio quòd voluit Iudices, quis non leuius esse videat, quàm vt sit refellendum? nisi quòd iste tanta voce intonabat, toties inculcabat, quòd tyrannum voluisset occidere, atque id, vt nihil iam accideret) tamen prœmio dignum assequebatur. Quid autem tam ridiculum quàm nudæ voluntatis prœmium à lege flagitare? quæ adeò nihil ad ſe pertinere putat, quid velint aut in animo statuant homines, vt neque pœnam irrogent ſi quid velis modo perperam (neque prœmium ostendant, ſi quid officioſè velis: verùm id vnumquemque voluisse interpretantur, quod nulla vi coactus effecerit. Ergóne, inquies, non magna facti pars est voluisse, quod quidem arduis in rebus vel solùm sufficere solet? Rectè sanè. Sed apud deos modo: quippe quibus solis perſpicuũ est, quid nolis aut velis, ab his prœmium expectandum, ſi quid præclarum animo conceperis. Lex hominum vices agit, & quid in obſcuris illis sinuoſi cordis ſpecubꝰ mortales agitent, adeò ſua referre nihil putat: vt non dicam abdita aut ſuſpicioſa, ſed ne ea quidem admittat quæ populari ſunt opinione famáque iactata. Postremò vt non niſi comperta recipiat, non audiat niſi quæ ſunt certiſſimis argumentis deprehenſa, probata, euicta. Cedo, quod est facinus tam nefarium, cuius ſimplex voluntas in crimen vnquam est vocata? Iſta iudicia Aeaci, Rhadamanthique tribunalibus seruantur. Hic mihi non quid volueris,

ſed quid feceris adferto. Quòd ſi nulla lex vlli flagitio ſupplicium minatur, quod in animo ſtatueris, quæ tandem eſt impudentia, pro merito quod præſtare volueris duntaxat, perinde quaſi præſtiteris, à lege quaſi præmium poſtulare? Quæ quidē quū ad id vnū ſit cōparata, vt maleficia vel deterreat vel coërceat, multōq; magis ad eiꝰ partes pertineat, nocētibus erogare pœnā, quàm bene merētibus largiri præmia (id quod mox copioſius demōſtrabimus) poſteaquam in criminibus non accipit inſimulationem meræ voluntatis quæſo te, in petendis præmijs oſtentationem voluntatis admittet? Quis autem eſt ciuium vel quantumlibet ignauus, qui non velit tyrannum occidere, ſi tutò liceat? Quis non vel leno, ſaltem emolumenti cauſa velit? Denique quis non facilè ſimulare poſſit voluiſſe ſe: videlicet quò præmium gratis auferat? Vis itaque dicam, quantum hoc totum habeat momenti, voluiſſe occidere? Nempe perinde eſt, quaſi te ſomniaris occidiſſe. Par pari penſari conuenit. Qui præſtitit beneficium, ei lex beneficium rependit: at qui bene voluit tantùm, ei quid debetur, niſi vt viciſſim bene velit reſp. I nunc, & hoc in gradu nos iube conſiſtere. Rem tam eximiam, inquis, animo verſaui, ſtatui, decreui: an præmium negabitis? Non fraudaberis præmio, ſi iſthoc nomine poſtules: verùm illud interim præmij feres, velut homo nimium perfrictę frontis, irriſus, exploſus, exhibilatus diſcedes, quem non puduerit id à lege poſtulare, quod ne leno quidem auſit à quoquam petere, vt rem pro voluntate auferat, nemo tam vecors qui cōcedat, ut voluntatem neſcio quam, hoc eſt, minus quàm verba pretio redimat. At non volui tantùm, inquis: verùm & periclitatus ſum, aſcendi, ſubmoui ſatellites. Primùm iſthuc tu quidem conſultè facis, quod de gradu illo defilijſti, in quo nimis profecto incommodè ſtabas, quanquā ne in hoc quidem multò commodiùs conſtiteris. Nam etiam ſi paulò minus abſurdum videatur, haud ita multò minus impudens tamen eſt, quum lex palàm præmium decernat ei, qui factum præſtiterit, te quod conatus modo ſis, præmium poſcere. Ergo-ne hoc quidem iuris erit apud te legibus, quod per illas eſt ciui priuato cum ciue priuato? Age quid ſiquis ciuium tecum iniſſet contractum, ita vt ille pecuniam ſtipulatus, tu conditionem pactus eſſes, mirum ni ſuo vterque periculo, atque is nondum præſtita conditione, nummos his verbis

abs te petat: Cedo mercedem, conatus ſum, tentaui, adniſus ſum: an non protinus impudenti homini reſpondebis: Cedo conditionẽ? Nam de tuo conatu quid mea refert? quãdoquidẽ effectum abs te pactus ſum, nõ conatum. Puta totidẽ verbis tibi nunc reſpondere legem: Agnoſco contractũ, nõ muto pacta: debeo præmium, ſed ſi tu conditionem præſtitiſti, ſi tyrannum occidiſti. Verbis aut obligantur, aut abſoluuntur homines. Si conato pollicita ſum præmium, non grauabor dare: ſin ei qui facinus peregiſſet, quod tandem ius eſt referre quod eſt ſtipulatus, me non ferre quod ſum pacta? In priuatis ac minutis cõtractibus nemo tam improbus inuenitur, vt lucrum cõditione promiſſum poſtulet, non præſtita conditione, nemo tam ſtultus vt det, ſi quis poſtulet: & tu à Rep. maximum omnium præmium poſtulas, quòd conatus modò ſis? Nihil mihi niſi nugas adfers, donec illud vnum audiam, quod te præſtare oportebat. Volui, inquis, aſcendi, perrupi cuſtodias, ſubmoui ſatellites, quantulũ iam eſt illud quod ſupereſt? Quid adhuc deſideras? Nẽpe nihil in te deſidero præter illud, cui ſoli debebatur præmiũ. An non intellexiſti in iſtiuſmodi contractibus duplex eſſe periculum: quorum alterum ad hunc tantùm, alterum ad illum proprie pertineat: videlicet perſpluendæ mercedis, & præſtandæ conditionis? Ego meo periculo præmij dependendi onus recipio, neque tua referre putes, neq; refert quã anguſta mihi res, vnde corradẽdũ quod debeã preciũ. Tu itidẽ conditionẽ tuo ſuſcipis periculo, neq; mea quicquã intereſt, quo ſudore, quo periculo ſit ea tibi præſtãda. Totã iſtã curã, totũ hoc negotiũ tibi relinquo. Quòd ſi ego iã præſtita abs te conditione cõmemoré tibi in agris meis malè proueniſſe ſegetes, merces naufragio perijſſe, nihil auelli à malis debitoribus, nõ ſine graui diſpẽdio conflari poſſe pecuniam, quam tibi debeam, dic obſecro, nonne nugas agere me dices, negans horum quicquam ad te pertinere? Hoc vno modo poſſe ſatis fieri tibi, ſi pecunia numeretur. Neq; quiſquã eſt iudex tã iniquus, qui te tuo v. ti iure fateatur. Et mihi pulchrè ſatisfactũ exiſtimas, ſi tu mihi tragœdiã adferas, quãtũ adieris periculi, quãtũ ſudorum, quãtũ vigiliarũ exhauſeris, dũ ſtudes præſtare cõditionem? Res eſt (mihi crede) calũnioſior, ſcrupuloſiórq; quã vt legibus occupatis cõueniat, alienã expẽdere voluntatem, alienos penſiculari conatus: quorũ ſuos quiſque animo ſolet æſtima-

re, non ſuos difficile eſt adamuſſim perpẽdere. At facti, facilis eſt æſtimatio. Proinde ea in legis cognitionẽ cadit: hinc reliqua omnia conſueuit metiri. Tametſi non piget interdum æqui bonique rationem habere. Verùm in his litibus, quæ de vetere illa formula pendent, inter bonos bene agier oportet: at in contractibus, quæ neque vi, neque dolo coierunt, quid eſt quod à præſcripto recedatur, niſi quis velit omnino à pactis diſcedere? Quid vis? Circunſpice, & ſi potes vſquam inuenire exemplum, non nego præmium. Sæpenumero in pugilum Olympicis, ſæpe in certamine ſpectator (opinor) ſedisti. Cedo, num quãdo vidiſti quenquam tam impudentem, qui palmam ſibi hoc nomine vendicaret, quòd ſtrenuè certaſſet? Non arbitror, atque id in re penè ludicra, certè ad voluptatem comparata. Et tu in tam ſerio omniúmque ſplendidiſſimo negotio id tibi poſtulas, quod in ſcenicis illis pudeat vel impudentiſſimum tentare? Age quoties & illud vidiſti euenire, vt qui ſeſe fortiſſimè, doctiſſiméq; geſſiſſet in curſu, is à præmio longiſſimè abeſſet, & ignauiſſimo faueret euentus? Habeat ille ſanè, quod cauſetur, excidiſſe habenas, conſternatum equum, fractã rotam, iactet ſe vel arte, vel viribus tanto præcellentiorem, quanto Therſitæ præſtitit Achilles, niſi metam prior attigerit, profectò poſtulandi præmij ius nullum habebit, fortunam ſuam incuſare licebit. Cæterùm Agonothetæ nõ indignabitur: propterea quòd hoc animo in certamen deſcenderit, vt eius vteretur cõditione. id eſt, ita demũ præmiũ ferret, ſi virtuti fortuna fauẽte viciſſet. Alioqui ſi conatui, nõ tantũ effectui præmiũ deberetur, tot palmis eſſet opꝰ, quot in Olympicũ certamẽ veniſſẽt. Quã quã in huiuſmodi ludis, qui ſolẽnitatis voluptatiſque gratia proponũtur, fit interdũ, vt victis quoq; præmia ſtatuãtur, nõ honoris, ſed ſolatij gratia: verũ ſerijs in rebꝰ, atq; adeò periculoſis, quẽnã obſecro lex vnquã mercedẽ ſtatuit, niſi ſi quis facinꝰ peregiſſet: & ita peregiſſet, vt omnes numeros implerit? A quo tu quãtũ abſis, mox audies: nã nunc de conatu tãtũ agimus. Lex igitur ciuicã promittit coronã ei, qui ciuẽ in bello ſeruarit. Quis vnquã ad hunc honorem vel aſpirauit, quòd ſe telis obiecerit, quòd non ſine multis vulneribus diſceſſerit? Profectò niſi ciue ſeruato, nemo ciuicam petit. Quis vnquam his verbis muralem petijt: Acriter contendi Iudices, vt mœnia ſuperarem: Omnia feci, ſed depul-

ſus ſum. Quantùmlibet enisus ſit, niſi conſcenſo muro, nemo tam inuerecundus vt muralem coronam ſibi deberi dicat. Obſidionalem nemo flagitat, niſi depulſa obſidione. Poſtremò nullus honos petitur, niſi ab eo qui id effecerit, ad quod honor inuitat. Qui nauim in tempeſtate deſertam ad littus perduxerit, huic ex lege vendicatio eſt earum rerum, quæ naui vehebantur. Quorſum attinet hic tuam iactare peritiam, ſudores, pericula, conatus? Nihil non feceris, quo nauem in tutum reduceres, ſed victus tempeſtate deſeruiſti, audebis quicquam ex his quæ ſunt in naui, tibi vendicare? Aut ſi auſis, futurum ſperas, vt quiſquam te vel pilum ſinat attingere? Non opinor. Si quis vnquam ouationem, ſupplicationem, triumphum obtinuit, quòd adiectoriam omnibus neruis eſſet enisus, quòd gnauiter ſe geſſerit in bello, niſi ſuperior diſceſſerit, niſi præſcriptum à lege numerum hoſtium fuderit, aude & tu tibi præmium promittere, quòd tyrannicidium ſis aggreſſus. Quòd ſi nemini hominum memoria contigit, deſine tibi uoua ſpe blandiri, deſine inaudito exemplo poſtulare, quod ſperare ſit improbiſſimum, dare poſtulanti ſtultiſſimum. Noli nobis commemorare, quanto capitis periculo murum arcis conſcenderis, qua virtute ſatellitium tyrannicum perruperis, alios depuleris alios occideris: quorum maximam partem tibi liberum eſt fingere. Ad obtinendum tyrannicidæ præmium, duobus duntaxat verbis eſt opus, tyrannum occidi. Quantumuis conatum exaggeres, alleues, attollas, non niſi tyrannicidæ debetur præmium. Alioqui quid dices ſi eodem illo die, quo tu arcem conſcendiſti, permulti pariter aggreſſi, ſua quiſque virtute freti: quorum nemo tamen tyrannum interemiſſet: vtrum omnes tyrannicidæ præmio potientur ex æquo, nempe quia conati? Age quid ſi multis ſtrenuè rem aggreſſis, vni cuipiam, qui ſit omnium ignauiſſimus (vt non ſemper virtuti reſpondet fortuna), eum contingat interficere, an non præteritis reliquis hic vnus honorem auferet? Quamobrem tandem? Non quia plus adierit periculi, ſed quoniam id confecit, cui lex honorem decreuit. Hic tu fortaſſe rurſus incipies deplorare, fruſtra ſumptam operam, negare is æquum eſſe virtutis egregios conatus merito fraudari præmio, niſi fortunæ ſuffragio adiuuentur. Sed quæ tandem poteſt eſſe iniqua condicio, quam nemo compellitur accipere, niſi cui cordi ſit? Quan-

tumlibet iniqua condirio proponitur, eam nimirum facit æquissimam, quisquis suapte sponte recipit. In aleæ ludo si fas est hoc exemplo conferre, quid iniquius, quàm vel summum artificem ab imperitissimo superari, si modo iactus commodè cadat? Atque id adeò nemo tanquam iniquum causatur propterea quod cui lusus huius lex non probatur, ei liberum erat non suscipere. Itaque lex quod præstari velit, in palàm atque in medio proponit. Quid abs te præstari possit id tibi relinquit expendendũ. Illa nihil mauult quàm vt res quàm optimè cadat: quod si posteaquàm nihil tã intentatum reliqueris, quo minus efficeris, per fortunã stetit intelligis (opinor) nihil habere te, quod legi succenseas. Fortunã si ita lubet in ius voca, cum lege nihil tibi rei: quæ vt nihil promittit, ita nihil debet, nisi præstanti. Neque verò existimemus Iudices, istud à maioribus qui hanc legem tulerunt, sine summa ratione fuisse factum, vt conato præmium non esse statuendum putarint: videlicet illud cauerunt, non tantum ne ancipites istas & inexplicabiles huiusmodi de conatu lites inuitarent, verumetiam quòd intelligerent tyrannicidij conatum non posse, nisi summo ciuitatis periculo suscipi. Vnde futurum prospiciebant, vt si conatui præmium statuissent, temeritate conantium resp. subuerteretur potiùs quàm restitueretur. Etenim tyrannis quid aliud est quàm graue capitaléque ciuitatis hulcus? huic si quis medeatur, ei merces digna proposita est, quam ita demum ferat, si remedium præsentaneum attulerit. Verùm huic malo neminẽ oportet admoliri manum, nisi certum artificem, qui sua diligentia peritiáque fretus, non sinat hoc licere fortunæ, vt dum ipse salutem dare conatur, illa vitam penitus eripiat. Quid? vtrum tu igitur in eiusmodi discrimine conatum præmio iudicas inuitandum esse: an potiùs pœna deterrendum, nisi quod conatus est quispiam, idem præstiterit? Nec illud te subleuat, quod mihi videbare raciocinando colligere, quum lex in maleficijs pœnam irroget simplici sceleris molitioni, par esse vt multò magis in benefactis conatus habeat rationem: nam oportere legem multo propensiorem videri ad compensandam virtutem quàm ad retaliandam culpam. Atque vide quàm hîc tota erras via. Principio non animaduertis hoc tyrannicidij facinus toto genere à reliquis discedere, propterea quod aliorum molitio cum priuato mo-

lientis periculo modò coniuncta est: huius cum publica reipub. discrimine copulata, vt temerè moliri tyrannicidium nihil aliud sit, quàm temeritate priuata rem omnium prodere. Deinde lex nec in quouis crimine, nec qualemcunque conatum in quæstionem venire sinit, verùm in paucis duntaxat, quæ vel propter insignem atrocitatem hoc odij merentur, vel eiusmodi sunt, vt priùs exitium adferant, quàm conatus dent significationem: quod genus parricidium, veneficium, proditio. Postremò non vides nihil esse simile, totáque natura rationéque discrepare, pœnæ legitimam irrogationem, & honoris largitionem. Nam alterum quidem propriè legum munus, alterum quasi quædam de iure concessio, legisque candor (vt ita dixerim) quidam est. Hoc ita habere sic demum intelliges, si reputes quàm multa sint quæ lex iubeat, addita pœna, ni pareas: quàm multa item vetet, nisi obtemperaris, supplicium minitans: contrà, vix vnum atque alterum esse, ad quæ præmio sollicitet. Quædam enim eiusmodi sunt, vt dutum ac seruile videatur ad ea metu mali adigi: quo de genere sunt, vxorem ducere, operam dare liberis. Hic lex nimirum vrbaniùs ac verecundiùs tecum agit, patris, non magistratus sumit habitum, precio ad id inuitat, quod alioqui gratuito te præstare decebat. Rursus alia tametsi id genus sunt, vt à quouis non improbo ciue præstari velle oporteat, tamen & fortiora videntur, quàm vt à multis præstari queant: & periculosiora, quàm vt multi velint suscipere: nam inhumanum videtur cuiquam vitæ suæ contemptum imperare: ad hæc igitur præmio animat, quasique calcar addit virtuti. Proinde non oportet hanc legum indulgentiam longius trahere, quàm ad quæ semel ipsa astringit. Nec mirandum est si attentior, si vigilantior, si exactior est in proprio naturalique munere suo, quàm in eo in quo pro temporis ratione in alienas partes descendit. Huic adstipulatur illud, quòd nouis etiam criminibus exemplum, aut nouum noua lege solet institui, aut à simili lege mutuo sumi. Neque tamen idem fieri consueuit, si quis quid noui facinoris cum laude patrauit, vt præmium à simili constitutione decernatur: nisi lex extet, quæ nominatim honorem statuat eius facto, quod roget, vir habebit: quod postulet, haudquaquam. Cur enim legi necesse sit passim ciuium suorum officium mercede redime-

re? quandoquidem ne sit impunita improbitas, id publicitus omnium refert: at probus esse nemo gratis potest. Quid autem est quod non vel gratus patriæ debeat ciuis? cui si vel animam impenderis, quid mirandum, si quod acceperas, id restituis? Vt supplicio dignus sis, nisi parenti pietatis officium persoluas, non præmium illico tibi debeatur, si persoluas. Itidem, si quid in leges committas, non potes effugere supplicium: at non statim illæ tibi præmium debituræ sint, si quid cum officio feceris. Nam si ciues omnes sese in officio cõtinerent, ne opus quidem esset vllis legibus: quippe quæ non ad bonos mores comparatæ, sed malis è moribus natæ sunt, id quod verè vulgo dictitant, ac pharmaci vice fungantur. Finge itaque nullas esse leges quemadmodum de aureo Saturni seculo fabulantur poëtæ, suo quemque sponte fungi officio: an tu hîc clamabis perire benefacta, quòd nulla lex præmium decernat? Vti lex non minatur nisi improbis, ita non pollicetur optimis ciuibus. Quorsum enim opus promisso, quum virtus absoluta abundè seipsa contenta sit? Proinde petere quod illa non sit pollicita, profectò plus quàm impudentissimum est: improbè flagitare quod ea candidè ciuilitérque promiserit, ciuis est probitatis non satis spectatæ. Tu quid merueris, paulò pòst excutietur: interim finge sanè præcipuam quandam vtilitatem attulisse, cui tamen ex lege præmium non debeatur. Vtrum protinus clamitabis infrugiferum fuisse officium, ciuitatem in ius vocabis, plebem ingratam vociferabere, minitabere iudicibus, nisi tibi mercedem ex animi tui sententia decernant? An potiùs ipsam virtutem abundè magnum sui præmium iudicabis? Oblectabis te conscientia recti. Hunc esse maximum fructum officij duces, quòd de alijs citra tuum emolumentum benemerendo ad deorum benignitatem videaris accedere? Nimirum hæc tibi futura sunt satis, si modò ciuis sis optimus. Quòd si non contentus istis, aliud adhuc nescio quod præmium desideres, certè maximo proximum est gloria: hoc tu iam propemodum tulisti. Quanto metiris precio, volitare per ora mortalium, celebrari, laudari, digitis notari mille, oculos omnium in te coniectos circunferre? Ista, inquam, vel maxima præmij pars: nam pecunia sanè quàm exiguum momentum adfert. Tu conatus duntaxat es, perma-

gna portio, vel caput potiùs ipſum tuo deeſt facinori. At cum interim his rebus frueris, dum non occiſo, tamen velut tyrannicida celebraris, quæſo te, quantula pars abeſt à tuo præmio quod laturus eras, etiamſi tyrannum occidiſſes? Poſtremo iſthuc ipſum præmium, penè dixerim, inuidendum mihi videtur, quod iam tibi licuit toties Reip. tyrannicidium imputare, quod in celebri iudicio tibi contigit honeſtiſſimum præmium flagitare, & in tam frequenti theatro ſpectante rep. magnificam iſtam tuam tragœdiam peragere. Mihi videtur Iudices, beneficij tuliſſe gratiam, quiſquis exprobrare beneficium potuit. Tu fortunæ, tu deorum munus imputas ciuitati, & ſunt fortaſſis qui tibi libertatem acceptam ferant. An hæc tanta præmia contemnis? quæ vel vero tyrannicidæ ſufficere debuerant, niſi lex maluiſſet præmio conatum ab effectu diſtinguere. Quamque nullum me hercle præmium magis congruit ei, qui tyrannum conatus ſit occidere, nec occiderit, quàm vt illi contingat tyrannicidæ præmium ſperare, nec ferre tamen. Hiccine erat ille gradus, in quo nos tecum commorari iubebas? Quanquam hoc nomine tuus conatus minus promeretur præmium, quod aliorum propoſito fortuna modo defuit, tibi voluntas, vt ais. Effeciſti quod voluiſti id quod erat neceſſe, nec feciſti, nec voluiſti. Sed iamdudum alium gradum (vt video) circumſpectas, in quem te recipias: nam in hoc quàm citra omnem præmij ſpem conſiſtas, intelligis. Age ſequemur te per omnia, & aliunde aliò fugitantem perſequemur, nec vſquam ſinemus conſiſtere. Atqui non tantùm aggreſſus ſum, inquis, verumetiam occidi, nempe filium: atque id facinus in duo ſecas tyrannicidia, & quòd filium ſuſtuleris pluſquam tyrannum tum tyrannidis ſucceſſorem: & quòd parenti, necato filio, mortis cauſam miniſtraris. De illo mox nunc hoc cuiuſmodi ſit inſpiciamus. Parentem ais abs te, iugulato filio, eadē occiſum operā: negas enim referre, qua via peremeris, modo ſuſtuleris: imò ſplendidius iſthuc videri vis, quòd tuo quidem enſe, verùm ipſius dextera ſit interemptus. Hæc tam honeſta, Iudices, oratio poſſit parum attentum fallere, præſertim hoc rem fucis illis ſuis & phaleris venditante, dum nobis ob oculos ponit validum illum florentémque iuuenem, ſic patri adamatum, crebris vulneribus confoſſum: parentem ſenem miſerum, illi circumfuſum, eodem eranimatum

enſe, ſanguinem vtriuſque inter ſe confuſum. Iſta quidem dictu ſplendida, ſed quid ad tuam cauſſam attinent? Nemo tam cæcus qui non videat, nemo tam effrons qui neget, ſpectaculum illud multò omnium iucundiſſimum extitiſſe ciuitati, quum ſenem tyrannum iuueni videret incumbentem, exanimem exanimi, & in altero gauderet ſeſe leuatum malis præteritis, in altero futurorum metu. Hæc quum per ſe maxima, quum Reip. ſint gratiſſima, quid attinet verbis exaggerare? Illud vnum in hoc iudicio verutur, vtrum tibi acceptum ferri oporteat, quòd pater ſine controuerſia tyrannus occiſus eſt, an fortunæ ſuperſtmque dexteritati. Quòd enim tuo gladio peremptus eſt, id verò quàm eſt futile nihilſque. Quid ſi tuo gladio ab eo qui eum vtendum abs te rogaſſet, tyrannus eſſet necatus, num tu protinus tyrannicidæ præmium petitum venires? Lex occiſori pollicetur honorem, tu eum iugulaſti, de quo certè controuerſum eſſe poterat, tyranni nomine cenſendus eſſet, nec ne: eum de quo nihil erat dubitationis reliquiſti. Si prudens, prudens excidiſti à præmio: ſin metu, multò minus etiam cauſſæeſt poſtulandi munetis. Verùm illud tute vehementer vrgebas, vti prudens volénsque reliquiſſe viderere. Sed quod tandem erat iſtud tuum conſilium, quum tibi ſic in manu eſſet, non toto metu liberare Remp. ſed vltorem tui facinoris, & verum certúmque tyrannum relinquere: intelligebas (vt ais) omne negocium confectum extincto iuuene, propterea quòd modis omnibus futurum præſcires, vt ſenex illico ſibimet eodem gladio necem conſciſceret. Videte Iudices, in manifeſtiſſimo mendacio qua rima conatur elabi: niſi diuinandi ſcientiam commentus fuiſſet, non poterat hinc explicare ſeſe. Siquidem hæc vel augur, vel haruſpex, vel vates diceres, fortaſſe nonnullos inuenires, qui iſta prædicanti fidem eſſent habituri. Nunc quid impudentius? quid vanius? quid veri diſſimilius, quàm aſſeuerare, id certum præſciſſe te, quod tale ſit, vt quiuis alius exitus potiùs fuerit expectandus? An coniecturis es aſſequutus id euenturum quod euenit? Aliquid aliud effici coniecturis poterat, niſi vt vel ſperares, vel ſuſpicarere? Porrò in re tam ancipiti, quæ dementia erat ſpem incertam ſequi, diſcrimen certum negligere? Sed audiamus obſecro certas illas coniecturas, quibus hic noſter vates præſenſit inopinatum omnibus exitum. Iam ætate ſe-

ſus erat, inquis, iam viribus defectus, nec obtineri iam aut-mabat poſſe tyrannidem adempto filio. Tum indulgentius amabar, quàm vt filio vellet eſſe ſuperſtes. Nonne ſenus hæc adeò non eſſe naturæ rerum conſentanea, vt iam omnibus videantur eſſe confutata, vel priuſquam refellantur? Vtrum ſeni mentem vllam fuiſſe putas, an non putas? Si non putas, fieri potuit vt illi tutum videretur, quod neutiquam erat tutum, atque ita protinus toto falleris augurio: ſin putas ſapuiſſe, cur erat quod vſqueadeo diffideret? Quaſi vero tyrannis viribus duntaxat vnius hominis, ac non multò magis ingenio, verſutia, calliditate, largitione, crudelitatéque contineatur: quæ omnia ſi magis in ſenem quàm in adoleſcentem competunt, cur tu in diuerſum torques augurium? An non illa ætas vſu rerum callentior eſt? an non altius diſſimulat? an non cauet diligentius? an non proſpicit oculatius? iraſcitur implacabilius? tenacius iniuriæ meminit? meliúsque in longinquum conſulit? His ſolis rebus imperium tyrannicum adminiſtratur. In militiæ duce quantulum eſt illud momentum, quod corporis vires adferunt? at in tyrannide profectò multò minus. Cur magis illum terreret ademptus filius, quàm extinctus ſatelles quiſpiam audacior? quum arx ſupereſſet approbè munita, ſupereſſent opes, arma, ſatellitum ingens agmen, tot in ciuitate factioſi potentésque, qui non ſolùm tyranni partes adiuuabant, verùm etiam tyrannos agebant: quos equidem ſpero nunc nobis non eſſe metuendos (nolim enim infauſta ominari) at ita tamen, ne nimium ſecurè negligantur. Vſqueadeóne ſenem cruda viridique (quod omnes norunt) ſenecta callidum, animoſum, ambitioſum, non ſtultum, vna filij mors conſternauit, vt rebus deſperatis protinus è vita ſibi migrandum duxerit? præſertim quum ille patris dominatum nihilo reddiderit tutiorem, ſed multò inuidioſiorem, idque ob libidinem, atque ætatis inſolentiam temeritatémque, adeò vt expedierit propemodum illi ad ſtabiliendam tyrannidem filium è medio tolli. Etenim quo propius ad iuſti regni ſpeciem acceſſerit tyrannis, hoc minus eſt inuidiæ obnoxia, magisque tuta. Iuuenis ille ſolum hoc augebat, quod maximè tyrannos ſolet euertere. Vetera illa tyrannidis munimenta in callidi ſenis pectore erant collocata. Sed tenerius adamabat filium, quàm vt defuncto poſſet ſupereſſe. De matercula quapiam priuata loqueris, an de viro ſene, callido, crudeli,

denique tyranno? Quid ego Iudices, in eo sermone argumentis coarguendo sumam operam, quem ipsa natura, quem mos, quem communis omnium sensus repudiat? Quis vnquam isthuc audiuit? tyrannum vsqueadeo pio in liberos fuisse animo, vt non dicam commori voluerit, sed conuiuere commodè quiuerit? Credite mihi, priuatorum isti sunt affectus, Tyrannus neque quid natura, neque quid pietas, neque omnino quid sit officium nouit. Exuit hæc omnia, simulatque tyrannum induit. Omnia commodis, omnia metu, omnia necessitate metitur. Solos hos amat (si quos tamen ille amat, qui vel deos ipsos odit) quos aut metuit, & tollere nondum expedit, aut quorum opera ministerióque ad fulciendum imperium indiget. Quòd si vllos ille posset amare, similes certè sui diligeret, impios, violentos, rapaces, sceleſtos, quando nihil ad conciliandam charitatem efficacius morum similitudine. Atqui ne improbi quidem illi chari sunt, nisi quatenus adiuuant, adeò vt præposterum, vel peruersum potiùs quendam Stoicum tyrannus exprimat. Neque enim quisquam tam Stoicus fuit, vt æquè vacarit omnibus affectibus atque tyrannus: hoc modo illos discernit, quod philosophus honesto metitur sua consilia, hic commodo. An ille vllum pietatis igniculum in quenquam mortalium sentire potuit, qui in patriam vitæ parentem altricémque, qui in cœlites omnium bonorum autores tam sit impius, vt illam crudelissima opprimat seruitute, horum phana despoliet, iura contemnat? Verùm vt largiamur tibi nonnihil, finamúsque te priuatos affectus in tyrannicum pectus, hoc est, ignem in flumen transferre, an tandem persuadebis illud, vsque adeo indulgenter illum adamasse filium, vsqueadeo in eum omnes vitæ suæ spes, voluptates, opésque semel contulisse, vt illo sublato, ne minimam quidem vitæ partem sibi reliquam esse putaret? Repete, non dicam ex hac ciuitate, verùm ex vniuerso mortalium genere: non ex hoc seculo, sed ab orbe cõdito, & ab ipso (si vis) Promethei simulacro. Quotus quisq; fuit pater, quota quęq; matercula, quæ ob liberorũ necẽ sibi fatũ acceꝛsiuerit? Naturalis hic dolor, & quẽ nemo ferè non modestè ferat. Priuatis parẽtib⁹ vel indulgẽtissimis, mulierẽularũ intẽperãtissimis affectib⁹ mediocris luct⁹ suffecit, tyrãni in filiũ charitati non nisi solã mortẽ satisfacturam esse tu Lynceus præuidebas? Age, hoc quoque tibi donamus,

vicerit homo tyrannus priuatorum in liberos pietatem, vicerit indulgentia materculas omneis: qui tibi compertum esse potuit, vtrò se dolor paternus inclinaret? In rabiem, an in desperationem? Quo diligebat impotentius, hoc erat probabilius, vt senex natura ferus, ciuibus infensus, vel maximè vellet esse superstes, vel ob id denique, quò veterem illam iram, nunc filij nece acerrimè exasperatam irritatamq; Reip. supplicijs saturaret. Quòd si aliàs vitæ pertæsum fuisset, hæc nimirum vna causa poterat illum in vita retinere. Quid autem senili animo vindictæ cupidius? An neſcis quàm impotentes ætas illa concipiat impetus, quo rapiatur æstu, quo flagrare soleat incendio, si quando atroci insignique contumelia laceſſatur? Quæ verò potuit esse atrocior, quàm filij cædes sic amati, vt tu quidem ais? Hæc nimirum quicquid in illo fuerit vnquam crudelitatis, quicquid sæuitiæ, quicquid immanitatis: si qua sanguinis sitis, si qua suppliciorum fames, denique si quid tyrannicum, id omne semel de integro poterat excitare, quasque renouare. Mitiora etiam animalia, datæ orbitatis iniuria, in rabiem solet agere: & tu in tyranno (quo nullum animal immitius) nihil tale metuendum esse certissimus augur existimasti, quod in Tigribus videmus euenire? Quòd si tibi vni compertum erat, tyranno sic in delicijs esse filium, quid igitur aliud tua fiebat opera, nisi vt sæuissima illa Tigris, rapto catulo, in rabiem versa, in miseram hanc ciuitatem dilaniandam discerpendámque insiliret? Id si nõ euenit, magna dijs gratia, tibi magnum debetur malum: qui quantum ad te pertinet, tam diram beluam in noſtra capita fortunásque immiseris. Elige nunc vtrum malis, an verum fateri, nihil fuisse tyranno cum noſtris affectibus commune, an confingere sic adamasse, vt matercularum quoque vicerit delicias. Certè neutro modo tua constabit diuinatio: quæ nisi constiterit, non est quod ad eius rei laudem aspires, quæ fortunæ commoditate te imprudente euenerit. Postremò donemus & hoc tibi, vt præsciueris, & certum præsciueris, deo videlicet quopiam te certiorem faciente (nam alioqui fieri nequaquam potuit) perinde est ac si non præscieris, quum præscientiæ tuæ fidem legi facere non possis. Profer quibus prædixeris id euenturum quod euenit: doce quis deorum quando isthuc tibi prænunciarit, nihil habes quod dicas. Verùm posteaquam

rem feliciter euenisse videres, tum demum post factum vaties esse cœpisti, quemadmodum vulgò tum fieri, tum dici consueuit, post euentum stultos etiam sapere: & quo fortunæ beneficium verbis in te transmoueres, tragœdiam istam nobis comminisci cœpisti, causas reperisti, quibus præscisse videare. Sed dij boni, quàm non bonum poëtam te præstitisti, qui tam inconsistentia, tam cum natura pugnantia finxeris, sæuissimum tyrannum ob pietatem erga filium vltrò vitam fugisse: ob vnius capitis necem tutum sibi non putasse in vita commorari, quum omnia supersessent quibus tyrannis & paratur & obtinetur, sublato eo in quo omne tyrannidis præsidium collocarat, repentè rebus suis diffisum ad inferos abijsse. Age, mitto nunc argumenta, hæc omnia vera, non ficta credemus esse, tametsi ne fucum quidem vllum habent veri, si mihi ex omni hominum memoria vel vnum tyrannum potes nominare, qui liberos suos sic adamarit, vt non spadones ac pallacas longè prætulerit: qui sic illis indulserit, vt non suspectos haberet obseruarétque: qui sic illis sit fisus, vt non in barbaris quibusdam latronibus, ac seruis stigmaticis plus quàm in illis fiduciæ posuerit. Ego tibi permultos referre possim, qui filios sic oderint, vt viuos esse pati non possent: adeò metuerint, vt ne cibum quidem vnà capere vellent: adeò diffiderent, vt tum demum se tutos esse putarent, si quis illos è medio submouisset. Nullus inutilior tyranni satelles quàm filius. Ex extrema barbarie conductitios mauult ille ficarios, fugitiuos, homicidas, sacrilegos; his vitam suam mauult committere, qui sua patria frui non possint, & alienam euertere gaudeant, qui barbaricis ferinisque viribus antecellant, & gigantes illos impios referant: qui propter animi cupiditatem non difficilè ad quiduis periculi suscipiendum perducuntur, & propter ingenij feritatem à nullo facinore abhorrent. Hi sunt idonei tyrannorum ministri, hi fiducia, munimentum, præsidiúmque tyrannidis multò tutissimum: hos si quis ademerit, caussam videatur dedisse, cur rebus tyrannus diffidat. Nam filius qua tandem ratione dominatum sustinebat: Aetate? at vtilior ætas grandior: Robore? vnus erat: Prudentia? magis sapit senecta: Custodijs quas obtinebat? at si aduersus patrem obtinebat, mors illius seni etiam optanda. Si patrio nomine, quid nisi vnus satelles ademptus erat,

Nam cuſtodiæ quò deficerent, niſi ad eum cui alebantur? Tutior igitur erat futurus tyrannus amoto filio. Res enim tyranno ſuſpecta, filius violentus & inſolēs, propterea quòd reliqui illi Barbari ſolo lucro contenti ſunt. Filius illud præmium ſpectat, tyrannidis ſucceſſionem. Nec vllus pietati locus, vbi mentem poſſidet dira regnandi libido. Ibi cōemptis naturæ legibus, & filium horret pater, & patris interitum optat filius. Sed dicturis iamdudum neſcio quid: mane, preſēſi, nihil inexpugnatum omittam. vrges, Niſi præter modum adamauit filium, niſi diffiſus eſt, cui ſibi mortem conſciuit? Iſthuc verò meritò demirandum, quippe quòd præter omnium, ac tuam etiam ſpem euenit. Verùm ego nihil ad me pertinere puto, vt tibi rationem reddam, quid illi dij in mentem immiſerint, vt ſibi vim adferret: hoc tantum euincere ſat eſt, te nullis coniecturis hunc exitum certò præſcire potuiſſe, quantumlibet amarit filium: tametſi cauſa non admodum obſcura. Iam deorum ſi qui fuerunt huic infenſi Reip. iras diuturna noſtra calamitas ſatiauerat. Iam propitios noſtra vota, noſtra ſacra commouerant: aderat illud fatale tempus, quum impius ille ſener dijs atque hominibus dignas admiſſorum pœnas daturus erat. Iam aderant vltrices Eryniues, aderant Furiæ, facibus & hydriſomnibus armatæ: hæ illi mentem ademerunt, hæ vanam formidinem incuſſerunt, hæ attonitum ad ſpontaneam ſui cædem impulerunt. Nihil minus arbitrabatur quàm fugiſſe, qui filium peremerat, quàm vna cæde contentum fore, qua quidem vna in re iure potes gloriari, quòd tyrannum vehementer fefelleris. Virum eſſe putabat, qui hoc facinus peregiſſet. Credebat eſſe talem, quales audierat eſſe ſolere tyrannos, qui magno ſuæ vitæ contemptu, tyranni caput impeterent: qui non adoritentur facinus, niſi ratione probè perſpecta, qua poſſent perficere. Hanc ſuſpicionem Pan ille, aut ſi quis alius eſt deus, nouis terriculis exagitabat. Arbitrabatur inſtare ſibi carnificem, ſenſit adeſſe neceſſitatem illam fatalem, quam nemini nocentium vitare licuit. Itaque quod huius vrbis pietati, quod deorum bonitati debetur, cur tu id phaleratis dictis in te transferre conaris? Vbi diſcrimen erat ſubeundum, ibi fugitabas: nunc vbi res præter ſpem pulchrè cecidit, tutūque putas, fortunæ laudē in te deriuas. Sed finge diuerſum exitū fuiſſe conſequutū, pone tyrannum ita percuſſi,

passim ciues ad exquisita supplicia rapere, proscribere, iugulare, in exilium agere, possessionib⁹ exuere. Quid hîc dices Nõ sines, opinor eorũ malorũ causã in te tanquã in authorẽ referri, & fortunæ argumento culpã deprecaberis. Negabis tibi imputãdum esse, si quid fortuitò præter propositum euenerit. At nunc nonne iniurium est, quod boni, fortunæ cõmoditate præter spem euenit, id totum in te velut authorem velle traducere? Etenim te nihil expectasse minùs, quàm id quod euenit, vel ipsa res clamitat. Si hoc animo conscendisses arcem, vt filium, non patrem occidisses, credi poterat te talem quandam spem animo concepisse: nunc casu nescio an metu potùs in iuuenem incidisti, & tum demique diuina ista mens & futurorum præsaga, sed quæ non nisi post euentum sua prodat oracula, te corripuit. Quum esset fugiẽdum, ibi demum Iudices, in te tam tumultuosa, secum velut otiosus consultare cœpit, vtrum senem sua dextra dignum existimaret, ibi demum præuidere cœpit, fore vt pater ipse sibi manus adferret. Et quò commentum tam impudens Iudices, efficiat paulòprobabilius, quæ nec vidit, nec videre potuit, ea perinde descripsit, nimirum (vt iactat) poëta, quasi spectator astiterit, quid in mentem venerit tyranno, quid dixerit, quid fecerit, quomodo ferrum strinxerit. Eiusdem profectò impudentiæ fingere præscisse se, quod esset euentu consequuturum, & quod non videris, id ita narrare quasi videris. Quantò melius tuo commento, id est, fabulæ sua fides constitisset, si ita fixisses: te quum perempto iuuene, stricto gladio ad senem ire destinasses, repentè à tergo adfuisse Palladem illam Honericam, & iam euntem capillis reuocasse te: vetuisse ne tam luculentum facinus senili cæde obscurares, sese citra tuam operam curaturam, vt ille suapte manu, sed tuo gladio perenptus, gloriæ tuæ nihil tenebrarum offunderet. sed multum etiam adderet lucis: dehinc abditum te per rimam contemplatum, vel (quod est te dignius) repentè deam sepsisse te nebula, vt tyrannicæ necis tutus & otiosus spectator assisteres, nec priùs illinc discessisse, quàm negotiũ omne confectũ vidisses. Hæc si cõfinxisses, paulò minùs malum poëtam te præstitisses? Sed ocium, opinor, non suppetebat ad omnes fabulæ parteis commodè tractandas, videlicet lucri cupiditate te protinus ad præmium postulandum rapiente. Nunc vel ipsa te prodit inconstantia,

figmentisque coarguit. In arcem ascendisti, quò tyrannum occideres, neque tum præuidebas, quod sole ipso clarius videri vis. In medio negotio subito, nescio quis deus, oculos tibi restituit, vt videres futurum id quod accidit. Porrò si veris fidem facere voluisses, narrare debueras quemadmodum nocturnus explorator furtim arcem conscenderis, in ædes clanculum irrepseris, fortè fortuna obuio remine, non dicam vt tolleres aliquid, sed vt experireris, si quod tutò facinus posses designare: hæc molienti commodùm fauisse fortunam: itaque quum adolescentem solum atque incustoditum offendisses (vt est ea nimirum ætas securior, periculique minus cogitans: præterea diuturna tyrannis iam magnam metus partem exuerat) tum haud scio (vt mores illius erant) multo vino sepultum, atque immodica libidine defessum, fortiter iugulasse scilicet, & somnum illi cum morte, id est, germanum (vt ait Homerus) cum germano coniunxisse: deinde vbi iam cardines procul stridere cœpissent, exaudito videlicet morientis gemitu, ibi te metu exanimatum ita fugisse, vt non vacarit gladium è vulnere tollere, quem nec parricidæ, nec sicarii solent relinquere, ne deprehendantur. Interea domi latitasse te, iandudum de fuga cogitantem, & longinquas aliquas, semotasque mundi latebras animo circunspectantem, in quibus abditus posses irritati patris sæuitiam fallere. Iámque e ad spontaneum exilium accincto, repentè in vulgus etiisse famam, liberam esse ciuitatem, tyrannum vnà cum filio iugulatum, reliquos metu fugisse, fauthorem ignorari sicinoris. Ibi repentè ad nouam tuæ fabulæ catastrophen immutasse te animum, & qui prius de salute fueras sollicitus, protinus ad præmij spem arrectum fuisse, lucique auiditate, priusquàm tibi satis esset excogitata ratio, qua totam huius inopinati euentus laudem in te traduceres, prosiliisse in medium: id quod vidimus, clamitasse tuũ illum esse ensem, tuum facinus, non vnum præmium tuæ virtuti fore satis. Hæc nemo non credidisset, sunt enim rerum naturæ consentanea, vsu comprobata, omnium opinione recepta. At tu dum sedulò quidem, sed tamen parum ex arte, tuam nobis præscientiam niteris persuadere, quàm multa comminisceris, non dicam tota facie à vero distantia, verumetiam cum sensu communi, cum more, cum natura penitus pugnantia

primum tyrannum tam maternè filium adamasse, vt sine eo viuere noluerit: sic ob vnius mortem metu fuisse consternatum, vt in vita manere non sit ausus: sic illi toto pectore fisum, vt ipse nullas circum se custodias haberet: adeò fracti animi fuisse, vt tam chari pignoris truculenta cæde non potuerit ad vltionem inflammari tam inualidum, vt tua dextra fuerit indignus: tam inermem, vt ni tu illi gladium reliquisses tuum, defuturum fuisset quo se iugularet. Non vides quòd non competat tam insignis in tyrannum pietas, tam secura in eam ætatem fiducia, tantus meus in hominem, excepto filio, reliquis omnibus præsidijs munitum, tanta consternatio in hominem tot periculis exercitatissimum, tanta imbecillitas in iratum? Quid igitur erat, cur tu senem illum tantopere contempseris, vt indignum habueris, qui tua ista magnifica dextera iugularetur? Túne indignum iudicabis quem occideres, quum eum Resp. non putarit indignum quem formidaret, quem maximo suo cum dolore ferret. Non talem illum Iudices, non talem sensimus, vt cuiquam contemnendus videri debuerit. Neque tu eum vnquam contempsisti, nisi fortè contemnere est, miserè formidare. Sciebas arcem armis refertam, sciebas superesse satellites, quorum vel vnus (si seni vires deerant) sufficiebat iugulando tibi. Non ignorabas (id quod nemo nostrûm nescit) quantum virium illi partim exercitatio, partim ingenij feritas etiam in illa senecta reliquerat. Tum non te fugiebat, frigidum illud senium sic interdum acri dolore inflammari, vt iuuenibus etiam validissimis sæpenumero fuerit intolerandum, si quando solitum illud robur quod ætatis gelu velut obtorpuerat, magno aliquo animi motu recanduit. Quis autem tam inualidus est, vt non illi pudor, ira, dolor ingens vires suppeditet? Hoc erat videlicet cur tu filium quàm patrem malueris occidere, quòd illum inopinantem, inermem, dormientem fortuna obiecit. Cum hoc pugnandum erat, armato, vallato, irato denique. Hoc erat cur gladium relinqueres, ratus ne tãtisper quidẽ morari tutum, dum reciperes, metuens videlicet ne tantillũ sarcinæ te redderet in fuga tardiorem. Reliquisti inuitus, quo tyrãno prodi posses: sed prodi maluisti quàm deprehẽdi. Neque ego nunc formidinẽ tuã accuso, imò miror magis quòd pedibus consistere, quòd fugere potueris, quum audires moueri tyrãnicam familiam,

ſtridere arma: intelligeres tibi non cum puero, ſed cum vigilantibus viris, accinctis, armatis, ſobrijs, irritatis, denique cum rabioſo patre dimicandum eſſe: non quòd illum vſque adeò filij mors commoueret, ſed quòd arbitraretur, & haud ſcio an verè ſe petitum fuiſſe, dexteram tuam erraſſe tantum in filio. I nunc & ſpera, non dicam hos iudices viros omniù perſpicientiſſimos, ſed vel è media plebe quenquam eſſe tam mucoſis naribus, cui non ſuboleat, imò qui non planè odoretur, præſentiátque totam hanc fabulam abs te confictam. Et quod poëtæ ſolent, quum hærent in explicando tragœdiæ argumento, hanc veluti deam diuinationem arte quadam induxiſti, quò præſenſionem tuam iudicibus probares, ſine qua videbas præmium obtineri non poſſe. Sed occaſionem, inquit, miniſtraui paternæ mortis, qui gladium quo ſe feriret reliquerim: atque id ſolum non modo ſatis eſſe putat ad petendum præmium, verùm etiam meritum eſſe, vt ipſe enſis inter arma deorum conſecretur, dominus pro deo præſenti colatur. O hominem ſuauem, ſi has ſpes verè concepit: impudentem, ſi quum non ſperet, poſtulat. Ita ne tyranno gladius erat defuturus, niſi tuum illum reliquiſſes? Tu in arcem arma, hoc eſt, in ſyluam ligna portanda putaſti? Niſi fortè tuum illud ferrum magicis precaminibus erat imbutum, vt vltro ad mortis adegerit neceſſitatem: an verò nihil referre putas, quàm præbeas occaſionem, quomodo, quo animo? Primùm, gladium reliquiſti, quo nihil minùs deeſt Tyranno: nunquam ferrum abeſt, non in cubili, non in triclinio, non in ſacris: reliquiſti metu trepidus. Tua quidem in re illud interim demiror, qua fronte eum gladium tuum auſis appellare, quem habueris pro derelicto Metu: inquam, exanimatus reliquiſti, quem poſtea receptum optabas: reliquiſti rem ancipitem. Quid ſi tyrannus illum eundem enſem in ciuium iugulos diſtrinxiſſet? quid ſi eodem lectos aliquot ex huius vrbis iuuentute adoleſcentes filio ſuo inferias mactaſſet? Si tyrannum occidiſti, quia tuo occiſus eſt gladio, & horum omnium indigna cædes ad te pertinebit: quippe cuius enſe peracta eſt. Id ſi non euenit, nihil ad te pertinet, nam anceps occaſio quam in partem cadat, id dijs in manu eſt: ſi bene verterit, nihil gratiæ debetur ei qui dedit imprudens: ſin malè, temeritas imputatur. Neque enim culpa vacat, qui periculoſam miniſtrat occaſionem:

quæ ſi feliciter, mirentur omnes: ſin infeliciter, meritò accidiſſe dicant. At quanto probabilius erat, futurum vt tyrannus tuo enſe alios in vſus abuteretur. Scio me iudices hæc pluribus refellere verbis, quàm neceſſe videatur, quippe tam friuola: verùm id propoſitum eſt, nullum illius argumentum non excuſſum, non exagitatum, non reuictum prætermittere. Quare queſo ne pigeat ita vt antehac feciſtis, patienter atque attentè cognoſcere, dum hunc ab gradu firmiſſimo deijcio, Hic ſibi vehementer fidebat, hunc acriter vrgebat locum. Negabat vitari poſſe, quin præmium deberetur, quod patri necis cauſam miniſtraſſet, ſi non relicto gladio (nam hoc opinor argumentum iam habet pro derelicto) certè necato filio. Nam ita in legibus diſſertum aiebat, nihil intereſſe vtrum manu ſua quis occidat, an mortis cauſam præbeat. Addebat, æquũ eſſe, vt cùm in maleficijs cauſã datã imputarent leges ad ſuppliciũ, multò magis idẽ obſeruarent in beneſactis ad præmium. Hæc aiebat meminiſſeſe ſe in legibus eſſe diſputata, illud addens Thraſonicum, niſi ſibi diuturna ſeruitus legum memoriam obliteraſſet. Non tu legum oblitus propter diutinã deſuetudinẽ, ſed nunquam quid ſibi velint leges inquiſiſſe videris. Bis enim hic erras, qui neque cauſę datæ rationẽ, neq; dãtis animũ diſcernas, id quod legibus traditũ eſt, nec animaduertis lõgè diuerſã eſſe rationẽ maleficij & beneficij imputandi. Quid ais noue iuris interpres? Itáne ſatis eſſe iudicas vel ad pœnam, vel ad præmium, qualemcunque quomodocunque cauſam dediſſe? Nihil igitur refert, Hector an Aiacem occiderit manu, an gladium illum dederit, quo ſe poſtea confodit? Atqui hanc laudẽ nunquam ille ſibi vendicaſſet: tametſi probabile videri poterat, in eum vſum hoſti ab hoſte datum fuiſſe ferrum. Quin ergo fabros ærarios omnes vel ad pœnam vocamus, vel ad præmium, quoties armis in eorum officina perfectis, aut iugulantur ciues, aut ſeruantur? Poſtremò cur hoc quod tu petis præmium, non enſis iſtius tui opifex petit potiùs? Tyrannus gladium erat habiturus, te non porrigente: tu porrigere non poteras, niſi huius induſtria tibi miniſtraſſet. Age ſi telo inter venandum temerè miſſo, fortè tyrannum vicinum interfeciſſes, clamares tibi tyrannicidæ deberi præmium, an potiùs nihil tibi deberetur laudis, quòd imprudens & inſcius iaculum torſiſſes?

Imò in ius potiùs vocandus esses, qui missi teli temeritate ciuem (quod in te fuit) occideris: nam quod in tyrannum incidit, id nihil ad te. Quid si caupo vinum lene ac suaue, quale Polyphemo dedit Vlysses, tyranno vendidisses, atque ille eius dulcedine captus, auidiùs sese ingurgitasset, eáque re concepta febri decessisset, auderes-ne caupo, vini titulo tyrannicidæ præmium flagitare? At quis non te cum tua flagitatione, vt temulentum, vinóque madidum explodere? Cæterùm quanto frigidiore titulo nunc idem postulas? Vtcunque coniecturis præcipi poterat: vt ætas vinosa tam illicibili vino auidiùs, intemperantiúsque frueretur, crapulam consequeretur morbus, præsertim in sene: morbum mors, vulgò hæc eueniunt. Tu eam tyranno mortis causam dedisti, cuius nullum extat in hominum memoria exemplum. Quis enim antehac ob filij necem sibi manus intulit? Accedam propius. Finge te tyranni coquum esse: probè callere palatum domini, medicos interdicere cibum, quo tamen ille oppidò quàm lubens vescatur: interminari morbum capitalem, ni temperet: id te non fugere. eum cibum tu arte tua, cupediisque & cõdimentis magis ac magis illecebrosum reddis. consequitur edentem morbus, quem prædixerant medici: emoritur tyrannus, liberatur ciuitas. Hiccine coquus è culina in forum prosiliens, & adhuc iure madẽs, fuligine niger, tyrannicidæ præmium postulabis? Mortarium, ronsillũ, & ollas ostentabis, arma scilicet quibus tyrannidem expugnaris? Non eris (opinor) tam impudens in ea causa, qua tamem ista tua multò est absurdior. Nam illi voluntas occidẽdi non defuit, probabilem præbuit causam. Tu nec in hoc fugulasti filium, quò pater vltrò vitam relinqueret, & causam dedisti, ad quiduis potius quàm ad istud idoneam. Accipe exemplum tuo similius, quàm ouum sit ouo (quod aiunt) simile. Quid si tyranni amicam, quam ille miserè ac perditè deperisset, occidisses: eáque cognita re tyrannus sibi vitam abrumperet, auderes ad præmium aspirare? auderes dicere, te certum præscisse, fore vt tyrannus sponte fugeret è vita? Certè quanquam plures amicas extinctas sequuntur, quàm filios, nemo tamen tibi crederet, nemo tibi præmium decerneret, tuum factum periculosum & anceps diceret: omnes fortunæ gratias haberent, cuius cõmoditate res ea feliciter cessisset. Tibi abũdè magnũ præmiũ existimaret,

ſi commiſſi venia donatus diſcederes. Primum igitur diuerſam imputandi maleficij, & adſcribendi beneficij rationem conueniet diſtinguere, deinde cauſſæ æqualitatem, poſtremò animum: atque ita demum liquebit, quid tibi lex debeat. Nam quòd aiebas legem prolixiorem eſſe oportere ad reddendum præmium, quàm ad infligendam pœnam, id in priuilegijs, quæ in exemplum non vocantur, fortaſſe locum habet. In iure communi lògè ſecus eſt. Siquidem (vti ſuperius demonſtrauimus) nulli nocenti lex non minatur pœnam: paucis benefactis præmium oſtendit. Tum in maleficijs etiam conatum ſimplicem ſupplicio proſequitur: in benefactis ſemper exitum requirit. Nec mirum, nec iniquum, ſi lex eſt diligentior in eo negotio, ad quod vnum eſt nata atque inſtituta, quàm in eo, in quo temporis ratione tanquam alienas ſibiſumit partes. Ergo in vtroque communiter ſpectat, vt cauſa ſit idonea: deinde vt animus adſit, non tantùm caſus. Hoc rurſum intereſt, quòd in benefactis nec cauſa idonea, nec animus idoneus ſatis facit legi, niſi his accèſſerit euentus item idoneus. In malefactis, ſi quid nocendi animo tentes, non expenditur nec euentus, nec cauſa: ſed ex animo factum tuum lex metitur. Sic enim iudicat, tibi nihil ad ſcelus defuiſſe præter fortunam: quate ſubleuari, quod tandem ius ſit? In euentu ſimul & cauſam datam, & animum expendit. Si animum vitioſum comperit, nihil moratur cauſam, quàm ſit idonea, putat animum & euentum ad pœnam commerendam ſufficere. Sin animo ſimplici data eſt cauſa mali idonea, & non conſequitur euentus: lex quaſi conniuet ad id, & non putat ad ſuam cognitionem magnopere pertinere. Sin euentus eſt conſequutus, etiam ſi de animi vitio doceri non poteſt, tamen temeritatis & negligentiæ nomine pœnam irrogat: partim propter ſuſpectam dantis voluntatem, partim vt hæc latebra peccantibus eripiatur, imprudens feci, diſcántque homines vel ſuo periculo cauere, quod alieno faciant periculo. Ergo qui prudens & ſciens, certam atque euidentem noxæ cauſam dederit: eum perinde lex cẽſet, quaſi facinus manu peregerit. Veluti ſi quis hoſtẽ opibus copiiſque iuuerit, perinde eſt ac ſi ipſus arma cõtrà ferat. Siquidẽ id ſuppeditauit, ſine quo bellũ geri non poterat. Aut ſi quis inimicũ ſuum per dolum nauigio ſolutili imponẽdũ curet, vt naufragio intereat: aut in cõclaue pẽſili

teſtudine inducat, vt ruina opprimatur: aut iuxta lectulum ægroti, loco pharmaci venenum ponat, futurum ſperans vt eo hauſto pereat, tametſi non bibit ægrotus, tamen venefici poſtulari poteſt qui poſuit, proprer vicioſam animi voluntatem. Nam vehementer erat probabile id euenturum, quod ille moliebatur. Huic ſi detrahas nocendi voluntatem, nihil illi cum lege rei futurum eſt. Si detracta nocendi voluntate, apponas euentum: non effugiet temeritatis crimen, niſi illum inculpata ignorantia abſoluerit. Porrò ſi in loco non ad id deſtinato, puta in via publica, aut in fundo alieno, arcu temet exerceas: lex tecum non agit, niſi ſi quem occideris, aut vulneraris, aut ſi cui damnum dederis. Cæterùm quod facis, tuo facis periculo. Quòd ſi quid horum conſequutum eſt, cum lege tibi res eſt. Neque tibi tua patrocinabitur imprudentia: quippe quæ culpa temeritatis non vacet. Siquidem in te fuerat præcauere, quod probabiliter poterat prætimeri. Vides quanto diſcrimine diſſita ſint, inter quæ tu nihil intereſſe dicebas. Primùm non ſtatim imputatur ad præmium, quod ad pœnam, idque non à malignitate legum latoris, ſed partim ex ipſa rei natura proficiſcitur, partim à legum officio. Deinde diſcernitur animus, cauſa data dijudicatur: ſpectatur euentus. Age nunc ſi libet, tuam cauſam, qua tuum facinus æſtimari vis, expendamus. Finge te certam, inculpabilem mortis cauſam tyranno dediſſe, ſed imprudentem, nulla tibi ſit præmij petitio. Quis enim inſciens bene mereri dicitur? Fortibus viris præmia dantur, non fortunatis tantùm. Nam euicimus iamdudum, opinor, ne poſthac affirmes te in hoc iugulaſſe filium, vt pater ſibi necem conſciſceret: quod euenturum ne vates quidem quiſquam præſcire poterat, tu neſuſpicari. Imò poſteaquam rem plenam diſcriminis, fortunæ arbitrio commiſiſti, quia bene ſucceſſit, hoc nomine lex te non poſtulat: at idem ſi malè euenſſet, temeritatis pœnas eras debitur⁹. Neque enim tibi ſuccurreret inculpata ignorantia. Quid enim æquè formidandum erat, quàm ne tyrannus, ſimulatque occiſo filio ſe peti inſidijs perſenſiſſet, omnia tyrannidis mala in nos conduplicaret? Iam vt de animo res tibi conſtet, cauſam dediſti nō ſolùm non idoneam, verumetiam periculoſiſſimam Reip. Vin' hoc tibi argumento euidentiſſimo demonſtrari? Finge te quēpiā è ciuibus vitio occidiſſe: tū extincti patrē id facere,

quod modò fecit tyrannus. Vtrũ tu duplici cædis crimine teneberis, an simplici: Simplici opinor. At vxor & mariti mortẽ imputabit, qui necato filio, ſeni cauſam mortis dederis: atque his fermè tuis argumentis vtetur. Indulgentiſſimè filium adamabat, in illũ omnẽ familiæ curã reclinauerat, illo ſe oblectabat. atq; hęc de priuato ſene cũ fide dicet, quę tu de tyrãno nimis durè (ne dicã ridiculè) dicebas. Addet ea te ſciſſe, præuidiſſe futurum, vt ille vitã fugeret orbatus filio, in quo vno omnia vitę oblectamenta collocarat. Non tibi defuiſſe iugulandi ſenis voluntatẽ, ſed hoc tantũ egiſſe, vt miſerabiliùs ſua dextra perimeretur, vt odium tuũ pleniùs miſeri patris malis exaturares. Ideo iuuenẽ necaſſe, in hunc vſum gladiũ in vulnere reliquiſſe. Vides quanto ſunt hæc probabiliora in hoc, quàm in tuo negotio: & tamẽ negabis paternam necem ad te pertinere, atq; animi ſuſpicionem, cauſę qualitate purgabis. Negabis cauſã idoneã fuiſſe, cur ille ſibimet manus adferret. Te nec præſcire, nec timere potuiſſe id, quod ſit conſequutũ; quòd rarũ extet exemplũ patris, ob filij necẽ ſpõte fugiẽtis è vita. Alioqui futurũ fuiſſe, vt & mater ſibi fatum accerſeret: quippe quã impotẽti amare ſit cõſẽtaneũ, ac minus aduerſũ dolorẽ animi viribus valere. Hæc nõ dubitares tibi profutura, ad alterum crimẽ depellendũ, & prodeſſent dubio procul. Atqui quod in maleficijs valet, ne quid imputetur, id multò magis in hac cauſa valet, ne quid acceptum feratur. Ibi te liberaret à voluntatis ſuſpicione, quòd cauſas parum idoneas dederis, hic ex cauſis multò minùs idoneis propter perſonam tyranni, videri vis non modò quod euenit, fuiſſe ſuſpicatus, verumetiam certum præſciſſe. Ibi temeritatis poſtulari non poteras, propterea quòd tametſi vitio abs te data eſt cauſa, tamen idonea non ſit ad id quod euenit. Imò ipſi tota res imputabitur, & legibus pœnas dabit, ſepultura prohibitus, quòd ciuitati citra cauſam idoneam, ciuem vnum ademerit. Tibi non niſi vnius filij mors imputabitur, etiam ſi mater quoque & filiæ & ſorores, & tota tribus huius necem fuerit imitata. Hic poterat, niſi feliciter euenifſet: quippe vbi ſummum Reipublicæ periculum & verteretur, & prætimeri probabiliter poſſet. Venio nunc ad quartum illud præſidium, Iudices, quod iſte tutiſſimum, ac penè inexpugnabile iudicabat: vnde ego illum ita deturbabo, vt non ſolùm ſit non habiturus,

quò tyrannicidij & huius laudis arcem obtineat: verùm vix etiam latebram inuenturus, vbi temeritatis ac maleficij pœnam effugiat, quò nimirum intelligat, quàm non inimicè, non curioſè (vt aiebat) ſecum agam: vt quum poſſim in crimen ac pœnam vocare, ſat habeam ab honore non promerito ſecludere. Ait ſi tibi deberi præmiũ, vel hoc vno nomine, quòd iuuenem occiderit, iam pluſquam tyrannum, tum tyrannidis paratum hæredem, etiam ſi hunc euentum dij non dediſſent, vt ſenex ipſe vitam abrumperet. O deploratam impudentiam! Tu tibi præmium peteres, ſi tyrannum ſuæ furiæ non eſſent vltæ? Dij quidem potiùs dederint, quàm iſthuc quod tu fingis. Sed tamen fingamus interim oratione, quandoquidem id tutò licet: tametſi ad ſolam mentionem inhorreſcit animus. Túne, inquam, occiſo filio, relicto ſene viuo, tyrannicidæ præmium peteres? An potiùs nec ipſe ſupereſſes, qui poſſis petere: nec eſſet Reſp. quæ date poſſet? Nam tu aut exquiſitis ſupplicijs exanimaris, aut in extremis Orcadis exul deliteſceres: nos pro tyranno iam immaniſſimum carnificem pateremur: & tuum caput vbicunque terrarum latitares, diris imprecationibus deuoueremus, qui nos tua incogitantia, vel præcipiti magis lucri cupiditate in tantam malorum tempeſtatem coniecisſes. Sed re filius erat tyrannus (inquis) patri præter inane nomen nihil erat reliquum. Quid ego audio? duos igitur hæc ciuitas tyrannos alebat? Nam de patre nemo vnquam dubitauit, quin tyranni vocabulum mereretur. Quando autem antehac vnquam fando auditum eſt, duos vna in ciuitate ſedisſe tyrannos? id quod magis etiam natura repudiat, quàm eodem in corpore gemina capita. In iſdem aluearibus duo ſe reges pariter non ferunt. In armentis taurus tauro cedere cogitur. In iſdem luſtris non conuenit duobus inter ſe leonibus: & tyrannus (quo nullum animal efferacius) parem in eadem vrbe patitur? Non vides neceſſariò fieri, vt è duobus, aut alter alterum oppugnet, aut alter alteri cedat? Vtrum tu fuiſſe mauis in patre, an in filio? Si iuuenis aduerſus ſenem obtinebat tyrannidem, quid à Repub præmium poſtulas? Tyranni partes adiuuiſti, non Reipub. Sin patri ceſſit: quid tandem illum vocare potes, niſi tyranni vel præfectum, aut ſatellitem? Quandoquidem ſeniori tyrannicam appellationem ne tu quidem audes detrahere. Verùm vt quoquo modo tyrannidẽ

omnem in

omnem in adoleſcentem oratione deriuares, quàm multa tu quidem non ex re, ſed pro cauſæ tuæ commoditate cõminiſcebaris? Cæterum quàm in his confingendis decori, quod in perſonis ſitum eſt, nullam habuiſti rationem? Sic enim (vt memini) inducebas in fabulam ſenem iam ætate mitem, & qui omnem tyrannidis acerbitatem ob ſenectam exuiſſet: non ſecus atque mala, quæ natura acerba, tempore miteſcunt, & in alium abeunt ſuccum. Porrò iuuenem ferocem, illo incolumi gerentem tyrannidem, iámque patri viuo ſuccedentem. Priuatus paterfamilias non fert filium ſe viuo ſucceſſorem: & tu vis iſthuc credi in tyranno? Ille non ſinit vllum è liberis rem domeſticam ex animi ſui libidine moderari: & tyrannus ſeſe veluti abdicans imperio, negocium omne in adoleſcentem reiecerat? Non dubito, quin & ipſe videris, quàm dura ſint iſta, & quàm à communi ſenſu abhorrentia. Verùm quid faceres, niſi tales perſonas induxiſſes, exitum inuenire tragœdia tua non poterat? Quæſo te, an vnquam auditum eſt Tyrannum ætate miteſcere? Quando tu deſines ea quæ ſunt priuatorum, quæ bonorum principum, tyrannis tribuere? Vt eodem igni cera molleſcit, limus dureſcit: ita ætate plerique redduntur mitiores ac temperantiores, tyrannus magis exaſperatur. Vt tempus nonnullis pomis amaritudinem adimit, vt vinis nonnullis acorem conciliat: itidem tyrannis non adimit ſæuitiam ætas, ſed exaggerat. Vis ipſiſſimam tyrannici ingenij tibi demonſtrem imaginem? Spinam cogita, quæ quo magis ſeneſcit, eo pungit acrius. Echinos cogita, qui quo plus habent ætatis, hoc teſta ſunt aſperiore. Vulgaribus ingenijs fortaſſe nonnulla vitia ſenecta vel detrahit, vel certè mitigat, etiam ſi plura irritat, nonnulla parit. At tyrannorum mentibus ad ſcelus, ad crudelitatem natis, ſcelere & immanitate imbutis atque educatis, præter vitiorum omnium incrementum adferre ſenecta quid poteſt? Niſi fortè libidinem adimit? Quanquàm iſta Tyrannidis quantula tandem eſt portio? Sed eſto fuerit ſanè propter ætatem ad voluptates ſegnior, verum erat faſtidioſior: vnde fit, vt imbecillior ſit ad coitum, ad raptum auidior. Fortaſſe pauciores huic execabantur ephebi, ſed inſignio-res. Pauciores producebantur virgines, ſed exquiſitiores. Cur non autem & plures? videlicet quo ſenile faſtidium optione & varietate vinceret. Hoc ita eſſe,

quot ego tibi teſtes citare poſſem, qui quò nobiliores ſunt, quò fortuna pręſtantiores habent liberos, hoc magis eis à flagitioſiſſimi ſenis cupiditate metuebant. An tu putas vnà cum viribus ſeneſcere libidinem? Multò ſecus habet. Imò quantum ætas improborum hominum facultati detrahit, tantum adijcit cupiditati. Quanquam tyrannicum animum his in rebus non tam voluptatis vſus capit, quàm noſtra delectat contumelia. Vt frigeat in ſene tyranno Venus, certè feruet vigétque malitia, ſæuitia, nocendi libido. Poſtremò totum illud vitiorum agmen, quæ propria tyrannorum ſunt, cupiditas, rapacitas, improbitas, impudẽtia, impietas, iracũdia, violẽtia, impotentia, ſuſpicio, fraus, perfidia crudelitas, implacabilitas, immanitas, periurĩ Quid autẽ oportet omnia commemorare nobis omnibus heu nimium nota?) horum inquam nullum non ætate ſit acerbius, propterea quòd iuuenta nonnunquam naturæ bonitate vincitur: præterea quædam mala nondum didicit: at ſenecta, ſi quid pudoris, ſi quid humanitatis, ſi quid melioris ingenij à natura inſitum eſt, id omne multo ac diuturno flagitiorum vſu penitus exuit, & prorſum in immaniſſimam quandam feram abijt. Id ita euenisſe, Iudices, in execratiſſimo illo ſene, quid ego coner argumentis docere, quum ſua cuique memoria abundè ſatis exemplum ſuppeditet? Quòd ſi iuuenis ſeſe gerebat inſolentiùs, videlicet patris abutens imperio: num tu hunc continuo tyranni nomine donabis. Ergo ex eadem tyrannide ſexcentos tyrannos facilè reddideris. Nam quis eſt omnino in tyranni familia, vel extremum mancipium, qui non ipſe penè tyrãno ſit ferocior, violẽtior, ſceleratior? Filius, inquis, emolumẽtis imperij potiebatur: patri præter nomẽ nihil ceſſit. Quaſi verò non ſit iſthuc omni tyrannidi commune. Longe minima fructuum pars, qui ſolent ex tyrannide capi, ad ipſum redire tyrannum. Quemadmodum in latrocinio fieri conſueuit: prædæ communiter in omnes diſtribuuntur, vel in eos potiùs quorum opera capiuntur. Alioqui non cohærebit cohors illa ſcelerata: niſi dux ille, quiſquis fuerit, plus etiam permittat ſuis, quàm ſibiipſi. Solum nomen ſibi propriè vendicat. Et in nullos eſt tyrannus indulgentior, quàm in ſcelerum miniſtros: quippe quorum opera ſentiat ſuum imperium contineri. Proinde ſub vnius vmbra ſatelles omnis, omnis miniſter, familiaris

leno, tyrannidem quandam in ciues exercet. Ridiculè fecero si hoc quoque coner argumentatione probare, Iudices. Vidimus, sensimus, experti sumus, nisi fortè tam diutinæ calamitatis memoriam, tam panculi dies obliterauerunt. Neque enim esset res vsqueadeo misera tyrannis, si vnius modò foret toleranda violentia. Quot ferendi latrones, quot sacrilegi, quot ex extrema barbarie aduenæ, feris quàm hominibus similiores? Neque desunt, qui se simulent apud tyrannum sceleribus suis gratiam promeritos esse, quò nimirum hoc nomine metuantur à ciuibus. Horum igitur vnumquemlibet tyrannum appellabis, & pro quolibet occiso tyrannicidæ præmium petes? Non in tantum omnem exues pudorem opinor. Sed pater ætate fessus, omnem dominatum in filium transtulerat, quicquid tyrannicum in vrbe gerebatur, id iuuenis violentia committebatur. Sed ist huc quantum absit ab imagine veri, quis tam cæcus, vt non videat? quis tam obliuiosus, vt non possit experimento refellere? Ego tibi complures nominare satellites possum filio insolentiores. Ad hæc, verisimillimum est nullius insolentiam minus approbasse senem quàm filij, vel quòd odit omnem tyrannidis affectatorem omnis tyrannus, vel quòd intelligit ex illius facinoribus longè plus inuidiæ odijque sibi conflari (Callidissimi autem tyranni est, eatenus legitimum imitari regnum, quatenus obtineri tyrannis possit) vel quòd, ater etiam pessimus, tamen liberorum nonnihil offenditur vitijs, & ad crudelitatis ministeria alienis quàm suis vti mauult. Quòd si clam patre rapinas, raptus, atque id genus facinora designabat filius, profectò non tyrannum agebat, sed insolentem satellitem. Sin approbante patre, quasique per illum exercente tyrannidem, vtri tandem par erat imputari commissa, huic per quem gerebantur, an eicuius authoritate arbitrióque fiebant? Non arbitror obscurum, quin huic cui in manu erat nutu ne fierent vetare. Quid autem non agunt per alios tyranni? Nam ipsi quidem neque pueros emasculant, neque virgines abripiunt, neque proscribunt, neque bona diripiunt, neque phana dispoliant, neque hæreditatibus manum iniiciunt, neq; cõpilant ærarium, neq; tormentis excruciãt, neq; quenquã iugulãt, neq; armis vicos expugnãt, neq; incendũt villas. Totũ hũc tyrannicũ ludũ per ministros exercẽt. In vnũ tamẽ tyrãnici nominis inuidia cõpetit, in vnũ

occidendumlex præmium inſtituit, in vnum ſtringendi ferri iu· facit,illos ſuæ cognitioni reſeruat Quorum vt quiſque ſua opera tyranno profuit, ita aliud atque aliud vocabulum imponi po:eſt, certè tyranni vocabulum nemini congruit, niſi vni illi,ſub cuius veluti clypeo,tota illa perniciosiſſimorum hominum colluuies latitat,Arbitror vobis, Iudices,ſæpenumero auditum eſſe,id quod eleganter à doctiſſimis viris eſt ſcriptum, tyrannis non longas modò, verumetiam plurimas eſſe manus, plurimos oculos, eóſque acerrimos, plurimas aures,eáſque longiſſimas. Omnino prodigioſum quoddam eſt animal tyrannus, multóque Titanibus illis Briareo & Encelado portentoſius, centenis capitibus, centenis linguis, centenis manibus, pedibúſque. Quot enim habet ſcelerum miniſtros, totidem habere membra videtur. Atque vt ex membris corpus, ita tyrannis ex huiuſmodi conſtat miniſtris. Verùm vt illud quod corpus appellatur nihil eſt aliud, quàm quiddam omnibus ex membris aggregatum,ita in tyrãnide vnum quippiã eſt, quod neque pes ſit, neq; manus,neq; vllũ aliud mẽbrũ, contineat autẽ vniuerſa: at ita contineat, vt ab ijs poſſit ſeparari, ídque tyrannus vocatur. Proinde exaggera quantumlibet inuenis inſolentiam, violentiámque, præfectum arcis voces licebit, oculum nomines licebit,aut ſi mauis dextram : aut ſi ne id quidem ſatis, præcipuum tyranni caput dicas licebit : tyrannum certè vocare nequaquam potes. Vnum enim illud portentum tyranni nomine cenſet, cuius authoritate titulóque cuncta hæc membra velut animantur : ídque vnum forti ciui permittit occidere. Non vult te in oculum aliquem inuolare: non ſinit vt caput aliquod amputes,ne tale quiddam eueniat, quod de Lernæa hydra fabulantur poëtæ, vt pro vno capite reſecto, duo peſtilentiora ſubnaſcantur : pro vno excuſſo oculo, plures acriores ſuccedant : pro vna reſciſſa dextera, multæ robuſtiores ſubpullulent: vnius vitæ te dominum,arbitrúmque conſtituit, qui ſibi ſit auſus tyranni vindicare nomen : quo ſublato futurum ſit vt membra reliqua quaſi deſtituta ſpiritu,emoriantur,aut certè ſanẽtur. At quid ego tecum iam accuratis argumentationibus ago: Poſſum illico tuis te verbis reuincere,ac veluti tuo te laqueo capere. Iuuenem paulo antè magnũ patris ſatellitẽ nominabas. Non inficiabere. Rurſũ alio loco dicebas omnẽ tyrannidem occupaſſe filium:ſolus

appellationis honorē ceſſiſſe. Quî cōuenit eundē & ſatellitem & tyrannū appellari? Tum ſi ceſſit, non igitur vſurpauit tyrāni nomen. Contractus autē verbis aut rati ſunt, aut reſcinduntur. Lex hac tecum formula contraxit, ſi quis tyrannum occiderit, præmium ferat. Quid tu mihi iuuenis flagitia commemoras? Id te lex voluit occidere, quodcunque illud eſſet animal, quod tyrannus diceretur. Magnum (vt ipſe fateris) ſatellitem occidiſti, non tyrannum: quid tibi cum lege rei eſt? At rem, inquis, legis ſequutus ſum, non ſyllabas: eum interfeci, qui caput erat tyrannidis, paratus hęres paterni dominatus: libertatem peperi, ſeruitutem ſuſtuli: hoc lex ſenſit, huius rei authori præmium præſtituit. Satellitem, inquam, occidiſti, nihil minor quantum, quàm grauem, quàm ferocem, quàm ſceleſtum: ſatellitem tamen occidiſti tyrannidis, non caput: aut ſi caput, vnum è pluribus. Sed hæc omnia tibi ex animi ſententia largiamur: fuerit ſanè res tota tyrannidis filius: pater nihil niſi vocabulum quoddam inane tyranni: quemadmodum in fabulis habetur, Echo nympham, nihil aliud quàm meram quandam fuiſſe vocem ſine corpore. Quî tibi licuit in re tanta, à verbis legis diſcedere? præſertim ita dilucidis, vt perſpicuum magis nihil eſſe poſſit, & commentitiam interpretationem domi tuæ natam in iudicium adferre? Ego Iudices, nullum in Remp. exemplum perniciosius induci poſſe iudico, quàm ſi conſueſcant homines calumnioſi à præſcripto legum recedere: & interpretamento, quod ad prætexendum facinus quiſque ſuum maximè idoneum comminiſci queat, id Iudicibus obijcere. Quis autem vnquam meminit de legis ſententia quæri ſolere, niſi quum in ſcripto quiddam apparet ambiguè, obſcuréue dictum: aut quum ex verbis & euentu abſurditas quæpiam extitit, eáque manifeſta? In priore non cuiuſuis commentum, ſed iuris prudentium reſponſa, ſed Iudicum ſententia recipi ſolet. In hoc poſteriore, neceſſitas ipſa compellit aliquantiſper à legis vocibus deflectere: & æquitatem iuris potiùs, quàm verba ſpectare. Duplex iraque periculum videtis Iudices: alterum ne ſuperſtitioſa cauillatione literarum legis ab eo quod lex ſpectauit abducamur: alterum ne paſſim à præſcripto diſcedendo, leges omneis & iudiciorum religionem ſubuertamus. Quorum illud quidem multò leuius eſt: propterea quod vix vnquam acci-

dat, vt legislator obscurè quid voluerit, explicuerit: aut absurdū quiddā exoriatur. Hoc multò periculosissimū pernicioſissimūque Etenim quæ tandē lex futura est, quā versurus calumniator, quò pœnam effugiat, non facilè possit aliquo commento subuertere? Neque quisquam non elabetur è iudicio vestro nocens, nisi qui sit vsque adeo nullius ingenij, vt ne friuolam quidem aliquam commentiunculam queat inuenire. Atque vt cuique commodum erit, aut animi libido feret: ita pro sene iuuenem, pro tyranno satellitem, pro homicidio tyrannicidium: & passim aliud pro alio interpretabitur. Vestra interim Iudices religio, vestrum iusiurandum, qua tandem ratione seruabitur: quibus nihil futurum est certi, quod in cognoscendo sequamini: verum ambiguas diuersasque litigatorum coniecturas spectare necessum erit? Ergo quum in omni causa maximopere cauendum est, ne sine grauissima ratione à legis præscripto discedatur: tum in hac non periculosum modò, verùm etiam absurdissimum: quum legis verbis nihil possit esse dilucidius: sententia nihil æquius: interpretamento quod præter legis mentem inducitur, nihil pestilentius. An credimus legis huius autorem vsque adeo infantem, & verborum inopem fuisse, vt dicere non potuerit: qui quouis modo Tyrannidem sustulerit, huic præmium est, si modò istuc sensisset. Neque verò fugit illum, totam tyrannidem per satellites & præfectos exerceri solere, permultósque in his esse vel Tyrannis ipsis sceleratiores: atque vt ita dixerim, Tyrannicos magis, & omnino supplicio dignores: nisi & omniū omnia ministrorū scelera Tyrāno imputarentur. In vnū tamen illū, qui hoc nomine censetur, tibi ferro grassandi facultas data est. In reliquos non tibi permittitur idē: non quòd illos vita dignos iudicet lex, sed quòd vni cæde totā tyrānidem tolli velit, nō multorū cæde, reddi dutiorē. Tuū erat legi simpliciter parere: neq; eius verba quasi plumbeā quandā regulā ad tuū facinus accōmodare, verū ad illius præscriptū factorum tuorum rationem instituere. Præsertim in hoc exemplo, quo non aliud potest admitti pestilēti⁹, vt ex legis arbitraria interpretatione, quē velis, interficiēdi tibi pro tua libidine licentiam sumas. Nō illud hīc spectādū, iudices, quā inuisus Reip. sit, qui occisus est, quā maiore etiā supplicio dignus: verùm id etiā atque etiā perpēdere o-

portet, exemplum præter leges iugulandi homines, ſemel in ciuitatem receptum, ſemel veſtris ſententijs approbatum, denique præmio compenſatum, quo tandem licentiæ ſit proceſſurum. Quod iſte ſibi in tyranni filium licere voluit, hoc alius ſibi volet in ditiſſimum quenque ciuium licere: Quiſquis pauper à locuplete contumelia afficietur, protinus tyrannum cum appellabit, & veneno aut ferro adorietur. Poſtremò ſi cui magiſtratus non placebit, ſi cui iudex erit inuiſus, non dubitabit è medio tollere. Porrò ad facinoris defenſionem, Sophiſtam quempiam aut ſycophantam conſulet (ſi ipſe ingenio ſtupidiore fuerit) & nouam legis interpretationem vobis adducet: dicet nil aliud ſenſiſſe legislatorem, quàm vt huiuſmodi ciuium genus non nomine, ſed re tyrannidem agẽtium, ferro, igni, veneno tollatur è medio. Atque ita breui futurum eſt, vt quod in vno factum ſemel & probauimus, & gauiſi ſimus: id in multis ſæpius & doleamus, & improbemus. Credite mihi, non mediocre diſcrimen neque conuenienter accipiendum, vt titulo reperto, priuatus hominem indemnatum interficiat. Id ita eſſe facilè liquebit, ſiquidem animaduertimus, nihil omnium eſſe, quod lex parciùs, circumſpectiúſque permiſerit. Etenim (ſi memini) tribus duntaxat temporibus lex indulſit, vt quis citra iudicium hominem occidat. Primùm adulterum, ſed in vxore deprehenſum: id quod intemperanti & inſuperabili mariti dolori donatum eſt. At ita ſi corpus vtrumque pariter interimat, ſi argumentis idoneis deprehenſum fuiſſe doceat. Deinde in vi depellenda. At ita ſi demonſtres te mortem effugere nequiſſe, niſi mortem intuliſſes: id lex ita interpretatur, quaſi ſeſe tueri potiùs ſit iſtuc, quàm alium occidere. Vterque tamen facti ſui rationẽ reddere cõpellitur, ſtatim ſeſe prodere, nec expectare donec in ius trahatur: atque (vt ita dicã) vltrò ſemet reũ facere cogitur. Quòd ſi omnia cõſtabunt argumẽta: ita demũ à lege dimittitur, vt venia, nõ laude dignus eſſe videatur. Poſtremò in tyrannicidio: vbi propter periculi ſuſcepti magnitudinem lex præmium quoque proponit: at ita, ſi eum quem tibi lex iſto velut inſigni tyrannici nominis denotauit, fortiter occideris: non ſi ſceleſtũ alio ſcelere ſuſtuleris: neque patietur te ius occidendi permiſſum, latiùs quàm ad vnicum tyranni caput trahere, niſi ſi quis obſiſtat, vt per illius nẽtem tibi neceſſe ſit ad illum penetrare.

Iámque hoc factum tuum secunda illa ratione defenditur. Huic tertio generi fortasse proxima videatur hostem in bello feriendi facultas : quam tuæ tamen libidini lex non permisit. Nisi palàm hostis sit declaratus, nisi in Imperatoris verba iuraris, nisi ille aciem eduxerit, nisi signa canere iusserit, tibi fraudi futurum est, hostem interfecisse. Tu dicturus es : Hostem occidi, nam plus quàm hostilia faciebat, nomen hostis tantùm aberat, re hostem agebat. Lex respondebit, suarum partium fuisse, hostem declarare, ac tuo fortasse scelere fruetur: verùm ne serpat exemplum, pœnas de te sumet. Quid autem aliud abs te factum est? Vnum tibi lex nominatim designauerat: tu illius vocabulum tuapte authoritate in alium transfers, quod nisi in vnum non potest competere: neque traduci debet ab eo cui lex attribuerit, ne tibi fas sit aliquando quem voles magistratum, quem voles Iudicem, quem voles ciuem, tyrannum appellare. Neque verò sine grauissimis causis lex tot vinculis astrinxit hanc in vitam alterius licentiam. Perpendit nihil maius eripi cuipiam posse, quàm vitam : vidit in extinctum facilè varias causas confingi etiam impunè posse, quandoquidem ille non sit refuturus, qui iacet. Vidit quàm multis titulis suum quisque dolorem posset præterere, si post occisum hominem vila causa recipiatur, præter eas quæ legibus sint expressæ. Quid quòd grauatim sibi quoque lex permisisse videtur, vt homini vitam eripiat: quàm comperta, quàm multa requirit argumenta, quàm multa concedit reo quàm malignè agit cum actore, quem non nisi suo periculo vult accusare : quantum spatij largitur ei qui defertur : quàm liberam Iudicum reiectionem Quantum igitur à mente legis abesse putes, vt cuilibet permittat, vel pro suo priuato dolore, vel domestica iuris interpretatione, hoc est, subuersione in cuiusquam vitam grassari? Neque ad rem pertinet, quantum criminum aceruum exaggeres, quantumuis etiam verorum, addo notorum : dicas parricidam, sacrilegum, incestum, proditorem, peculatorem, venefícum interfeci. Tyrannum lex iubet occidi. Atqui hic vnus multis tyrannis erat sceleratior, pestilentiórq; ciuitati. Ad ista tã multa crimina, lex tibi verbo respõdebit: nihil mopor quã fuerit sceleratus, qui perijt: in vnũ tyrãnũ tibi iº fecerã occidẽdi in reliquos in ius trahẽdi. Si detulisses : auditus, reuictus, dãnatus à me palàm pœnas dedis-

set, omníque Reip. salubri exemplo fuisses. Nunc tu priuata libidine interficiés, pro saluberrimo exemplo, pernicioſiſſimum in ciuitatem induxisti, & legum instaurationem, à legis violatione auspicaris: hoc est, malis malo mederi studes. An me clàm esse putas, quàm multi sint in hac turba vita indigni, morte digniſſimi? At eos meæ cognitioni, non tuis manibus seruo: sunt fora, sunt tribunalia, sunt Iudices, sunt carceres, secures, carnifices. Cur tu mihi præire conaris? Cur nullo mandante magiſtratum occupas? & dum Tyrannicida videri vis, tyrannum imitaris? Nam quo alio nomine tantopere mihi est inuisus ille, nisi quòd mihi parere recusat, & præire conatur? Ei demum ferrum tractare licebit, cuius manibus ego permisero. Si iuuenem occidisses, quòd non alia patuisset ad tyrannum via, darem veniam neceſſitati: nunc occidisti, non obsistentem, non auxilium ferentem patri, sed patris opem implorantem. Huius vnius cæde contentus discessisti, tyrannum nec impetisti, in quem vnum tibi ius feceram. Meum erat expendere, vtrum ex vsu Reipub. fuerit, an iuuenis occideretur: malueram illum exquisitioribus excruciatum supplicijs, exemplum omnibus edere. Neque hęc dico Iudices, quasi parum gaudeam pariter cum patre sublatum filium: vtinam eadem opera simul omnes sint oppressi, quibuscunque tyrannus placet. Sed quis prohibet, simul & gaudere, quòd deorum bonitas nobis hanc rem benè verterit, & tamen non committere, vt huius temeritas, si iudicio comprobetur, in lęgem atque in exemplum trahatur? Nec de iuuenis iniuria vindicanda nunc agitur, sed de legis violatæ maiestate. Non enim par est, vt cuiquam personæ præter ius extincti odium in scelere suffragetur. Neque tam spectandum in quem commissum sit facinus, quàm quo exemplo commissum. Aliqui cur non eadem opera fas sit in tyranni nepotes, pallàcas, pueros, vxores, liberos, lenones grassari? Bonam tyrannidis partem vxor sæpenumero suggerit. Ad summam immanitatem nonnunquam libertus aliquis, aut vernula instigat: cur non & hos iugulas, si tibi ius est æstimatione priuata meritorum ciuem iugulare? Quid quòd est aliquid tyranno nocentius, in quod tamen haudquaquam tibi ius sit occidendi? Finge esse qui totam hanc vrbem, templa, domos, curiam conatus sit incędere, imò qui iam compluribus

locis ignem ſubiecerit, ſed incendium ſubito exorto imbri reſtinctum: authorem nõ obſcurum, verùm abditum latuit. Eũ forte fortuna repertũ, manu tua trucidas. Nũ lex tuũ factum approbabit? Non opinor. Atqui tyranno ille quanto erat nocentior? Tanto nimirum, quanto eſt atrocius ciuitatem ſemel funditus euertere, quàm expilare: ciues vniuerſos vno igni finire, quàm in pauca quædam ſæuire capita. Et tamen in vnum tyrannum ſtringendi ferri poteſtas priuatim permittitur. Illum deferendi modò ius habes. Hic in re tam aperta legis mentem calumniari, & nouo interpretamento tuum facinus palliare: quid tãdem aliud eſt, quàm legum authoritatem euertere, atque id per cuniculos quoſdam agere quod tyrannus palàm ac vi facere cõſueuit? In recipienda lege fas eſt populo cauſam, æquitatémque legis excutere. Cæterùm receptę, & longo iam vſu comprobatæ, ſimpliciter oportet obtemperare. Neque enim exiſtimandum eſt maiores illos noſtros, viros ſine controuerſia ſapientiſſimos, ita ſine grauiſſimis rationibus inſtituiſſe, vt priuatim interficiendi Tyranni facultas vnico capite finiretur. Primùm ad ineuidi licentiam, feneſtram aperiendam ciuibus non putauerũt: deinde perſpiciebant tyrannidẽ fatale quoddã eſſe Reip malũ, quod minore noxa toleraretur, quàm malè exagitaretur: neque poſſe ſemel tolli, niſi ipſius cæde. Quo ſubmoto, videlicet qui legibus imperabat, non parebat, iam nihil opus eſſe priuata audacia, nimirum illis in reip. adminiſtratione vindicatis. Quod ſi tyrannus in ius vocari potuiſſet, ne hunc quidem tũæ dextræ arbitrio permiſiſſet. Videbãt & illud: tyrãnidem nonnullã habere monarchiæ legitimæ ſpeciẽ: hoc tantum intereſſe, quòd in monarchia populus regi paret, rex legibus: in tyrãnide omnia vnius libidini ſubiecta ſunt. Res publicam ſpectat vtilitatem, tyrannus priuatim ſuã: vnde publicitus expedit, vt tyranno veluti principi legitimo ciuitas pareat, donec idoneus aliquis vindex extiterit, qui legum authoritatem in priſtinum ſtatum reſtituat, atque id vnius (ſi fieri poteſt) capitis iactura. Nã hac moderatione in fatalibus illis peſtibus, quæ totum Reip. quaſi corpus corripiũt, legũ prudentia conſueuit vti: vt exemplo magis, quàm admiſſi talione, morbo medeatur: ne dum ciuitatem ſanare ſtudet, magnam ciuitatis partem interimat. Hinc eſt quod in ſeditionibus publicis non niſi in ipſos authores cõſueuit animaduer-

ti, reliquis quos tẽpestas illa cõmouerat, dari venia: aut vix etiã dari venia, qui in publico Reip. tumultu quietẽ egissent. Quę potest autẽ pestis esse fatalior, quã tyrãnis? Quę sese latius in ciuitatis mẽbra diffũdit? Quota quęque vrbis pars ab hoc vitio syncera potest esse? Omitto iã quicquid est ambitiosorum, ære alieno obstrictorũ, scelere contaminatorum, barbarorum (nã hæc tota sentina hominũ tyrannide gaudet. vt in qua nullis maiora, quàm sceleratis sint præmia) bonos etiam ciues hoc malũ inuoluit, dũ vel timẽt fortunis suis, vel rectũ iudicãt seruire tempori. In hoc itaque rerũ statu leges nõ extinctæ, sed oppressæ modò, cautim & circũspicitẽr agunt: intelligunt hoc vlcus citra summam ciuitatis pernicie exasperari non posse, vnius capitis dispendio cõmodè sanari posse. Quare docto cuipiã medico prẽmium ostẽdũt, digito demonstrãt, quod mẽbrũ secari velint, quibus abstineri. Caput indicarũt illæ, tu dextrã secuisti Illæ tyrannũ, tu tyranni satellitem occidisti. Quo præmio dignus? Nẽpe eo quo qui morbo insitè exagitato, totum hominẽ in extremũ vitę discrimẽ adducat, quo qui hominẽ legibus vetantibus occidat. Neq; ego nunc te cædis reũ ago, aget alius fortassis, cuicũq; lubitũ erit: verùm illud modò cõsiliũ fuit, ostendere tibi quã insignitæ sit imprudẽtiæ in ea causa, tã eximiã tibi vendicare laudem, tam egregia poscere præmia, in qua nequeas obtinere, si modo tecum exactius ac seuerius agatur, vt graueis pœnas effugias. I nunc & curiosum me voca: qui tam candidè, támque ciuiliter tecum agam: vt quum te possim in graue discrimen vocare, sat habeam legis & Reipub. causam defendere, ne circumuenta prærnium dare cogatur ei, qui nihil boni sit promeritus. Id quod non iudicibus modò (quibus istuc iam dudum liquere puto) verùm tibi etiam ipsi cupio persuadere: & facturum me confido, si modo tantisper animum possis attendere. Vin' igitur, vt quemadmodum tu faciebas, itidem & nos summatim totam causam ob oculos reuocemus? discipiamúsque quàm multa tuo in facto desiderentur ad id, vt legi satisfeceris: & quantum tu sis hallucinatus, quum multa diceres etiam superesse? Tria quædam requirit lex, & ita requirit, vt si quodlibet horum desit, aut pœnam te, aut certè nihil gratiæ debere se credat. Quorum ego non vnum aliquod,

ſed vnumquodque deeſſe docebo. Quod ſi facio, vtrum æquo animo cedes præmio, an impudenter petere perſiſtes? Ergo rem accipe. Niſi tria hæc tibi conſtiterint, non eſt quod tyrannicidæ præmium petas: Animus, via, & effectus. Animus duo quædam complectitur, vel quid ſperaris, vel quid propoſueris. Nam ſi tyrannum per imprudentiam occidiſſes, ſi præter propoſitum, non magis profectò præmium tibi debeatur, quàm ſi quis tyranno amiciſſimus idem feciſſet, nam idem potuit accidere. Tu porrò quid propoſiti in arcem attuleris, ipſe videris: ita demum legi perſuaſum erit, te voluiſſe occidere tyrannum, ſi occideris. Non occidiſti, atque id etiam quum tibi in manu fuerit (vt ais) ſi libuiſſet interficere. Lex negat ſua referre, vtrum tyrannicidij propoſitum in arcem non attuleris, an allatum repentè mutaris. Iam quid ſperaris, excutiamus. Quanquam iſthuc leges non ita valde curioſè penſiculantur: ſed tamen in tam abſoluto facinore partes omneis conſtare oportet. Quid enim ſi tyrannum interfeciſſes, quò tyrannidem ipſe occupares, vtrum præmium ſperares? an ſupplicium metueres? Quid ſi quo priuatum animi tui dolorem vlciſcereris, tyrannum occidiſſes, atque id eſſet palàm, num præmium auderes poſcere? Quid, ſi latrones tyrannum forte fortuna obuium obtruncaſſent, num ad hunc honorem aſpirarent? Quid ſi quis tyranno priuatim infenſus, magna te pecunia conduxiſſet, quò ei tyranno venenum dares, dediſſéſque, num quæſo, tyrannicidæ præmium poſtulares? Ego hic tecum non ago coniecturis: nihil dico in vitam tuam, quæ quidem obſcurior eſt, quàm vt tu, alioqui tam glorioſus, quicquam de ea auſus fueris dicere: illud vnum affirmare non dubitem, qui tyrannum quum tutò licuerit, non occidit, planè noluit occidere. Qui eum occiderit, cuius mors extremum exitium Reip. videretur allatura, potius quàm vllam commoditatem is aut priuatum dolorem vlciſci voluit, non libertatem publicam vindicare, aut emolumentũ ſuum ſequutus eſt Reip. periculo, non ſuo periculo Reip. ſtuduit prodeſſe. Poſtremò non potes niſi gloriæ ieiunio adductus videri, qui tam inſolenter ſe iactat. Non poteſt non videri lucrum ſequutus, qui tam improbè præmium flagitat. An non vides igitur quantopere hac parte à tota legis mente diſſentias? quem illa tuæ vitæ periculo ſua cauſa voluit occidere, eum tu non

periculosè in Remp. irritasti: quem sua causa noluit occidi, eum tu maximo nostro periculo tui compendij, aut animi fortasse gratia iugulasti. Sed finge te animum tyrannicida dignum ad facinus attulisse, lûeri perinde vt vitæ contemptorem: magni tamen refert, qua ratione tyrannidem tollere aggrediaris. Iam enim omnia tibi ex animi tui libidine largior, quę tamen nemo alius tibi concessurus est. Te in filio iugulasse patrem, in non tyranno tyrannum. Largior istue Delium aliquem tibi prædixisse, vt certum præscire potueris, quod ipse etiam vix diuinare Delius potuerit. Licuisse tibi patrem occidere, si libuisset, verùm hoc pœnæ genus tibi magis placuisse. Sustuleris sanè tyrannidem, idque noua quadam & inusitata ratione. Vides quàm multa tibi dono. Tamen obsistam tibi, nec sinam ferre præmium, propterea quòd ea via sustuleris, quæ legi non probatur, quæ non expediat moribus ciuitatis, quæ non sit forti viro digna. Age quid si tyranni filium infantem in cunis iugulasses, & rursum adfuisset Delius ille, per quem certum præscire posses, fore vt necato puero pater sibi mortem accerseret, atque id euenisset, vtrum te tanquam tyrannicidam suspiceret Respub. an potiùs tanquam immanem & ferum hominem execraretur, qui in eam sæuieris ætatem, cui etiam ab hoste armato parcitur, quę leonib⁹ etiã miseranda videatur? Quin ergo? Vtetur tuo maleficio Respub. cæterũ exemplum haudquaquam probabit. Quid si tyranni vxorem: quam ille miserè deamaret, per vim constuprasses, atque ille eius impatiens contumeliæ, fugerit è vita: vtrum tyrannicidij laudem flagitabis an raptus & adulterij supplicium potiùs formidabis? Res obscura non est, Conferam tuo facto propiora. Quid si tyranni medicus quum esses, veneno ægrotanti dato, illum sustulisses, vtrum vt veneficum oderit te Resp. an vt virum fortem admirabitur? Tyrannum sublatum gaudebit, facti rationem, modúmque detestabitur. Quid si quum te tyrannus familiariter vteretur, tu in conuiuio prætextu necessitudinis venenum porrigeres? Denique si per magicas imagines ac maleficas quasdam deuotiones tyranno vitam ademisses: vtrum à lege præmium, an pœnam expectares? Atqui tyrannidem vtcunque sustulisti. Euentu gaudet lex. Verùm exemplum tam pernicioſum in Rempub. non recipit: vt consuescant ciues scelus vlcisci scelere, patrem in

filio iugulare. Vides quantum momenti sit in *modo*, viaque, vt factum tuum approbetur? Quod lex permittit vt fiat, non statim permittit, vt id via qualibet efficias. Adulterum ferro occidere licet, veneno aut incantamentis non licet. Cur ita? Quia pestilens exemplum omnino tractare venena. Nec id vlla causa quantumuis honesta, finit in ciuitatem irrepere. Quid quòd ne hostem quidem veneno, aut malis artibus interficere fas est? Nam nusquam non improbat maleficia lex: & veneno tincta tela etiam in bellis interdicta sunt. Quòd si modus facti spectatur *in his*, *in* quibus *nullum* petitur præmium, quanto magis id fiet *in his*, in quibus summum petitur? Lex triumphum statuit ei, qui certum hostium numerum fuderit. Fuderit aliquis non acie, sed aquis & pabulo veneno tinctis. Vtrum ciues hunc æquis oculis spectare poterunt triumphantem, an potiùs ficti veneficum oderint, auersabuntur, execrabuntur? Quid quòd priuatis etiam in rebus via, modúsque perpenditur: quò magis idem oportebit, tum in publico, tum in splendidissimo facinore, vt à quo conueniat omnem sceleris suspicionem abesse? Age illud tecum reputa, si medico *mercedem* pactus esses, quò te morbo leuaret, atque ille non pharmacis sed maleficijs & incantamentis morbum exemisset, vtrum præmium dabis, an magis hominem in ius trahes? iniuriæ malis artibus datæ reum ages: Clamabit ille, morbo te leuaui, qua via quid istuc tua refert? Hoc tantum spectabas, vt morbo liber esses, ei rei merces est promissa. Ingratum te vocabit, qui nisi sua opera, ne esses quidem, qui præmium negare posses. Tu protinus respondebis, opinor, medico te præmium esse pollicitum, non mago, neque debere quicquam nisi rem malam ei qui beneficium malè dederit quanquam ne dedisse quidem videtur, qui malum malo tollit. Id enim mutare est incommodum, non amouere. Dices enim animo nocitum, dū corpori subuenitur. Atque istam litem vinces, etiam iniquo iudice. Atqui eadem, aut melior etiam, & vincibilior est tecū causa legi, quàm quæ tibi futura fuerat cū medico. Nam ibi de priuata mercedula disceptaretur, hic de publico honore. Ibi falsus est vnus, hic legi fraus facta, per quam cautum oportuit, ne quisquam ciuium circumueniatur. Ibi salus data, certa quidem & efficaci, sed suspecta & improbata via: hic nefario scelere (cur enim

non ſic appellatur homicidium, quod in ciuem contra legem admiſſum ſit?) non libertas reſtituta, ſed in extremum diſcrimen adducta Reſpublica quandoquidem tuum factum perinde habet, ac ſi medicus quiſpiam ad curam mercede conductus, venenum pro remedio miniſtret: quod tamen ægrotanti (ita vt non rarò conſueuit accidere) per occaſionem morbum adimat. Qui reualuit, ſuis fatis acceptum feret quod viuat. tibi mortem, tametſi vitarit, imputabit. Neque ſua referre putabit, vtrum imperitia, an perperam, ac ſtudioſè pro pharmaco venenum porrexeris: propterea quòd tui fuerat officij, aut non ſuſcipere negocium, aut fidem ſimul, & artem, & induſtriam, ac diligentiam, & quicquid à probato artifice ſolet requiri, ad curam adferre. Sed age, ſinimus adhuc poſſidere te, quod dudum ſumus largiti: vt planè iſta via tyrannum occideris, citra vllum Reipub. diſcrimen. Lex non approbabit facinus tuum: niſi non tantùm à crimine, verùm etiam ab omni criminis ſpecie procul abfuerit: ne videlicet ea quæ in hoc potiſſimum ad hibita eſt in ciuitatem, vt maleficium omne ſecludat, incolumitatem ſuam quam conueniebat, aut Deo cuipiam, aut certè Dijs ſimillimo homini acceptam referri, ſceleri debere dicatur. Non approbabit, inquam, niſi Tyrannum ipſum quem nominatim indicauit ipſa quáque permittit via ſuſtuleris: ne per rimam iſtam periculoſum exemplum in Remp. irrepat. Poſtremò non niſi ferro, non clancularijs ac maleficis artibus: niſi virtute, niſi manu, niſi vitæ tuæ manifeſto contemptu tyrannum trucidaris. Neque enim hoc tantùm ſpectat lex, vt Tyrannus in præſens ſubmoueatur: verùm illud multò magis reſpicit: vt omnes mortales intelligant in ea ciuitate viros eſſe fortes, qui non vereantur vitæ ſuæ diſpendio patriæ commodis cõſulere: ac præclari exemplo facinoris, omnes etiam in poſterum ab affectatione tyrannidis deterreantur: cùm videant in ea ciuitate nullum eſſe tyrannis ſatis tutum præſidium: quandoquidem illud nemo neſcit, qui vitæ ſuæ ſit contemptor, eum eſſe alienæ vitæ dominũ. Nã quod omnino ſatellitiũ, quę excubię, qui parietes, quę arx, quę arma aduerſus huiuſmodi animũ Tyrãni caput defendant: qui patriç libertatẽ ſua vita bene credat emi? Poſtremò autem: vt maximè tibi conſtet animus, vt conſtet via, id quod eſt totius negotij caput, non effecti. Tantum enim abeſt vt tyrannum occideris:

vt quantum in te fuit, tyrannidem maiorem in modum auxeris, interfecto tyranni filio. Quid autem refert, malitia, an stultitia Remp. in discrimen adduxeris? Nam illo quod vulgò dicunt nihil verius: Intempestiuam beneuolentiam nihil à simultate differre. Tantum abest vt occideris tyrannum: vt ne suspicari quidem potueris id euenturum, vt ipse semet occideret. Sed iuuenem occidisti patre insolentiorem: quid tum postea, si patri & huius scelera lex imputat? Magnum proinde tyranni satellitem, non Tyrannum occidisti. Sed paratum tyrannidis hæredem occidisti: in tyrannidem succedit, qui prior, qui potior est in occupando. Verùm esto sanè, certum hæredem sustuleris: igitur qui tyrannus erat futurus, interemisti. Atqui quod futurũ est, id nõdũ est. Porrò lex eum qui iam tyrannus sit, tolli iubet: non quẽ aliquando futurum diuines. An qui statuam ex pacto debeat, & tudem truncum præstiterit, fidem persoluisse videatur? Non arbitrabor. Vbi nunc igitur sunt illa tam multa, quæ tibi ad præmium postulandum supererant? Vides quàm ne vnum quidem omnium tibi constet, quorum nihil oportebat deesse. Volui, inquis: id demum voluisse te lex credit, quod effeceris. Postea è re nata propositum est commutatum. Hoc igitur præmij tibi debetur, quod ei, qui in Olympijs medio è cursu, relicta meta, ad carceres reflectit habenas. At periclitatus es. Proinde id laudis auferes, quod is qui sudauit in Olympijs, nec vicit. Sed occidisti denique: verùm eum, quem neque lex permittebat arbitrio tuo, neque ex vsu publico fuerat occidi. At bene vertit ciuitati, quod fecisti. Numini igitur gratia debetur, tali, qualem Palladem Atticis fuisse ferunt: de qua prouerbium extat: quòd Athenienſium malè consulta, in bonum exitum vertere consueuit. Non tu leges seruasti, sed sustulisti: non libertatẽ restituisti, sed numen aliquod huic vrbi propitium, quod euentum tuæ temeritati debitum, sua commoditate à nobis auertit, quod tuam stultitiam nobis verti in occasionem restituendæ libertatis. Non ego ingratum ergate populũ constituo, imõ tu populũ ingratum in Deos reddere laboras: quẽ cũ semel in periculũ vocaris, ne pro simplici Tyranni de duplicatam pateretur, nunc rursum in discrimen trahere conaris, ne ab iratis superis in pristinam seruitutem, aut grauius aliquod infortunium retrudatur. Quid tu te fucis & phalera-

Quid tu te fucis & phaleratis dictis in alienum meritum insinuas? Quid tibi in eo negocio laudem vniuersam vendicas, ex quo præter pœnam temeritatis, nihil ad te redire meritò possit? Si Reipublicæ, si Iudicibus probare potes, animum tuum Tyrannicida dignum, qui nullum periculum vitæ Reipublicæ caussa recusarit: si facinus non scelere, non pernicioso exemplo, sed legitima via peregisti, si fortuna tuis egregijs conatibus bene expeditum dedit euentum: aude Tyrannicidam te vocare: aude pulcherrimum, ac penè diuinum munus à Republica poscere, aude nobis seruatas leges, restitutam ciuitatem: aude templa, aras, focos, fortunas omneis, tutos pueros, inuiolatas virgines, impolluta matrimonia, denique hoc ipsum quod hîc lege & apud Iudices agimus, exprobrare: aude mihi minari, quòd obstiterim: aude ciuitatem ingratitudinis insimulare, nisi laudem promeritam persoluerit: aude Iudices, vel iniquos, vel corruptos clamitare, nisi suis sententijs præmium tibi decreuerint. Contrà: si suspectum quid volueris, si periculosum, si contra leges, si cum scelere coniunctum quod feceris: sit pudor, ac desine tandem improbè præmium flagitare, quod nulla ratione promerueris: pœnam, si sapis, incipe deprecari. Isthuc fortassis ab æquitate Iudicum, à ciuitate deorum munere læta, queas impetrare. Neque enim potes vnum me te à præmio deterrere. Imaginare isthac in caussa pariter & leges, & Rempub. & deos tibi aduersari. Puta leges his tecum verbis agere: Si nos verè restitutas videri vis, sine nostram authoritatem primùm in hac tua causa valere. Longè plus laudis ex hoc iudicio referes: si nobis cesseris: si parueris: si tuam cupiditatem nostro submiseris arbitrio: si primum exemplum in te ciuibus ediderit, reuixisse nos: si monstraris ciuitati iam non ex sceleratorum libidine, sed ex nostro præscripto cuiquam viuendum esse. Atque altera ex parte Rempub. hac tecum oratione vti puta. Si ciuem bonum mihi præstare studes, noli hanc stulticiæ notam mihi inurere: vt in posterum recognita, dicar ebrietate quadam gaudiorum ei præmium decreuisse, cui pœna magis deberetur: noli mihi deos, quos vix denique tam diutinis votis, tot sacris, tot precibus, tot meis malis placaui, commoui, propicios reddidi, denuo per ingratitudinem iratos atque infensos reddere. Sine vt mihi per te liceat, saltem illorum beneficio frui.

Quòd ſi te neque leges, neque Reſpub. commouet: certè Deorum orationem vereri debes, quos ita tecum agere putato. Quid tu in noſtræ laudis poſſeſſionem ingeris? Quid honori noſtro inuides? Cur non ſinis nos in hanc ciuitatem perpetuò benignos eſſe? Cur tu ipſe tam ingratus exiſtis? Ciuitas hæc ſemel mihi reſtitutam libertatem debet, tu bis debes, commoditati noſtræ: & quòd Rempub. ſeruauimus, cuius tu pars es, & quòd commoditate noſtra tuam periculoſam ſtultitiam, vel ſcelus potiùs in maximam felicitatem verterimus. Etenim niſi nos dextri, propitijque adfuiſſemus, quid aliud tu quàm perieras, & per te Reſpub? Quòd ſi planè contendis, vt præmium aliquod feras, abundè magnum præmium à nobis perſolutum eſt, quòd per nos res à te malè inſtituta, bene verterit. A legibus meritò maior relata gratia, ſi noſtræ proſperitatis reſpectu, temeritatis ſimul & ſceleris veniam condonarint. A ciuitate ſatis amplam laudem feres, ſi ea patiatur, vt in reſtitutæ libertatis hiſtoria tuum quoque nomen admiſceatur. Hac laudis parte contentus deſine nobis debitum velle præripere, ciuitati munus noſtrum eripere, legibus authoritatem adimere. Sed finem facio, nimirum exſtillata iam aqua. Quod ſupereſt, nunc veſtræ partes ſunt Iudices, ſtatuere, vtrum ſecundum leges, ſecundum Deos, ſecundum Rempubl. ſententiam dicere, an ſecundum hunc glorioſum oſtentatorem pronunciare velitis. Vtrum hanc vrbis felicitatem huius temeritati, huius ſceleri acceptam ferre malitis, ſæpius exprobrandam, & breui fortaſſis à ſuperis iratis (id quod abominor) auferendam an in Deos quibus ſine controuerſia tota debetur, referre, eorundem pietate ſeruandam augendam, beneque fortunandam. Vtrum magis ex vſu ſit, vt primo hoc iudicio ſtatim leges circumuentæ dicantur, an vt appareat legum reſtitutarum ſeueritatem, & Iudicum ſapientiam aduerſus vnius iniquam poſtulationem valuiſſe.

LVCIANI

Rerum in primo Tomo memorabilium.

Index.

A

Abderitarum morbo 678 a
Abdicationis causæ 825 c
Aboni murus 805 d
Academici non sunt in beatorum insulis 757 c
Acanthus à tyranno in quem conspirauerat, seruatus, 845 a
Accidens & præteraccidens quid sit 375 c
Achæi versus 522 a
Acherusius campus 311 b
Achillis sepulchrum in Sigeo 346 c
Achillis & Patrocli amor qualis 1071 b
de Achille fabulosa Homeri scripta 695 a
Achillis mollities in fine 259 e
Acinacis & Zamolxis Scytharum dij 648 e
Actæoni à quo & cur immissi canes 154 b
Acu candefacta referare sigilla 875 d
Acrisius Danaën inclusit 207 b
Zelorypus senex ibid. d filiã & filium eius exponit, ibi.
Admetus ineptus poëta 1011 e eiusquidam versus 1012 a
Admirãtis hypotyposis 44 e
Adulatio malorum omnium maximè seruile 510 e
Adulatores deteriores ijs quibus adulantur, & superbiæ illis authores 36 e
Æacus publicanus 323 b ab Æaco non procul abest 503 a
Aëdonum fabula 23 d
Æginetici modij 96 d
Ægyptiorum superstitiones 358 a quid pingant literarum vice 576 a astrologiam auxerunt 985 e quæ animalia ab ijs colantur 986 d

Æneas formoſus 992 a
Ænigmata narras 334 e 370 e
Æqualitas res popularis 284 c
Æſchines 9 d 508 d
Æſculapi⁹ 185 c 147 b 148 d
Æſopi fabula de numerante vndas ſingulas 617 e
Æthiopes deos conuiuio excepere 346 b bellum cum ſaltatione ineunt 919 a
Aſtrologiam inuenerunt 984 e eorum ſapientia, 985 a
Aëtion pictor 499 d Proxenidæ gener ibid.
Ætolica mala 349 a
Afranius Rhetor, centurio, Periclis æmulus 681 d e ſeipſum iugulat 682 a
Agamemnon 312 a 314 a 507 a 664 a
Agapetus 436 a
Agathocles medicus 433 a Peripateticus 1008 e
Agenor Europæ pater 213 d
bene Agendi tempus non prorogandum 39 e
Agrigentini ab antiquo Græci & Dores 849 d
Aiacis ſepulchrum 345 d furor 293 e mentis compos 761 b Aiacis coronis 682 a
Aiax Locrenſis in ſedibus impiorum 755 e
Alceus Mileſi⁹ formoſ⁹ 665 e
Alcamenis ſtatuæ in pretio 547 b
Alceſtis ab inferis reuocata 279 a
Alcmenæ cum Ioue concubitus 141 & 141
Alcibiadis amoris pœnitet Athenienſes 655 b à Socrate amatus 1066 a
Alcyonis fabula 98 a & deinc. alia fabula 774 d
Aleã in vno viro iacere 641 c
Alexandri magni res geſtæ 249 c cur Deus videri voluit 256 c Clitum interficit 692 c votum ſuper hiſtoria ſua 694 c Annibali præponitur à Rhadamantho 253 c Babylone ſepultus, ibid. eius nuptiæ & Roxanes 623 e
Alexandri cuiuſdam impoſtoris vita, res geſtæ 857 a
Alexidis verſus 522 a
Aloei filiorum factum 324 d pœna ibid. e
Alpheus Arethuſam amans 192 e
Alytarches Sortium contemplator & explorator 572 d
Amabilitas & Cupido Veneris liberi 26 a 171 d
Amantium ſtultitia 464 a &
Amatores opulenti in pretio, inopes contrà 393 c
Amauit quidam Venerem marmoream 1032 c
Amatores iracundi 181 b
Amaltheæ cornu 470 a
Amantium actiones 132 b affectus 1062 c

Amaſtris 880 e
Amici malis non illudendum 231 e
Amoris vis 133 b 146 c 269 a duplex 1054 c eius gradus 1069 e
Ammonis oraculum 987 a
Amores 1018 a & deinc.
Amphilochi templa, vaticinia, 222 a
Amymones fabula 197 c
Amico vrgente quid faciaſ? 322 e
Amicitia maximum bonorum 1001 e
Anacharſidis hiſtoria 646 e
Anacreon in beatis inſulis 755 a fulmine à Ioue cur petitus, ibid.
Anaximenes cur innotuerit 622 d
Anchoræ vitreæ 743 e
Anchiſæ & Veneris amor 164 d
Andromedæ fabula 211 d
Anemodromi 719 e
Anguillarum in morem inter digitos elabi 77 d
Animantium vita breuis 1037 b
Anima vt immortalis 1009 d
Animæ in homine plures ibid. eius tres partes 943 d
Animus ſcopo ſimilis 45 b
Animi ornamenta incorrupta 8 a
Annibalis geſta 247 e
Annorum, menſium, horarúmque numerum inſtituerunt Ægyptij, 986 a
Annus Solis circuitu definitur ibid. a
Annuli Romanorum modijs menſurati 247 c
Antilochus vates apud Cilices 874 a
Antimachi verſus 776 e
Antiochiæ ciues ſaltationis obſeruantiſſimi 946 d
Antiochi ſoteris cum Galatis pugnaturi ſomnium fauſtum 523 d pugna cum Galatis 633 c
Antipho ſomniorum interpres 770 b
Antipodes an ſint 1006 e
Antiſthenis baculus ex oleaſtro 245 b
Anubis Ægypti Deus 372 a
Anitus & Melitus Socratis accuſatores 391 e
Aniti & Meliti in Demonactem 1002 a
Aorna petra ab Alexandro occupata 533 c 259 c
Apelles pictor 499 d
Apis Ægyptiorum Deus vnde capi ſoleat, quantum lugeatur mortuus. 359 a
Apis mellis opifex & quomodo formetur in fauo 102 b
Appollinem Branchus & Hyacinthus amant 122 d Daphne fugit, ibidem Hyacynthum diſco

occidit 149 c ſe conſulentes decipit 153 b citharœdus, medicus, vaticiaculator, ibid, & 389 a eius exilium ob Cyclopes 351 a mercenaria opera apud Admetum, ibid. b apud Laomedontem cum Neptuno, ibid. vnde eius templum Delphicum ditatum 854 e vbi colatur 355 a Græcia peſtem immittit 350 d à nemine falli poteſt 837 d
Apollonius Thyaneus 862 d
Apollonius philoſophus 1009 b
in Aqua ſcribere 449 b
Aquileia vrbs 896 c
Aquilarum pulli vt probentur 420 c
Arabiam cauam ſerere 511 c
Aranæ Cycladibus maiores 71 92
Arbitrorum delectorum iudicio acquieſcendum 815 c
Arborei ſeu Dendritæ homines, & eorum fabula 725 d
Arborum vitrearum fabula 754 b
Arcades Aſtrologię contemptores 994 e Antiquiores ſe Luna dicunt ibid.
Archelaus tragicus poëta 657 d
Architelis vxor Dimenete 645 d eius viſio ibid.
Archytas Pythagoræ diſcipulus 520 e
Areopagitæ in tenebris iudicant, & cur 595 b
Arethuſa & Alpheus 192 e
Argiuorum & Lacedæmoniorum pro agro bellum 347 a
Argos ſiticuloſum 197 e
Argus toto corpore videns 123 d 166 d
Ariadnes filum Theſeo datũ 578 e eius chorus 917 a
Aries ab Ægyptijs colitur 986 d
Aries aureus Thyeſtæ 989 a
Aries Aureus Phryxi ibid. d
Arion Lesbius 755 a eius fabula 201 b
Ariſtarchus Grammaticus 579 a
Ariſtarchus Phalereus Imperator 48 a
Ariſteas hæredipeta 244 a delinitus Mileſijs ſermonibus 1019 a
Ariſtidis inopia 74 d
Ariſtippus Cyrenæus Dionyſium Siciliæ tyrannum liberat 310 a vnguenta olens 273 a eius mores 368 a & ſeq.
Ariſtippus & Epicurus in beatis inſulis iucũdi compotores 756 e
Ariſtobuli adulatorius libet ab Alexandro in flumen proijcitur 668 b c
Ariſtodemus ſceleribus nobilitatus 860 c hiſtrio 507 a
Ariſtonis conuiuium 955 d

Ariſtophanes poëta vir ſapiens 731 d ille & Eupolis Socratem in ſcenam introducunt 404 a
Ariſtotelis ſententia de bonis fortunæ 254 c vt Alexandro eſt abuſus ibid.
Arius & Epeus pugiles pares 760 d
Arrianus Epicteti diſcipulus 858 e
Ars longa vita breuis 530 c
Arſacis Medorum præfecti mors 236 a
Artis mechanicæ facilitas & commoda 2 a b eiuſdem incommoda 7 a inſtrumenta 10 a
Artium inuentiones 1051 a
Artis perito credendum 324 a
Artemidor⁹ adoleſcẽs 644 e
Artemiſia Mauſolo mortuo erexit ſepulchrum 281 d
Arteria trachea nihil recipit 663 b
Aſinus Cumanus Leonina pelle indutus 408 d
Aſ.o nil commercij cum lyra 483 a
Aſinis petulantiores 411 a
Aſinorum ruditus loco tubarum 420 d
Aſpaſia meretrix 923 b 979 a
Aſter Philippum Macedonem orbauit oculo 692 b
Aſtyanax è turri deiectus 353 b
Aſtrologia ab Æthiopib. inuenta 984 e ab Ægyptijs aucta 985 e Babylonijs nota 987 a vnde Græci habuerint ibi. b ab Arcadib. contempta 994 e eius commendatio & defenſio 995 a & ſeq.
Athenarum encomium 29 c
Atlas cœlum fulciens 325 d
Athletæ fœlicitas 573 b
Atreus de ſole locutus 989 a
Attis fabula 353 e amatus à Rhea 145 d
Attica ſubſannatio 14 b eloquentia 494 d decas 654 c
Auarorum graphica deſcriptio 67 a & ſeq. Tantalo ſimiles 70 c
Augiæ bubile 858 a
Auguſti primi come ingeniũ 527 a
Aurum ſiſtit ſanguinem 88 c mala propter aurum 332 d contemnendum vt calculi littorum 95 b
Aures quàm oculi minus fide dignę 685 c Aures portentoſæ 728 c
Autolycus fur à ſydere Mercurij 992 a
Auri munera grata ſapientibus. 385 e

B

Babylon qualis vrbs 346 a
Babylonem cepiſſe 470 a
Babylonijs nota aſtrologia 987 a
Baccham ex viro fieri 903 c
Bacch⁹ è femore Iouis 352 d

in eum vini inuentorem 156 e
calumniæ 156 e res geſtę ibid. in Nyſa educatus 140 e
Bacchi miniſtri Satyri 921 a ille Tyrrhenos, Indos & Lydos ſaltando vicit ibid.
Bacchica & Dionyſia fuere genus ſaltationis 921 a
Bagoas philoſophus eunuchus 977 a
ſi è Barbę prolixitate philoſophus æſtimandus, hircus primas tenebit 980 e
à Barba de philoſophis iudicium 1004 b
in Balneis fieri ſolita 43 e
Beatorum inſulę deſcriptio 74 e & ſequent.
Bebryx Amycus Pollucem vulnerauit 184 c
Bellerophontis literę 505. b eius equi fabula quid ſignificet 989 c
Bellum omnium pater 659 c
